ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AN. ET VOL. LXXXVI

TYPIS VATICANIS
M-DCCCC-LXXXXIIII

1
1

An. et vol. LXXXVI 7 Ianuarii 1994 N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Beata Claudina Thévenet Sancta decernitur et definitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra opera bona et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est » *(Mt* **5, 16).** Politicis motibus, socialibus agitationibus vique sub versa in natione, Beata Claudina Thévenet fidei caritatisque lumen effudit, fideliter Dei voluntatem faciendo et odium venia restinguendo, superbiam humilitate, nimium sui amorem proximi dilectione, praesertim iuvenum feminarum, quarum fuit ipsa tenerrima mater et sapiens institutrix.

Haec Domini digna discipula, quae prorsus bene de mulierum humana christianaque progressione meruit, Lugduni die xxx mensis Martii anno MDCCLXXiv Filiberto Thévenet et Maria Antoniola Guyot, opulentis mercatoribus, nata est. Postquam a Benedictinis monialibus abbatiae S. Petri instituta est, domum revertit ibidemque lenis, facilis promptaque multum fratribus sororibusque profuit. Eius iuventutis tranquillitas Gallicis rerum commutationibus vehementer affecta est, cum Lugduni deflendos eventus experta est a regiminis copiis obsessi cumque impotens neci interfuit duorum suorum fratrum, qui antequam necarentur hanc protulerunt cohortationem, quae in eius vita vestigium permanens reliquit: « Claudina, ignosce eis quemadmodum et nos ignoscimus ». Inde, divina gratia sustentata suisque sanctis propositis, sese ad medendum vulneribus dedidit, quae rerum Gallica commutatio intulit. Pro comperto quidem cum haberet Dei ignorationem praecipuam esse causam aerumnarum populi, desiderium deferendi

Eum ad omnes in ipsius animo exstitit. Andrea Coindre presbytero iuvante, in puellas iuvenesque mulieres omnium ordinum se convertit, atque usque ad vitae suae novissimos dies operam dedit ut Iesum ac Mariam cognoscerent et amarent, ipsaeque, consentanea institutione imbutae, in societatem immitterentur. Anno MDCCCXVI « Providentiam S. Brunonis » condidit, locum scilicet ubi curabantur et colebantur derelictae puellae, ipsaeque ad congruentem artem informabantur. Eodem anno interfuit institutioni « Piae Unionis Sacri Cordis », cuius fervida fuit praeses. Anno MDCCCXVIII, mentem assequens P. Coindre, « Congregationem Dominarum Ss. Cordium Iesu et Mariae » instituit, quae posthac vocata est « Congregatio Religiosarum Iesu et Mariae », quamque canonice Administrator Apostolicus Aniciensis anno MDCCCXXIII comprobavit. Paulo post Beata, quae interea nomen Mariam a S. Ignatio ceperat; religiosa vota nuncupavit et Antistita generalis electa est, quod officium usque ad mortem sustinuit. Cum ingenio, actuositate virtutibusque eximiis praestaret, magna cum prudentia Institutum suum rexit, divino auxilio prorsus innisa et fortis difficultates sustinens, quae haud paucae fuerunt nec breves. Sorores suas quoque instituendas egregie curavit, quas verbo et praesertim exemplo docuit Dei voluntatem servare, Ecclesiam animasque amare, sui deditionem, Regulam observare. Deinde impulit suas ut veluti matres essent pro puellis iuvenibusque mulieribus, quae earum curis concredebantur, atque omnes aeque tractarent. « Istud tantummodo sino: paupérrimas quasque, misérrimas et male affectas anteponi: has utique valde diligite ».

Suum apostolatum interiore vita, coniunctione cum Deo, continuata precatione, erga Eucharistiam et Ss. Corda Iesu et Mariae pietate, gratiae motibus parendo, aluit. Summa diligentia, perseverantia et spirituali delectatione christianas virtutes exercuit, fidem praesertim, spem et caritatem, eaque perfectionis magnum gradum obtinuit. Inde a pueritia semper studuit vitam degere Domino dignam Eique in omnibus rebus placere. Quam rem constat fuisse non tantummodo desideratam, sed propositum firmum et effectivum officium, in quodam vitae genere explicatum, ad Dei gloriam et ad Christi regnum aedificandum in illius temporis societate, ad misericordiae spiritualis corporalisque opera facienda. Hunc ob morem Evangelio accommodatum, iam in vita sancta habebatur atque eadem opinio permansit post mortem, quae Lugduni occurrit die III mensis Februarii anno MDCCCXXXVII.

Canonizationis causa incohata est solummodo anno MCMXXVI atque rebus peractis iure illius temporis statutis, Summus Pontifex Paulus Pp. VI die vi mensis Februarii, anno MCMLXXVIII, declaravit Matrem Mariam a Sancto Ignatio heroum in modum exercuisse virtutes théologales, cardina-

les hisque coniunctas. Post editum decretum super miro, Nos Ipsi, die iv mensis Octobris anno MCMLXXXI, beatificationis ritum peregimus. Proxime, Beatae Claudinae canonizationis causa, apud Curiam Mercedensem processus canonicus celebratus est de mira sanatione quadam, quae anno MCMLXXXVI acciderat et deprecationi eiusdem Beatae erat adscripta. Eventu inquisito felici cum exitu, Nobis coram, die xi mensis Iulii anno MCMXCII, decretum super miro prodiit. Deinde sententiis Patrum Cardinalium et Episcoporum suffragantibus in Consistorio coadunatorum die xi mensis Decembris subsequentis, statuimus ut canonizationis ritus Romae die xxi mensis Martii anno MCMXCIII celebraretur.

Hanc igitur hoc die inter sacra diximus formulam: « Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatas Claudinam Thévenet et Teresiam a Iesu "de los Andes" Sanctas esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eas in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quibus verbis dictis, has Litteras Decretales confici et expediri iussimus, ac de novis Sanctis earumque virtutibus sermonem habuimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die primo et vicesimo mensis Martii anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

EGO IOANNES PAULUS II
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 330618/753

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SRIKAKULAMENSIS

In India nova conditur dioecesis Srikakulamensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad aptius fovendum evangelizationis opus in amplissimis Indiae finibus, Congregatio pro Gentium Evangelizatione, re mature perpensa auditisque pariter eorum, quorum interest, faventibus votis, censuit nuper ibidem novam condendam esse dioecesim.

Nos igitur, Qui gravissimo fungimur munere Pastoris et Patris universi populi Dei, talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate haec decernimus. A Visakhapatnamensi dioecesi separamus districtum civilem « Srikakulam » et sequentia loca, patrio sermone « taluks » nuncupata, quae pertinent ad districtum civilem « Vizianagram » quaeque sunt: Paravathipuram, Kurupam et Cheepurupalli; ex iisque novam constituimus dioecesim ab urbe principe eiusdem regionis Srikakulamensem appellandam, quam metropolitanae Sedi Hyderabadensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus, cuius limites iidem erunt ac districtus civilis « Srikakulam » et locorum « taluks », supra memoratorum, districtus civilis « Vizianagram », firmis manentibus ceteris limitibus.

Praeterea iubemus Episcopi cathedram poni in templo Sanctae Mariae Misericordiae exstante in urbe « Palakonda » atque pro canonicis consultores dioecesanos eligi et adhiberi ad normam iuris; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum Venerabilis Frater Georgius Zur, Archiepiscopus titulo Sestensis atque in India Pronuntius Apostolicus vel ab eo delegatus sacerdos, factis nempe necessariis facultatibus. Re autem acta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur. Hanc denique Apostolicam Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die primo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evangel. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 330616

II

DE PAR ANI A SUPERIORE

De Parania Superiore Praelatura territorialis ad statum attollitur dioecesis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Magna quidem cum sollicitudine id usque agere contendimus, ut res catholicae commodius disponantur, quo religio atque pietas magis solidentur et latius proferantur. Nunc autem De Parania Superiore Praelatura territoriali cogitamus, quae proximis temporibus haud mediocre cepit incrementum. Quapropter cum Venerabilis Frater Adolfus Livieres Banks, Paraguayae Episcoporum Conferentiae Praeses, postulavisset ut haec Praelatura territorialis ad dignitatem attolleretur dioecesis, favente quoque Venerabili Fratre Iosepho Sebastiano Laboa, Archiepiscopo titulo Zaraiteno atque in Paraguaya Apostolico Nuntio, de consilio Congregationis pro Episcopis, his postulatis concedendum esse existimavimus. Itaque auctoritate Apostolica Nostra suffulti quae sequuntur statuimus et decernimus. De Parania Superiore Praelaturam territorialem statu condicioneque dioecesis honestamus, iis servatis finibus quibus usque adhuc ipsa terminatur et eodem retento pariter nomine, scilicet De Parania Superiore. Novae dioecesis sedem in eadem urbe locamus quam « Ciudad del Este » appellant, templumque ibidem situm idemque Sancto Biasio dicatum, ad gradum evehi-

mus Ecclesiae cathedralis. De Parania Superiore Episcopus iisdem fruetur iuribus ceterisque rebus ac alii Praesules. Noviter conditam dioecesim metropolitanae Sedi Sanctissimae Assumptionis suffraganeam facimus eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Sanctissimae Assumptionis pro tempore subicimus. Consultores dioecesani deligantur ad iuris normam, qui ipsi Episcopo assint consilio et opera. Mensam episcopalem constituent Curiae emolumenta, fidelium stipes et temporalia bona quae ad eandem Praelaturam pertinuerunt. Quoad seminarii institutionem aeque ac ad sacerdotium candidatorum cultum praescripta Congregationis de Institutione Catholica serventur. Iuvenes selecti ad studia perficienda Romam mittantur, si fieri potest. Simul atque dioecesis constitutio ad effectum deducta erit, eo ipso clerus eidem Praelaturae adscriptus, novae dioecesi censeatur incardinatus. Quod autem ad novae dioecesis regimen, administrationem bonorum, Administratoris dioecesani sede vacante electionem, fidelium iura, horum similia, pertinet, quae sacri canones praescribunt serventur. Ad ea postremo explenda quae has per Litteras iussimus, Venerabilem Fratrem quem memoravimus, eundemque in Paraguaya Apostolicum Nuntium, legamus, factis facultatibus necessariis et opportunis etiam quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum subdelegandi. Re tandem ad exitum perducta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Episcopis mittantur. Contrariis rebus minime efficientibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

83 BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*
Antonius Macculi, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 330311

III

RIVI NIGRI VALLENSIS SUP.

Distracto territorio a dioecesi Viedmensi nova constituitur dioecesis Rivi Nigri Vallensis Superioris.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo facilius atque fructuosius Rei publicae Argentinae gentes in regione Rio Negro appellata habitantes evangelizan possint, Episcopus Viedmensis, audita Conferentia Episcopali Argentina, ob magnam illius ecclesiasticae circumscriptionis amplitudinem, loci difficultates et incolarum incrementum, ab Apostolica Sede postulavit ut ab eadem dioecesi distracto territorio, novae constituerentur Ecclesiae particulares. Quapropter, existimantes hoc in bonum animarum esse cessurum, audita favente sententia Venerabilis Fratris Ubaldi Calabresi, Archiepiscopi titularis Fundani, in Argentina Apostolici Nuntii, de consilio Congregationis pro Episcopis, precibus concedere statuimus. Hinc, ex Nostrae Apostolicae potestatis et auctoritatis plenitudine a dioecesi Viedmensi integrum distrahimus territorium civilium regionum, vulgo « departamentos » appellatarum, General Roca et El Cuy, ex eoque novam dioecesim Rivi Nigri Vallensis Superioris denominandam condimus, iisdem circumscriptam finibus, quibus memorati districtus, simul sumpti, lege civili in praesens terminantur. Novae dioecesis sedem episcopalem in urbem « General Roca » dicta statuimus, cuius templum paroeciale Deo in honorem Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo dicatum ad gradum et dignitatem Ecclesiae cathedralis evehimus, per omnia ceteris cathedralibus Ecclesiis exaequatam. Item eius Episcopum ceteris Praesulibus Ordinariis omnino parem facimus. Novam dioecesim suffraganeam constituimus Ecclesiae Metropolitanae Sinus Albi et eius Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Sinus Albi subicimus. In ea quam primum Collegium Consultorum instituatur, ad normam iuris, quod Episcopum adiuvet in regimine. Episcopi huius sustentationi congruae et dignae provideatur Curiae emolumentis, fidelium oblationibus et portione ei ob veniente ex divisione, ad normam canonis 122 Codicis Iuris Canonici facienda, bonorum quae hucusque ad patrimonium dioecesis Viedmensis pertinuerunt. Circa seminarii dioecesani constitutionem et formationem candidatorum ad sacerdotium ius commune servetur, prae oculis habitis

normis a Congregatione de Institutione Catholica propositis. Cum fieri poterit selecti seminarii alumni Romam mittantur philosophicis ac theologicis disciplinis imbuendi, necnon sacerdotes ad studia ecclesiastica complenda. Quod attinet ad novae dioecesis regimen, bonorum ecclesiasticorum administrationem, Administratoris dioecesani « sede vacante » electionem, fidelium iura aliaque id genus, sacrorum canonum praescripta adamussim serventur. Simul ac novae dioecesis constitutio erit ad effectum deducta, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur, in cuius territorio ecclesiasticum officium detinent; ceteri sacerdotes, clerici seminariique tirones Ecclesiae illi incardinati maneant vel incardinentur, in cuius territorio habent domicilium. Acta et documenta quae ad constitutam dioecesim ad eiusque clericos et forte ad bona temporalia respiciunt, a Curia Viedmensi ad Curiam Rivi Nigri Vallensis Superioris quam primum transmittantur. Ad haec perficienda deputamus Venerabilem Fratrem Ubaldum Calabresi vel gestorem actu Nuntiaturae Apostolicae, necessariis et opportunis factis eisdem facultatibus etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis quam primum sincerum exemplar peractae exsecutionis actus mittendi. Hanc denique constitutionem Nostram nunc et in perpetuum volumus vim habere, rebus contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo secundo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

SB BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 330.563

IV

SANCTI CAROLI VURILOCENSIS

In Argentina nova conditur dioecesis Sancti Caroli Vurilocensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In hac beati Petri Cathedra constituti universi Dominici gregis spirituali bono atque regimini sedula navitate, iuvante Deo, nitimur providere. Quam ob rem, cum Venerabilis Frater Michael Stephanus Hesayne, sacrorum Antistes Viedmensis, audita Conferentia Episcopali Argentina, ab hac Apostolica Sede petivisset ut quodam distracto territorio a perampla circumscriptione ecclesiastica sua nova dioecesis conderetur, Nos, favente quoque eidem rei Venerabili Fratre Ubaldo Calabresi, Archiepiscopo titulo Fundano, in eadem Natione Nuntio Apostolico, de consilio Congregationis pro Episcopis admotae postulationi perquam libenter concedendum esse putavimus. De plenitudine igitur Nostrae potestatis, consensu suppleto eorum, quorum interest, vel qui sua interesse id putant, quae sequuntur decernimus. A Viedmensi dioecesi separamus integrum territorium civilium regionum, quae patrio sermone « departamentos » nuncupantur quaeque sunt: Bariloche, Norquinco, Pilcaniyeu, 25 de Mayo et 9 de Julio, atque ex ita distracto territorio novam constituimus dioecesim Sancti Caroli Vurilocensis appellandam, quae iisdem limitabitur finibus, quibus memorati districtus, simul sumpti, ut civili lege exstant, praesens terminantur. Sic conditae Ecclesiae sedem in urbe « San Carlos de Bariloche » ponimus, ibique exstans templum, Deo dicatum in honorem Beatae Mariae Virginis titulo « Nuestra Señora de Nahuel Huapi » invocatae, ad gradum et dignitatem Cathedralis Ecclesiae evehimus cuique propria insignia, privilegia et honores tribuimus.

Praeterea dioecesim Sancti Caroli Vurilocensis suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Sinus Albi cuius Metropolitae iuri subicimus Episcopum pro tempore huius conditae dioecesis, factis eidem iuribus et oneribus Episcoporum residentium propriis. Mandamus insuper ut quam primum ibi Collegium Consultorum ad normam iuris constituatur qui Episcopo, consilio et opera, valido sint auxilio. Congruae quidem ac dignae sustentationi Praesulis novae dioecesis provideatur Curiae emolumentis, fidelium oblationibus ac portione bonorum, quae ad normam canonis 122 C.I.C. eidem

obvenire debent quaeque hactenus ad patrimonium Viedmensis dioecesis pertinuerunt. In iis autem quae respiciunt ad seminarii dioecesani aedificationem atque ad sacrorum alumnorum institutionem, serventur praescripta iuris communis, habita praesertim ratione normarum ac regularum a Congregatione de Institutione Catholica statutarum; suoque tempore selecti seminarii dioecesani alumni philosophicis ac theologicis disciplinis imbuendi necnon sacerdotes sua studia completuri, Romam mittantur. Quod vero attinet ad conditae dioecesis regimen, bonorum ecclesiasticorum administrationem, dioecesani Administratoris « sede vacante » electionem, fidelium iura et onera aliaque id genus, quae sacri canones praescribunt ad amussim serventur. Atque simul ac dioecesis erectio ad effectum deducta fuerit, sacerdotes illi adscripti censeantur Ecclesiae in cuius territorio ecclesiasticum officium detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique alumni incardinati maneant vel incardinentur Ecclesiae in cuius territorio legitimum habent domicilium. Acta et documenta quae ad noviter constitutam dioecesim eiusque clericos, fideles et forte bona temporalia respiciunt, a Curia Viedmensi ad Curiam Sancti Caroli Vurilocensis, quam primum, transmittantur. Haec, quae praescripsimus, perficienda committimus Venerabili Fratri Ubaldo Calabresi, quem diximus, vel, absente eo, illi, qui curat negotia Apostolicae Nuntiaturae in Argentina, eisdem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis, cum primum fas erit, remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die altero et vicesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

✠ BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 330.564

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servae Dei Paulae Montai Fornés a S. Iosepho de Calasanctio Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Sanctum timorem Dei puellulas edocere cupio, ut familiae salvae fiant ». Hoc erat effatum, quo Serva Dei Paula Montai Fornés etiam apostolicas suas definiebat partes, quas scilicet, ut mulieres proveheret et salvae ita familiae fierent societasque transformaretur, omni humana et christiana educatione puellulis et adulescentibus tradita, ad effectum adduxit. Negotium illo tempore urgens nostroque adhuc praesens.

Haec Venerabilis Serva Dei in oppido Hispanico « Arenys de Mar » die xi mensis Octobris nata est anno MDCCXCIX, primo loco genita a Raimundo Montai et Vincentia Fornés, qui, ambo in viduitate olim relicti, alteris iustis nuptiis deinde inter se sunt iuncti, a quibus bene secundum instituta Evangelii educata est. Mortuo patre, cum opus arcariae inire adulescens coepisset, laborem in se experiens, dilucide ac perspicue intellexit mulierum integram progressionem in civili societate et in Ecclesia comparandam esse, magno spectato momento et effectu earum apud familiam et societatem iam ad machinalem industriam artemque pertinentes; sed opportuna in mulieribus educatio adhuc desiderabatur. Docilis ad gratiam, cum ad id opus a Deo vocari consciret, anno MDCCCXXIX, victis socialibus et politicis illius temporis difficultatibus, opum oeconomicarum expers ab « Arenys de Mar » ad oppidum « Figueras » se transtulit, primumque ludum ibi pro puellulis aperuit, amplis provisis educationis rationibus ad memorata proposita accommodatis. Studiosa animorum puellularum et adulescentium, futurarum matrumfamilias, multis difficultatibus fortiter restitit, ut Scholas eiusdem generis variis in locis aperiret probeque ordinaret. Cum charismate Sancti Iosephi de Calasanctio omnino cohaerens, inde ex quo in « Figueras » domicilium collocavit, secundum eius ipsius religiositatem et Regulas vivere cupiebat; annoque MDCCCXXXXVII in oppido « Sabadell», adiuvantibus Clericis Regularibus Pauperibus Matris Dei Scholarum Piarum, suam in Schola Pia operam inclusit, ubi eo ipso anno Paula primaeque eius sociae die II mensis Februarii vota ut Filiae Mariae Scholarum

Piarum nuncupaverunt, addito tribus votis religiosis voto docendi. Congregatio anno MDCCCLI ab Episcopo Gerundensi est approbata, eademque a Pio Pp. IX, ve. me., ad gradum pontificium evecta comprobata est anno MDCCCLX.

Ea igitur Serva Dei prima fuit, quae saeculo xix primam Hispanicam mulierum Congregationem populari indole distinctam unique educandi muneri totam traditam condiderit. Primo Capitulo, quod anno MDCCCXXXXVII est celebratum, illa neque antistita generalis electa est, neque generalis consultrix. Septem per annos, quos magistra novitiarum in oppido « Sabadell » transegit (MDCCCLII-MDCCCLIX), peculiarem in modum sanctitate virtutum religiosarum splenduit, testibus fere centum novitiis, quae illis annis formatae sunt. Tertium temporis spatium (MDCCCLIX-MDCCCLXXXIX), quo Olesae Montis Serrati vixit, refertissimum fuit exemplis virtutum et sanctitatis vitae, quemadmodum iugiter apud Communitatem et inter alumnas omnesque loci incolas Serva Dei ob suam fidei rationem, ob supernaturalem omnium rerum visionem, ob extraordinariam humilitatem omnemque virtutum usum notissima fuit. Inde a sodalitate in «Figueras» condita vitam vixit fide firma et operosa, omnibus vitae eventibus acceptis perinde atque ab ipso Deo Patre allatis. Pariterque collustrabatur caritatis ardore, vi spei ac fiduciae, magno orationis spiritu, pietate, qua sacrae intererat celebrationi mysteriorum Dei, necnon amore erga B. V. Mariam. Eucharistiae devotissima, id Sacramentum agnoscebat et animarum sanctificationis causam esse et Sacrificium honorem Deo tribuens eumque placans. Has sancte coluit virtutes: prudentiam tum Congregationis vita navitateque apostolica moderanda et ordinanda, tum absque anno MDCCCXXXXVII haud facili rerum statu ferendo; fortitudinem doloribus cruciatibusque patienter et mansuete perferendis, quibus implicabatur vita eius; temperantiam animique moderationem bono animo paupertate suscipienda vitaeque austeritate; ipsamque iustitiam iis Deo reddendis, quae Dei erant, proximo autem praestandis propriis. Institutorium eius opus ex ipsa iustitia sociali et christiana erga mulieres servanda manabat. Humilitatem, quam memoravimus, et oboedientiam, neutiquam theoretice, sed heroum in modum in cotidianis eventibus coluit socialique in ambitu. Postremis annis vero contemplationis studio flagravit. Postquam acerbum sustulit morbum, eam, iam magna sanctitatis fama fruentem, ad se Deus vocavit die xxvi mensis Februarii, anno MDCCCLXXXIX,

Canonizationis Causae initium factum est in dioecesi Barcinonensi anno MCMLVii. Omnibus expletis iure statutis, in conspectu Nostro die xxvin mensis Novembris anno MCMLXXXVIII Decretum de virtutibus heroum

in modum ab eadem Serva Dei cultis editum est. Iudicialiter ad Curiam archiepiscopalem Bellohorizontinam cognitum est (MCMXCI-MCMXCII) de coniecta quadam curatione, quae divinitus effecta anno MCMLXV dicebatur, deprecante Serva Dei, pro Brasiliensi muliere Scholarum Piarum sodali; deinde die xxi mensis Decembris anno MCMXCII pro secundo eiusmodi inspectionis exitu Decretum promulgatum est « super miro ». Quare simul statuimus, ut Beatificationis ritus die xvin mensis Aprilis anno MCMXCIII Romae celebraretur. Hodie igitur ad Basilicam Petrianam inter Sacra hanc beatificationis formulam elocuti sumus: « Nos, vota Venerabilium Fratrum Nostrorum Michaelis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, Richardi Mariae Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis et Francisci Macharski, Archiepiscopi Cracoviensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Ludovicus a Casaurea, Paula Montai Fornés a Sancto Iosepho Calasanctio, Maria Angela Truszkowska et Faustina Kowalska, Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum die ipsorum natali: Ludovici a Casaurea die tricesimo mensis Martii; Paulae Montai Fornés a Sancto Iosepho Calasanctio die vicesimo sexto Februarii; Mariae Angelae Truszkowska die decimo Octobris et Faustinae Kowalska die quinto mensis Octobris in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Cum vero eorundem caelitum Beatorum claris christianae ac religiosae vitae ipsimet permoveremur speciminibus nec sine iustissima quidem reremur causa iisdem plurimum adiutum iri universum Dei Populum atque Ecclesiae per terras coetum disseminatum, adgressi alacriter habere orationem sacram sumus qua non modo praefulgentem illorum recensuimus vitam virtutumque magnitudinem verum opportunitatem eorum doctrinae inculcavimus praesentibus praesertim in generis humani adiunctis. Pie eos deinde primi sumus religioso adfectu venerati precibusque fusis pro omni orbe eiusque necessitatibus precati.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvin mensis Aprilis, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 326.582

II

Venerabili Dei Servo Ludovico a Casaurea Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Caritas Christi urget nos » *(2 Cor* 5, 14). Dilectio quam Christus humanitati in sua morte rédemptrice demonstravit quamque omnibus hominibus, peculiariter per Eucharistiae sacramentum adhuc donare pergit in quo totum bonum spirituale Ecclesiae continetur (cf. *Presbyterorum ordinis,* 5), appetitio visque fuit indefessae operae caritatis Venerabilis Ludovici a Casaurea, qui singularis fuit Frater Minor itemque eximius Ecclesiae Neapolitanae filius.

Hac vulneratus dilectione, dum divinam Eucharistiam adorabat, novus homo factus est in Christo, usque ad discessum beatum de hac vita uno perductus studio non sibi vivendi sed ei qui pro nobis mortuus est et resurrexit (cf. *2 Cor* 5, 15) et cuius amor omnem creaturam complectitur.

Casaureae ortus, in Neapolitana provincia, a Vincentio et Candida Zenga, die xi mensis Martii anno MDCCCXIV, Archangelus Palmentieri anno MDCCCXXXII inter Fratrum Minorum sodales est receptus, quos in vicino conventu oppidi, quod Afragolam vocant, cognoverat. Presbyterali ordinatione anno MDCCCXXXVII suscepta, P. Ludovicus plerumque se studio dedit et institutioni philosophiae, mathematicae et physicae. Gratia deinde permotus, quae ardorem caritatis pro Christi pauperibus in eo concitaverat, socialibus pariter necessitatibus compulsus, Venerabilis Ludovicus S. Pauli sibi sumpto proposito: « Omnibus omnia factus sum » *(1 Cor* 9, 22), ab anno MDCCCXLVII complura caritatis opera incohavit, quae omnia ab ardenti amore erga Christum et omne genus patientes manabant.

In suo Testamento, anno MDCCCLXXVII, P. Ludovicus magna cum simplicitate confessus est: « Dominus dulcissimo amore ad se vocavit et interminata caritate me in vitae itinere direxit... Iesu Christi amor cor meum vulneraverat, latus meum et meas manus, pedes meos, corpus meum., atque semper clamabam: aut amor aut amore mori! ». Dei amor flamma fuit quae magnum incendium concivit in huius flagrantis testis de Patris misericordia corde. Ipse non solummodo dilectionem pro pauperibus declaravit, sed Ioannis Apostoli servans mandatum: «Non diligamus verbo neque lingua, sed opere et veritate » *(1 Io* 3, 18), eandem in servitium pro quovis humano derelictu proque aperta paupertate vertit.

Sanctos imitans, qui difficilibus temporibus a muneribus aetatis suae non se subtraxerant, officia consulto sustinuit pro sui temporis societate, peculiariter pro paupertatis gravibus generibus, qua ipsa premebatur, corde cum misericordi in suae gentis eventus resque infelices cotidianas descendens.

In eo fuit et operata est boni Samaritani caritas, qui omni homini adest in corpore et in spiritu sauciato eique spem tribuit atque consolationem (cf. *Messale Romano,* 2ª ed. italiana, Roma 1983, Prefazio comune VIII). Institutum ideo condidit «Opera degli Accattoncelli » vocatum, ut adulescentes Neapolitani vagantes reciperentur, hospitia condidit pro surdis mutisque, caecis, senibus, pupillis et strumosis; ephebea condidit, scholas, officinas typographicas, colonias agrestes, mensas, musicorum globos, aliaque complura quae cor, tanquam mare latissimum, ei suadebat. Ut catholicus cultus proveheretur Neapoli « Academiam Religionis et Scientiae » instituit, aliaque provida culturalia opera, eximiis illius aetatis iuvantibus hominibus.

Cum conscius sibi esset « Africam esse Africae convertendam », Neapoli clara « Collegia Parvulorum Nigrorum » condidit, ut Afri adulescentes christiana doctrina imbuerentur, quos ipse praecones voluit in eorum immensa Continenti.

Tempora praecurrens Concilii Vaticani II, Laicorum apostolatum provexit atque Actionis Catholicae, praeter Ordinem Franciscalem Saecularem, ex cuius gremio actuosissimos adiutores in caritatis operibus assumpsit, quibuscum duas Congregationes religiosas instituit, Fratrum scilicet Caritatis vel Ravorum et Sororum Franciscalium a Sancta Elisabeth vel Ravarum.

Ab innumeris iis defletus quos beneficiis affecerat, caritatis apostolus Neapoli obiit, die scilicet xxx mensis Martii anno MDCCCLXXXV.

Societati a Deo seiunctae et ab Evangelio aversae, Venerabilis P. Ludovicus a Casaurea miraculum credibile reddiderat amoris qui spem felicioris vitae certam reddit. Miraculum quoddam fuit ipse suis aequalibus, « Dei homo — quemadmodum Beatus Bartolus Longo scripsit — qui in mente sua Franciscum Asisiensem effingebat et in corde Vincentium de Paul ».

Ludovicus a Casaurea exemplar est ad nostram aetatem accommodatum « contentionibus et discordiis laceratam » *(Messale Romano,* Preghiera eucaristica della Riconciliazione II, Prefazio), et Ecclesiae quae eundem respicit veluti laetum pacis reconciliationisque nuntium, qui vi actuosae suae caritatis, nos ad germanas ecclesiales communitates aedificandas compellit, in quibus caritas floreat in laetitia et in spei certis definitisque signis.

Tanta fuit sanctitatis fama qua Dei Servus afficiebatur, ut eius canonizationis Causa, eodem anno quo mortuus est agi coepta sit, apud curiam Neapolitanam. His expletis quae ius praecipiebat, die xin mensis Februarii anno MCMLXIV Summus Pontifex Paulus VI Ludovicum a Casaurea heroum in modum exercuisse virtutes théologales, cardinales et iisdem coniunctas declaravit. Felici deinde exitu mira coniecta sanatio pervestigata est, quae accidit Salerni anno MDCCCLXXXV. Nobis coram die xi mensis Iulii anno MCMXCII, super miro decretum prodiit. Deinde decrevimus ut ritus beatificationis Romae celebraretur die xvm mensis Aprilis sequentis anni.

Hodie igitur inter sacra hanc diximus formulam: « Nos, vota Fratrum nostrorum Michaelis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, Richardi Mariae Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis et Francisci Macharski, Archiepiscopi Cracoviensis necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Ludovicus a Casaurea, Paula Montai Fornés a Sancto Iosepho Calasanctio, Maria Angela Truszkowska et Faustina Kowalska, Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum die ipsorum natali: Ludovici a Casaurea die trigesimo mensis Martii; Paulae Montai Fornés a Sancto Iosepho Calasanctio die vicesimo sexto mensis Februarii; Mariae Angelae Truszkowska die decimo mensis Octobris et Faustinae Kowalska die quinto mensis Octobris in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus minime efficientibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvm mensis Aprilis anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 328.504

III

Venerabili Servae Dei Mariae Angelae Truszkowska Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Qui evangelica consilia profitentur, Deum qui nos prior dilexit (cf. *1 Io* 4, 10) ante omnia quaerant ac diligant et in omnibus rerum adiunctis fovere studeant vitam absconditam cum Christo in Deo (cf. *Col* 3, 3), unde profluit et urgetur proximi dilectio in salutem mundi Ecclesiaeque aedificationem » (CONC. OECUM. VAT. II, *Perfectae caritatis,* 6).

In Dei dilectione, qua arcta cum Christo coniunctione alebatur, continenti pariter deprecatione, ferventi in Eucharistiam pietate, sui spiritalis aedificii suique simul operis caritatis in parvos pauperesque quorum fuit ipsa mater et benefica dispensatrix et vitae clarum exemplar, posuit fundamentum Venerabilis Serva Dei Maria Angela Truszkowska (quae saeculari nomine Sophia Camilla vocabatur).

Testis haec germana Evangelii in urbe Polona Kalisz quod Russi moderabantur, die xvi mensis Maii anno MDCCCXXV pientissimis parentibus orta est. XVI annos nata tabe est correpta, quapropter Helvetiam ut curaretur petiit, ubi annum commorata est. Varsaviam régressa, in secessu egit vitam et caritatis opera exercuit, in ea cogitatione versans ut se Domino devoveret. Anno MDCCCLIV pueros derelictos in asylo quodam infantium colligere incohavit; subsequenti anno Tertio Ordini Franciscali nomen dedit, spiritus moderatorem, exinde usque ad mortem, beatum Honoratum Kozminski de Biala Podlaska Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum habens.

Augescentibus in dies necessitatibus, anno MDCCCLV una cum consobrina Chlothilde Ciechanowska in asylum se contulit, quod condiderat, ut una cum iis quibus adsidebat vitam duceret, cum pueris scilicet derelictis, pauperibus et vitae segregibus.

Quandoquidem aliae Tertio Ordini adscriptae cum ea sese coniunxerant, Congregationem Tertii Ordinis Franciscalis constituerunt, sub titulo S. Felicis a Cantalice, quae continuo valde increbruit.

In Congregatione regiminis officia sustinuit, cum muneribus iuncta esset Instituti rectricis, noviciarum magistrae, generalis antistitae et novae communitatis spiritus moderatricis. Veluti antistita generalis Institutum

rexit et materna sollicitudine Sorores colendas prosecuta est, quas ad operam navandam pro pauperibus concitabat, caritate cum pietate coniuncta.

Necessitatibus sui temporis prompto studiosoque animo subvenit, in pauperes et egenos omnimodis alacer atque assidua Christianas virtutes exercuit et vota religiosa Instituti regulasque servavit, perfectionis altum consequens fastigium.

Postremos vitae suae xxx annos Cracoviae transegit in recessu atque precationibus dedita. Gravi morbo tandem correpta est, quem fortitudine et aequo animo sustinuit. Die x mensis Octobris anno MDCCCXCIX, meritis onusta et sanctitatis fama insignis, vitam aeternam ingressa est, quam semper appetivit.

Canonizationis Causa incohata est processibus canonicis celebratis apud Cracoviensem Curiam, informativis scilicet ab anno MCMXIX ad MCMLI, apostolicis ab a. MCMLXVII ad MCMLXIX.

Die n mensis Aprilis anno MCMLXXXII Nobis coram decretum prodiit, quo Venerabilem Servam Dei agnovimus heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque coniunctas exercuisse. Apud Curiam Buffalensem celebratus erat processus canonicus de mira quadam sanatione, quae anno MCMLXXXIV acciderat, Venerabilis huius Servae intercessioni attributa. Eventu sueto more excusso, Nobis coram die ix mensis Iulii anno MCMXCII decretum super miro editum est. Statuimus ergo ut sollemnis beatificationis ritum Romae die xvm mensis Aprilis subsequenti anno celebraretur.

Hanc igitur hoc die inter sacra diximus formulam: « Nos vota Venerabilium Fratrum Nostrorum Michaelis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, Richardi Mariae Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis et Francisci Macharski, Archiepiscopi Cracoviensis necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque Christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Ludovicus a Casaurea, Paula Montai Fornés a Sancto Iosepho Calasanctio, Maria Angela Truszkowska et Faustina Kowalska, Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum die ipsorum natali: Ludovici a Casaurea die tricesimo mensis Martii; Paulae Montai Fornés a Sancto Iosepho Calasanctio die vicesimo sexto mensis Februarii; Mariae Angelae Truszkowska die decimo mensis Octobris et Faustinae Kowalska die quinto mensis Octobris in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Complurium horum caelitum iuvat memorare virtutes qui quadam necessitudine coniunguntur et inter se colligantur. S. Felicis a Cantalicio res

gestae, ad quem se rettulit haec beata, omnino sunt Romae notae, qui totam Urbem peragrare solebat solamen comportans et franciscalem laetitiam. Beatus Honoratus quoque est recensendus qui complura patravit multosque ad Dei servitium convertit. Ipsa denique beata Maria Angela, praeterita haec veluti ob oculos habens, Evangelii semitas mirum in modum est persécuta, exemplumque hodiernae aetati clarum ea exhibetur.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus minime officientibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die undevicesimo mensis Aprilis anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco £8 Sigilli
In Secret. Status tab., n, 326.837

IV

Venerabili Servae Dei Columbae Gabriel Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis » *(Mt* 25, 40). Singularis haec evangelica Iesu ac fratrum identitas peculiarem habuit congruentiam in vita Matris Columbae Gabriel, quae viginti sex annos (1874-1900) egit Domino dedita in vita monasteriali et totidem in vita activa, fratribus egenis prorsus serviens.

Venerabilis haec Serva Dei Stanislaopoli orta est, in Galicia Austriaca, die III mensis Maii anno MDCCCLVIII, a piis parentibus Rodulfo et Agnete Rawski, ad Polonicos nobiles agrorum possessores pertinentibus. Ad baptismalem fontem nomina ei indiderunt Ioannam Mathildem. Post ludum, scholas superiores frequentavit in claro Monialium Benedictinarum Leopolitanarum ephebeo, ubi celeriter assuevit ad austeram illam vitae rationem, cupidine impulsa se praeparandi quam optime ad Iesu serviendum in parvis ac iuvenibus. Eius studiorum exitus egregii fuerunt et anno MDCCCLXXVI iam praeceptrix erat in ludo: amplum curriculum eam manebat, sed Dominus corde eius egebat eiusque intellegentia ut ad se multas traheret animas.

Iam enim die xxx mensis Augusti anno MDCCCLXXIV candidum induit novitiae velum, Sororis Columbae nomine capto apud easdem Moniales Benedictinas, quae intra sacri coenobii parietes eam in laetitia et in virtute crescere viderant.

Iniit ita, sanctum Benedictum sequens, suum perfectionis atque immolationis Domino iter in deprecatione, in silentio, in paenitentia pro sua et aliorum sanctitate. In suorum religiosae munium diligenti exsecutione ea delectabatur pace, quam Iesus tantum tribuere potest.

Brevi decursu temporis, ab anno scilicet MDCCCLXXXIX ad annum MDCCCXCVII, munera ei concredita sunt antistitae, dispensatricis, novitiarum magistrae, abbatissae. Totam seipsam dedidit auctui materiali atque spiritali monasterii et pauperum auxilio qui, cotidie et numerosiores usque, ob duram socialem temporis condicionem, monasterii ostium putabant adiutorium quaerentes et victum. Etsi egregie sua sustinebat officia, falsas atque calumniosas subiit interpretationes, propter quas inducta est ad suum monasterium relinquendum ac Romam petendam die xxi mensis Aprilis anno MCM, permissu Auctoritatis Ecclesiasticae Leopolitanae.

Exspectans dum Dominus novum eius iter illuminaret, Mater Columba non se in seipsam abdidit suis doloribus conficiendam, sed in vicis Prati ac Testacelo appellatis in catechesim tradendam incubuit, in assiduitatem praebendam aegrotis ac moribundis et in puerulos curandos custodiae expertes parentum in operibus versantium. Ad haec omnia se contulit usque ad annum MCMVIII, donec nempe Dominus eam voluit Conditricem Congregationis Sororum Benedictinarum a Caritate, necnon Operis socialis, Domus-Familiae appellatae pro puellis operariis pauperibus seu solis, et a suis familiis longinquis.

Venerabilis Serva Dei fuit eis missionaria, mater et famula, laborem comparans opere destitutis, qui eas praestaret tutas in tempus futurum. Cum puellis vitam communicavit omniaque eis obtulit, laeta in maxima paupertate ipsa vivere, dummodo illas felices redderet.............

Cum suis Sororibus non solum inter puellas operarías apostolatum explicavit, verum etiam inter aegrotos, puerulos, in paroeciis, quandoquidem « caritas Christi urget » semper, ubique et erga quemlibet. Clara sanctitatis fama mortem obiit die xxiv mensis Septembris anno MCMXXVI, Centumcellulis, quae pauperrimus tunc erant vicus Romanus, ubi plenis manibus fructus profuderat suae caritatis inter egentium omne genus. Sororibus suis testamentum spiritale reliquit ut « suum munus exsequerentur cum fervore et amore » et « caritatem facerent in omnes ».

Fama sanctitatis perdurante, anno MCMLXXXIII initium cepit Canonizationis Causa. Rebus peractis iure statutis, die x mensis Iulii anno MCMXC coram Nobis promulgatum est decretum super Servae Dei virtutibus heroicis. Interim apud Curiam Patavinam actus est processus canonicus super mira coniecta sanatione, effecta in valetudinario oppidi Cittadella anno MCMLXXXII. Casu inspecto prospero cum eventu, die xxi mensis Decembris anno MCMLXXXII promulgatum est decretum super miro.

Decrevimus porro ut Beatificationis ritus die xvi mensis Maii insequentis anni celebraretur.

Hodie igitur Romae, in Vaticana Basilica, inter sollemnem eucharisticam liturgiam, hanc pronuntiavimus formulam: « Nos, vota Fratrum Nostrorum Henrici Cardinalis Schwery, Episcopi Sedunensis, Francisci Garnier, Episcopi Lucionensis, Camilli Cardinalis Ruini, Vicarii Nostri pro Romana Dioecesi, et Peregrini Thomae Ronchi, Episcopi Civitatis Castelli, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Mauritius Tornay, Maria Aloisia a Iesu Trichet, Columba Ioanna Gabriel et Florida Cevoli Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Mauritii Tornay die undecima mensis Augusti; Mariae Aloisiae a Iesu Trichet die septima mensis Maii; Columbae Ioannae Gabriel die vicesima quarta mensis Septembris et Floridae Cevoli die duodecima mensis Iunii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae autem statuta hic sunt, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Maii, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ©Sigilli
In Secret. Status tab., n 330 414

V

Templum Deo dicatum in honorem Beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae, in archidioecesis Minscensis Latinorum—Mohiloviensis Latinorum loco vulgo Budslaw appellato, ad Basilicae Minoris gradum evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter paroeciales aedes in cara terra Bielorussica exstructas, sanctuarium illud Deo dicatum in honorem Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae in pago vulgo dicto Budslaw, structurae genere et momento historico, at potissimum religionis cultu, dudum eminet. Cum vero Venerabilis Frater Casimirus Swi^tek, Archiepiscopus Minscensis Latinorum-Mohiloviensis Latinorum, postulaverit ab Apostolica Sede, suum communeque cleri et populi christiani votum proferens, ut templum, quod diximus, ad Basilicae Minoris gradum et dignitatem, primum in illa archidioecesi, in perpetuum eveheretur, Nos huic petitioni libenti animo sumus obsecuti. Congregationis igitur de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum consultu deque Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, harum Litterarum vi, statuimus, ut sacra aedes Deo consecrata in honorem Beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae in loco vulgo Budslaw appellato ad titulum ac dignitatem Basilicae Minoris evehatur, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis hoc nomine insignibus rite competunt.

Mandamus praeterea ut ea serventur quae secundum Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die IX mensis Novembris, anno MCMLXXXIX datum, servanda sunt. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI mensis Iunii, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 326.270

VI

Templum Deo dicatum in honorem sanctae Annae in loco vulgo Varennes appellato, in dioecesi Sancti Ioannis-Longoliensi, ad gradum Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Christifideles qui provinciam Quebecensem incolunt peculiari profecto modo, ut probe novimus, a tribus iam saeculis sanctam Annam clara veneratione prosequuntur. Venerabilis Frater Bernardus Hubert, Episcopus Sancti Ioannis-Longoliensis, hanc pietatem alere ac fovere cupiens, cleri populique vota et preces interpretatus, petiit ut ecclesia paroecialis Sanctae Annae dicata in loco vulgo Varennes sita ad dignitatem Basilicae Minoris eveheretur. Cui petitioni libenti animo obsecundantes, Nos, de Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum consultu atque Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, harum Litterarum vi, statuimus ut sacra aedes quam diximus ad titulum ac dignitatem Basilicae Minoris evehatur, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis hoc nomine insignibus rite competunt.

Mandamus praeterea ut ea serventur quae secundum Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die IX mensis Novembris anno MCMLXXXIX datum, servanda sunt. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Confidimus sane fore ut fideles Quebecensis provinciae ad sanctam Annam colendam magis magisque incitentur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVM mensis Iunii, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 326.938

VII

Memoriae proditur Summum Pontificem Ioannem Paulum Pp. II per Apostolicam visitationem in Hispania die XIV mensis Iunii anno MCMXCIII pretioso diademate coronavisse imaginem beatae Mariae Virginis titulo « Nuestra Señora de los Milagros », quae in franciscali monasterio « de la Rábida » nuncupato pie colitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Sanctina, ita denominata erat Serva Dei, est a piis parentibus optima imbuta educatione religiosa et Dei amorem ab eis didicit, simulque laboris et sacrificii. Fructuose ludum frequentavit, sed, quamvis vivaci intellegentia praedita esset ac bona voluntate, ob paupertatem progredi nequivit. Aetate progrediente industrie vitae interfuit paroeciali utilemque explicavit apostolatum, praesertim inter puellas, quas globatim congregabat, ut eas christianas doceret veritates, ad bonum dirigeret adque sacramenta et cantu sacro erudiret. Modesta quoque sacra spectacula apparavit, nitens iungere utile dulci. Eodem autem tempore matrem in domus officiis adiuvabat.

Faventiae, quo familia migraverat, consilium in animo volvere coepit se Deo consecrandi in religioso Instituto. Non potuit tamen statim hoc sequi propositum, quia ea egebat familia, praecipue post patris immaturam mortem (anno 1882). Cum Deo nihilo minus ambulare perrexit atque vitae spiritali et apostolicae necnon fidei lumini diffundendo operam navare.

Congruenti collocatione pro matre reperta, pridie Nonas Novembres, anno 1889, Romae ingressa est Congregationem Sororum a Misericordia pro Infirmis, a Teresia Orsini Doria Pamphili institutam. Acto probandatus anno, religiosam vestem induit anno 1890 nomenque cepit Sororem Mariam Raphaelam. Novitiatu confecto vota nuncupavit temporanea die 8 mensis Decembris anno 1891, quae quotannis secundum Instituti sui Constitutiones iteravit, donec anno 1905 perpetuam fecit professionem.

Aegrotis inservivit in nosocomiis Sancti Ioannis in Laterano, Alatrino ac Frusinati, quo missa est tamquam pharmacopola anno 1893. Anno 1921 est antistita nominata Communitatis religiosae, quae erat apud valetudinarium civile Frusinas et ab anno 1928 eodem est munere iuncta apud valetudinarium Alatrinum. Anno 1940, ob provectam aetatem, sponte antistitae officium deposuit et, sicut simplex Soror, Sororibus sodalibus, infirmis et populo illius loci perseveravit utilis esse.

Vita eius consecrata constanti notata est fidelitate erga vocationem, gaudio et diligentia in cotidianis munibus exsequendis, prompta alacrique erga proximum facilitate. Non conspicuos egit actus, sed in occultatione et in humilitate optimo modo Dei oboedivit voluntati et superiorum, et conata est eosdem, qui in Christo Iesu erant, in se ipsa sensus habere, qui cum in forma Dei esset semetipsum exinani vit, formam servi accipiens (cf. *Ph* 2, 5-7). Coniunctionem cum Deo coluit fervida Missae participatione atque sacrorum, Communione cotidiana, crebra et diuturna Eucharistiae adoratione, pietate in Christi passionem et in Virginem Mariam, deprecatione assidua. Ut Deo placeret cum perseverantia est gressa in perfectionis via, quolibet attente vitato peccati genere. Usque ad dierum suorum finem solida mansit in fide et, ardore impulsa regni Dei aedificandi, exemplo, verbo et precatione operam dedit ut animas salvaret et in mundo disseminaret evangelium. Vera Ecclesiae filia, membrum vivum et impigram fuit in mystico Christi corpore eminuitque spiritu pietatis ac docilitatis erga Summum Pontificem, episcopos et sacerdotes.

Corde simplici et puro Deum dilexit plus quam seipsam et nihil aliud exoptavit, quam pro eius gloria laborare. Praecipue Deum vidit eique servivit in aegrotis et in pauperibus, bene verba Iesu considerans: « Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis » *(Mt* 25, 40). Tanta eius fuit cura et benignitas in eos, qui in valetudinario iacebant, ut iure appellata sit « aegrorum angelus ». Altero mundano bello furente, cum Alatrinum nosocomium in gravibus versabatur periculis, in suo loco mansit, ut frequentes tueretur aegrotos et in omnes divini auxilii fiduciam infunderet. Plena fuit caritatis etiam in medicos et valetudinis curatores, a quibus magni est aestimata et apud quos magnum habuit momentum beneficum. Sincere Sorores sodales dilexit et antistitae officium summa cum prudentia sustinuit, iustitia, servitii ac maternitatis spiritu, semper parata ad se dedendum eis, ad eas adhortandas in boni via, et sustentandas in difficultatibus. Cum spem suam totam in Domino collocasset, serenitatem effundebat, pacem et consolationem. Sorores quae ei forte fortuna proximae fuerunt, tamquam matrem illam dilexerunt utque sanctam veneratae sunt, videntes eam vere ex sua Deo consecratione vivere, perfecte regulam votaque religiosa observare, a se alienam et a mundi vanitatibus, cotidianas ferre cruces cum laetitia, suum invenire gaudium in se utili proximo reddenda laudesque Domino operum suorum bonitate canere.

Etiam vitae annis extremis, cum non ei dolores corporis et animi defuerunt, splendidum obsequii erga Dei voluntatem, curae de aliis, deprecationis studii dedit testimonium.

Sancte, sicut vixerat, mortem obiit die 23 mensis Iunii anno 1945. Ultima eius verba fuere: « Ecce, parata sum ».

Sanctitatis fama, qua insignis fuit in vita, in morte quoque patefacta est et insequentibus annis aucta, multique cum fiducia eius invocant impetrationem. Canonizationis Causa apud episcopalem Alatrinam curiam inita est per processus ordinarii informativi celebrationem (annis 1962-1967), cui additus est processus rogatorialis Faventinus (anno 1967). Anno 1969 est decretum promulgatum super scriptis. Secundum M. P. « Sanctitas clarior», Alatrii instructi sunt processus cognitionalis (annis 1980-1982) et processus additicius (anno 1983), quorum auctoritas et vis probata est decreto die 25 mensis Novembris anno 1983 prodito. Die 9 mensis Februarii anno 1993 felici cum exitu actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Patres Cardinales deinde et Episcopi, in Sessione Ordinaria diei 18 subsequentis mensis Maii, Causae Ponente Exc.mo Domino Hieronymo Grillo, episcopo Centumcellarum-Tarquiniensi, agnoverunt Matrem Mariam Raphaelam Cimatti heroum in modum virtutes théologales, cardinales et his adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Raphaelae (in saec.: Sanctinae Cimatti), e Congregatione Sororum a Misericordia pro Infirmis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

68 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

II

BARCINONEN.

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servae Dei Petrae a S. Ioseph (in saec.: Annae Iosephae Pérez Florido), fundatricis Instituti Sororum Matrum Derelictorum (1845-1906).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Petra a Sancto Ioseph (in saeculo: Anna Iosepha Pérez Florido) orta est die 7 mensis Decembris anno 1845 in loco *Valle de Abdalajis* sermone patrio appellato, ad provinciam Malacitanam pertinente, in Hispania. A puella pietatem coluit erga Eucharistiam, Virginem Mariam atque Sanctum Ioseph cumque alacritate se dedidit senibus derelictis assiduitati praebendae, necnon aegrotis et pauperibus. Pro eiusmodi classibus Congregationem Sororum Matrum Derelictorum condidit, quae ab episcopo Malacitano est canonice approbata. Meritis ornata mortem obiit die 16 mensis Augusti anno 1906 apud Sanctuarium Sancti Ioseph Barcinone, quod ipsa aedificandum curaverat.

Canonizationis Causa inita est anno 1932 apud Curiam Barcinonensem et, iis peractis, quae normae iuridicae eius aetatis statuebant, postridie Idus Iunias anno 1971 Summus Pontifex Paulus VI edixit Matrem Petram a Sancto Ioseph heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse.

Nuper Causae Postulatio Congregationi de Causis Sanctorum miram coniectam sanationem iudicandam permisit, intercessioni tributam memoratae Servae Dei, spectantem ad dominam Pastoram López Moya, Francisco Águila Vasco nuptam, quae mane diei 31 mensis Iulii anno 1951, in domo sua, filium peperit, obstetrice assidente. Partus est recte ad exitum adductus, sed ob imperfectam placentae deiectionem et secutam haemorrhagiam, puerperae condiciones magnopere aggravatae sunt. Postquam frustra duo medici conati sunt haemorrhagiam sistere et manibus placentam eicere, gynecologiae doctor arcessitus est qui hora fere secunda postmeridiana manibus et sine anaesthesia placentam extraxit, quae texto uterino adhaeserat.

Cum haemorrhagia pergeret et ultra aggravarentur dominae condiciones, iam sensu carentis, statuta est sanguinis transfusio, quae autem fieri non potuit, quia venae omnino ferme collapsae erant. Cum res esset, pro humanis viribus, desperata, propinqua quaedam aegrotae cum fiducia divinum postulavit auxilium per Servae Dei Petrae a Sancto Ioseph deprecationem, cuius imago sub brachio puerperae sinistro collocata est. Simul familiares instanter mediastinum doctoris gynecologiae adhortati sunt ut ad ultimum transfusionem in brachium sinistrum experiretur. Is, quamvis persuasum haberet inutile esse morientem vexare, tamen efflagitationibus concessit et temptavit ac, omnibus mirantibus, acus facile venam penetravit et sanguinis 600 cc. transfudit. Amissio haematica ad tria litra computata est. Addita est deinde ampulla medicae admixtionis cum glycosio quantitate 500 cc. Aegrota statim e sua defectione convaluit nec amplius oportuit aliam adhibere therapiam.

De hoc casu apud Curiam episcopalem Giennensem instructus est anno 1991 processus canonicus, cuius auctoritas et vis probata est per decretum Congregationis de Causis Sanctorum die 18 mensis Octobris eodem anno promulgatum. Consilium Medicorum, quod sanationem inspexit in sessione diei 4 mensis Februarii anni 1993, hanc dixit Sententiam: diagnosis: « Gravissima defectio haemorrhagica post partum ab haemorrhagia ad totam sanguinis massam attinente, quinque circiter horas provecta et orta ex imperfecta placentae separatione»; prognosis: «Quam maxime suspensa quoad vitam »; therapia: « Apta, sed non sufficiens, et tarda »; sanationis ratio: « Subitanea, perfecta et mansura. Recuperatio eiusmodi, facta sine sufficienti therapia amissionis haematicae substitutiva, scientiae nostrae inexplicabilis apparet quoad modum ». Nonis Maiis subsequentibus Consultorum Theologorum actus est Congressus Peculiaris, et die 15 mensis Iunii eodem anno Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Exc.mo Domino Angelo Palmas, Archiepiscopo titulari Vibianensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater

declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Petra a S. Ioseph (in saec.: Anna Iosepha Pérez Florido), Fundatrice Instituti Sororum Matrum Derelictorum, videlicet de subitanea, perfecta et mansura sanatione Pastorae López Moya a « gravissimo shock emorragico Postpartum da emorragia massiva prolungata per circa cinque ore e causata da distacco incompleto di placenta ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 83 S.

© Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

III

CAESARAUGUSTANA

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servae Dei Mariae Rafols, fundatricis Instituti Sororum a Caritate Sanctae Annae (1781-1853).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Maria Rafols die 5 mensis Novembris orta est anno 1781 in loco *Villafranca de Panadés* (ad territorium Barcinonense pertinente, in Hispania). Parvi coetus iuvenum feminarum moderatrix, qui postea factus est Congregatio Sororum a Caritate Sanctae Annae, apud valetudinarium Caesaraugustanum « Domina Nostra a Gratia » appellatum se dedidit assiduitati praebendae aegrotis, pauperibus et orphanis necnon nascenti Instituto religioso formando atque regendo. Forti cum animo et sacrificii spiritu non paucas difficultates atque acerbitates subiit et vel carcerem et exsilium. Innocens agnita suum recepit locum in nosocomio Cae-

saraugustano, ubi caritate eminuit, perfecta paupertate et apostolico fervore. Fama sanctitatis insignis die 30 mensis Augusti obiit anno 1853.

Causa inita canonizationis anno 1926 iisque peractis, quae ius statuit, die 6 mensis Iulii anno 1991 Summus Pontifex Ioannes Paulus II edixit Matrem Mariam Rafols heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse.

Ad beatificationem obtinendam Causae Postulatio Congregationi de Causis Sanctorum coniectam miram sanationem iudicandam permisit Caesaraugustae patratam die 2 mensis Februarii anno 1926 et intercessioni ascriptam memoratae Venerabilis Servae Dei. Sanatio attinet ad iuvenem Antoniam Asensio Alcaine, quae mense Novembri anno 1925 dermatite cutis capillorum laborare coepit. Morbus modo acuto exortus est multis cum forunculis et exsudatione purulenta; multae formatae sunt fissurae crustosae, quibus adiunctus est processus inflammatorius vehemens, qui febrim gignebat, cephalaeam ac discrimen condicionis universae, simulque iuvenis animi demissionem. Curans, peritissimus dermatologus ac in facultate medicinae professor, diagnosim fecit de « eczemate pingui » vel seborrhoico, et therapiam praescripsit in unguentis innixam ut in fundamento, in medicamentis corroborantibus inque radiis transviolaceis, sed sine ulla vera utilitate. Morbus inclinabat chronia fieri et ingravescere; continuae opus erant medicationes ob copiosissimam effusionem. Therapiae visa inefficacia, mater et pater Antoniae, quibusdam puellis hortantibus, die 2 mensis Februarii anno 1926 cum fide divinum auxilium postulaverunt per preces Venerabilis Servae Dei Mariae Rafols, cuius imago in capite aegrotae est collocata, quae eam lacrimans accepit et sperans. Nocte, repentino, perfecte et inexplicabiliter morbus defecit et insequenti mane Antoniae familiares factam sanationem cognoverunt.

Huius sanationis testimonia collecta sunt apud Curiam Caesaraugustanam in processu ordinario informativo (annis 1926-1927 celebrato) et in inquisitione canonica additicia, instructa anno 1991. Consilium Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum in sessione die 3 mensis Decembris habita anno 1992 uno ore professum est sanationem subitaneam fuisse, perfectam, mansuram et pro scientia inexplicabilem. Die 23 mensis Aprilis anno 1993 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum est actus, et die 22 subsequentis mensis Iunii Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium atque Episcoporum, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Martínez Somalo. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrata, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Maria Rafols, Fundatrice Instituti Sororum a Caritate Sanctae Annae, videlicet de subitanea, perfecta et mansura sanatione iuvenis Antoniae Asensio Alcaine ab « eczema seborroico ad insorgenza acuta con rapida e grave super infezione da piogeni, con aspetti essudativi purulenti e vegetanti, a decorso cronico riacutizzato ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ffl S.

SB Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

IV

CIVITATIS REGALEN.

DECRETUM

Beatificationis seu declarationis Martyrii Servorum Dei Caroli Eraña Guruceta et duorum Sociorum Fidelis Fuidio Rodríguez et Iesu Hita Miranda, Societatis Mariae (Marianistarum) (f **1936).**

SUPER DUBIO

An constet de martyrio eiusque causa, in casu et ad effectum de quo agitur.

«Beatus vir, qui suffert tentationem, quia, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se » *(Iac* 1, 12).

Qui in Dei amorem et providentiam credit, scit temptationes, difficultates et acerbitates opportunitates esse ad melius divinum Magistrum imitandum, ad ei propriam testificandam fidelitatem, ad cooperandum bono eius Corporis Mystici et ad vitae coronam consequendam.

Eiusmodi veritates bene noverant etiam Servi Dei Carolus Eraña Guruceta, Fidelis Fuidio Rodríguez et Iesus Hita Miranda, qui forti et sereno cum animo persecutionem obierunt et maximum dederunt caritatis testimonium, suo pro fide sanguine effuso.

Eorum occisio in Hispania patrata est, saeviente in illa natione violenta contra Ecclesiam, et praesertim contra episcopos, sacerdotes ac religiosos, persecutione. Et cum hi Servi Dei ad Societatem Mariae id est Marianistarum pertinerent et plures iam annos institutionis apostolatum explicarent, in periculo adversariorum Christi peculiariter versabantur. Eorum nemo quaestionibus politicis studebat nec personales habebat inimicos; quam ob rem putandum est eos ideo comprehensos esse ac necatos, quia Instituti vitae consecratae erant sodales.

— Carolus Eraña Guruceta natus est in municipio *Arechavaleta* appellato, intra fines posito dioecesis olim Victoriensis, postridie Calendas Novembres anno 1884. Societatem Mariae ingressus, die 9 mensis Septembris anno 1903 professionem temporaneam fecit et die 15 mensis Augusti anno 1908 perpetuam. Multis in locis cum peritia et alacritate in institutionem incubuit et egregie est directionis muneribus functus in urbe Civitate Regali, Tetuani in Mauritania et in Matritensi Ephebeo Dominae Nostrae a Columna. Vir altae fidei, pietatem coluit et religionem erga Eucharistiam atque Virginem Mariam. Suum dilexit Institutum, fratres sodales et discipulos, qui eum propter bonitatem et commodorum contemptionem, prudentiam et fortitudinem in difficultatibus admirabantur. Post occupationem Ephebei Matritensis, pluries comprehensus, est liberatus. Die 29 mensis Iulii, anno 1936, Civitatem Regalem venit, sperans fore ut auxilium inveniret apud eos, qui quondam alumni fuerunt illius Ephebei. Sed sane in illa urbe violentiae aura furebat adversus sacerdotes ac religiosos, adeo ut ipse dioecesanus episcopus sit necatus. Servus Dei Ephebeum Societatis Mariae invenit occupatum et communitatem dispersam. Caritate impulsus ierat fratres sodales illa in urbe absconditus adiuturus, suam non celans religiosi condicionem. Die 6 insequentis mensis Septembris a Militianis apprehensus, est ad « Domum populi » ductus. Etsi conscius erat se esse in discrimine vitae, tamen illos egit dies tranquille et voluntati Dei omnino commissus. Nocte diei 18 eiusdem mensis de custodia abductus, plumbo est interfectus pauca milia passuum procul ab urbe.

— Fidelis Fuidio Rodríguez ortus est in oppido *Yécora,* ad dioecesim Victoriensem pertinente, die 24 mensis Aprilis anno 1880. Puer Societatem Mariae est ingressus et die 8 mensis Septembris anno 1897 temporaneam fecit professionem, Nonis vero Augustis anno 1904 perpetuam. Is quoque institutioni se dederat in pluribus Hispaniae urbibus, magnam suam culturam discipulis suppeditans, praesertim historicam et archaeologicam. Laetus, effusus et tolerans indole erat, quae benevolentiam manabat et optimismum. Magni est a discipulis factus, in quos beneficum habebat momentum. Fideliter sua religiosa observabat munia, semper paratus erat ad oboedientiam, suum amabat Institutum fratresque sodales et clara cum pietate Dei Matrem colebat. Anno 1933 est Matrito Civitatem Regalem missus, ubi suam perrexit praeceptoris professionem exercere. Die 7 mensis Augusti anno 1936, deprehensus Crucifixum collo ferens, ad carcerem praetorii civilis est ductus. Tempus custodiae tamquam praeparationem ad mortem transegit. Constans erat in deprecatione, crebro peccata sua sacerdotibus confitebatur, et ipsis in custodiam traditis, socios in afflicta fortuna confirmabat. Liberatus est quidem insequentibus Idibus Octobribus, sed antequam a carcere discederet mox fere est iterum comprehensus a Militianis et in vetere seminario reclusus. Illinc nocte inter diem 16 et diem 17 mensis Octobris est abductus et plumbo interfectus. Corpus eius est in puteum loci *Carrion* deiectum, ab urbe pauca milia passuum distantis.

— Iesus Hita Miranda natus est die 17 mensis Aprilis, anno 1900, *Calagurri,* in dioecesi Calagurritana et Calceatensi-Logrognensi. Duobus exactis annis in seminario dioecesano, Societatem Mariae ingressus est et postridie Idus Augustas anno 1918 temporaneam fecit professionem ac, die 26 mensis Augusti anno 1928 perpetuam. Sacerdotium petebat, sed magno cum dolore debuit illud renuntiare propter linguae haesitantiam qua afficiebatur; fuit tamen praeceptor egregius, ob peritiam alacritatemque qua professionem exercuit diversis in scholis, ad quas superiores eum miserunt, magni factus. Religiosus fuit piissimus, Beatae Mariae Virginis cultor, votorum religiosorum observans atque disciplinae, in studio constans, sincere de discipulorum educatione sollicitus. Pridie Nonas Iulias anno 1936 Matritum reliquit ut Civitate Regali scholas explicaret. Ibi condicionem invenit turbulentam et periculosam. Paucis post diebus Ephebeum Marianistarum est a vigilibus civilibus occupatum; quam ob causam, superioribus praecipientibus, Servus Dei in convictu est de versatus, ubi alii erant religiosi. Illic magnam ostendit animi tranquillitatem et plenum obsequium erga Dei voluntatem. Meditationi se tradidit, deprecationi et paenitentiae ac,

periculi imminentis conscius, quam optime ad martyrium se praeparavit. Die 25 mensis Septembris insequentis est a Militianis prehensus, quos manifesta cum animi tranquillitate est secutus. Eadem illa nocte est glande metallica perfossus in loco Carrion de Calatrava, una cum Beatis Ioanne Petro a S. Antonio et Paulo Maria a S. Ioseph, Congregationis Passionis sodalibus.

Ilico in memorata Mariae Societate et inter eorum olim alumnos tum Matriti quam Civitati Regalensi, tres illi Religiosi martyres fidei habiti sunt et non pauci eorum impetrationem invocare coeperunt. Fama martyrii perdurante, Curia olim Cluniensis initium fecit processus ordinarii informativi, qui actus est annis 1962-1966. Die 20 mensis Decembris anno 1985 proditus fuit decretum super validitate processus ordinarii. Positione apparata, prospero cum exitu die 16 mensis Martii anno 1993 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Deinde Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria diei insequentis mensis Maii 18, Causae ponente Ottorino Petro Alberti, Archiepiscopo Calaritano, professi sunt Servos Dei Carolum Eraña Guruceta, Fidelem Fuidio Rodríguez et Iesum Hita Miranda, fratres professores ex Societate Mariae, veros fidei martyres habendos esse.

Facta de hisce omnibus rebus per subscriptum Cardinalem Praefectum Summo Pontifici Ioanni Paulo II fideli relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis excipiens, mandavit ut super martyrio eorumdem Servorum Dei decretum appararetur.

Quod cum factum esset, accitis ad Se hodierna die infrascripto Cardinali Praefecto atque Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servorum Dei Caroli Eraña Guruceta, Fidelis Fuidio Rodríguez et Iesu Hita Miranda, religiosorum laicorum ex Societate Mariae, anno 1936 in Hispania interfectorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 8BS.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

V

CORDUBEN.

DECRETUM

Beatificationis seu declarationis Martyrii Servae Dei Victoriae Diez y Bustos De Molina ex Institutione Teresiana (1903-1936).

SUPER DUBIO

An constet de martyrio eiusque causa, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Patres synodales verba protulerunt aestimationis et animum erigentia ad omnes illos christifideles laicos, viros et mulieres, qui civili et christiano spiritu munus educativum in schola et in institutis exercent formati vis. Ulterius urgentem extulerunt necessitatem ut christifideles laici magistri et professores in diversis scholis, catholicis vel non catholicis, veri testes sint Evangelii per vitae exemplum, professionalem peritiam et rectitudinem, christianam inspirationem docentiae, salva semper, ut est evidens, variarum scientiarum et disciplinarum autonomia. Momenti singularis est scientificam et technicam investigationem a christifidelibus laicis peractam a criterio regi servitii versus hominem in omnibus eius valoribus et exigentiis; his christifidelibus laicis Ecclesia munus committit efficiendi omnibus intellegibilius intimum vinculum inter fidem et scientiam existens, inter Evangelium et humanam culturam » (IOANNES PAULUS II, Adhort. Apost. Postsynodalis *Christifideles laici,* 62: *AAS* 81 [1989], 516).

Splendidum fidelitatis erga Evangelium testimonium et impigrae participationis Ecclesiae muneris evangelizandi praebuit iuvenis christifidelis laica Victoria Diez y Bustos de Molina, quae cum ardore atque peritia apostolatui institutionis in scholis se tradidit et operibus interfuit paroecialibus. Eius exemplum, peculiariter fulgidum supremo vitae sacrificio pro Christo redditum, haud dubie magni momenti his omnibus est, qui in educationis provincia atque culturae operantur simulque omni christiano, qui cotidie debet se comparare cum societate saeculari spiritu imbuta, quae cuiusque fidem duriter exercet.

Serva Dei Hispali (in Hispania) orta est die 11 mensis Novembris anno 1903, unica modestae et admodum christianae familiae filia. Ut parentum optata sequeretur nomen professa est in Hispalense Institutum magistrale

et eodem tempore in cursus artis delineandi ac pingendi apud Scholam Artium et Professionum. Quoad spiritum et culturam bene formata cito animadvertit se vita trahi omnino Domino dedita et fratribus. His in adiunctis Institutionem Teresianam cognovit in Hispalensi sede per acroasim a sodali illius Institutionis habitam. Victoria mox intellexit in eadem Institutione, a Venerabili Petro Poveda condita, posse se suum sanctitatis appetitum ad apostolatum accommodare per exercitium professionis magistrae, et statuit hac ratione suam dirigere vitam, curans cum alacritate illam assequi formationem, quam ei Institutio praebebat.

Serva Dei puella erat valetudine debilior, sed fortis indole atque amabilis. Impensa vita interiore erat instructa et magna fide. Saepe deprecabatur, Virginem Mariam diligebat et multa enitebat audentia evangelizandi. Celerrime formationem teresianam concoxit, ita se praeparans ad fructuosum explicandum apostolatum in suo magistrae labore.

Anno 1927 est primum designata praeceptrix in vico *Cheles,* ad Pacensem provinciam pertinente, prope confinium cum Lusitania. Post scholam academicam, in qua magnum ostendit professionis usum et per quam iuvenes praesertim ad Iesu causam traxit, rogavit ut, sede mutata, ad locum mitteretur Hispali viciniorem, ubi pater eius laborabat, quo maius posset suis auxilium ferre. Idcirco in parvum locum agrestem est missa ad Montem Cordubensem, inter Cordubam situm et Hispalim, qui *Hornachuelos* appellabatur. Ibi usque ad mortem mansit.

Professionis magistrae exercitium copiam fecit Servae Dei dona quae acceperat aliis suppeditandi, munera scholae atque apostolatus exsequendo. Illo in pago Hispaniae meridianae multiplices excitavit navitates pro humana progressione, catechesi, mutatione valoribus evangelicis postulata, magno habito momento in puerulas et puellas inque earum familias. Hinc ab auctoritatibus civilibus et academicis magni aestimabatur, et etiam a parocho, qui Victoriam principalem habuit adiutricem. Multarum virtutum testimonium praebebat, sed potissimum impenso eminuit exercitio caritatis, imprimis erga scholae pusas egeniores. Haec caritas populo admirationem iniciebat; nam omnes videbant eam in paupertate vivere: patebat eam se rebus necessariis privare, ut daret.

Annis, quibus in vico *Hornachuelos* est commorata, alta vixit in communione cum Institutione Teresiana; quod quidem et eius epistolarum commercium testatur et mansio in sede Hispalensi per ferias scholasticas. Aestate anni 1935 cursui formationis interfuit, Legione ab ipso Fundatore instructo, Venerabili Petro Poveda, pro magistris quae in scholis publicis operam navabant, universa in Hispania dispersis. Victoria impense illum

frequentavi^ cursum, toto cum fervore et donatione, quae eius propria erat, et ad vicum Hornachuelos rediit fortiter in suo studio Regni Dei renovata. Hoc profecto evangelizandi studium, quod in opera mutatum est pro educatione christiana, in deprecationem pro loco illo, in laborem sincerum et immensum, ei vinculorum causa fuit et demum mortis. Serva Dei intima cum amica colloquens se ad martyrium esse paratam significaverat. In suis precibus pro vico *Hornachuelos* hanc ad Dominum orationem conceperat: « Pretium roga me ». Facta ostenderunt « pretium » vitae eius devotionem esse.

Difficiles condiciones anno 1936 factae, belli civilis initio, in vico *Hornachuelos* in apertum impetum cesserunt adversus Ecclesiam. Die 11 mensis Augusti Victoria Diez in custodiam tradita est et insequentis diei diluculo est plumbo transfossa apud puteum fodinae *Rincón,* cum aliis septemdecim viris, quorum unus parochus erat. Ea, unica erat mulier. Testes fortitudinem memoraverunt huius iuvenis quae, ad finem usque (ultima est interfecta) omnes confirmavit verbis, quae deprompta videntur ex priscae Ecclesiae martyrologio: « Eamus. Nos praemium exspectat. Video caelum apertum. Vivat Christus Rex! ». Eius corpus, de puteo fodinae extractum die 9 mensis Novembris anno 1936, quiescit hodie in crypta, ad hoc aedificata, iuxta sacellum sedis Institutionis Teresianae Cordubae (in Hispania).

Crescens eius fama sanctitatis persuasioni coniuncta eam martyrem Christi fuisse, introductionem fovit canonizationis Causae. Processus ordinarius, qui initium habuit die 24 mensis Maii anno 1962, Cordubae est celebratus. Testium dictiones tres annos continuatae sunt, et die 26 mensis Maii anno 1965, conclusus est processus informativus, qui est iuridice validus agnitus per decretum anno 1988, die 11 mensis Martii promulgatum. Anno 1989 edita est Positio super martyrio. Prospero cum exitu die 16 mensis Martii anno 1993 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, cui praefuit Fidei Promotor Generalis. Deinde Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria Calendis Iuniis eiusdem anni effecta, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Martínez Somalo, professi sunt Servam Dei veram fidei martyrem putandam esse.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servae Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus Beatissimus Pater declaravit: *Consta-*

re de martyrio eiusque causa Servae Dei Victoriae Díez y Bustos de Molina, anno 1936 interfectae, in casu et ad effectum de quo agitur.

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. SS.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Limen., *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

i

PRAGENSIS - BUDOVICENSIS - REGINAE GRADECENSIS - LITOMERICENSIS

DECRETUM

quo fines dioecesium mutantur.

Maiori animarum bono prospicientes, Exc.mi PP. DD. Miloslav Vlk, Archiepiscopus Pragensis, Antonius Liška, Episcopus Budovicensis, Karolus Otčenášek, Episcopus Reginae Gradecensis et Iosephus Koukl, Episcopus Litomericensis, audita Conferentia Episcoporum Reipublicae Cechae, unanimi consensu, ab Apostolica Sede expostulaverant ut ecclesiastici fines circumscriptionum sibi concreditarum aliquantulum immutarentur.

Congregatio pro Episcopis, de consilio Secretariae Status, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Ioannis Coppa, Archiepiscopi titularis Sertensis, in Republica Cecha Nuntii Apostolici, rata petitam immutationem aeternae christifidelium saluti cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia Pp. II, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, praesenti Decreto quae sequuntur decernit:

Archidioecesis Pragensis accipit a dioecesi Budovicensi: paroeciam Zlaté Hory-Kamberk olim appellatam; a dioecesi Reginae Gradecensis paroecias Borovnice, Křivsoudov, Cechtice, Zhoř, Sadská, Chleby, Velim, Předhradí,

Nebovidy, Ratboř, Suchdol, Solpysky, Košice, Pravonín, Sudějov, Cestín, Petrovice II, Kácov, Zruč nad Sázavou, Soutice, Keblov, Dolní Královice nuncupatas et partem occidentalem paroeciae Zahrádka dictae, ad laevam fluminis Želivka, cuius sedes translata est ad ecclesiam minorem apud Sněti sitam; a dioecesi Litomericensi paroecias Nymburk, Veleliby, Kostomlaty, Vsejany, Milovice, Lysá nad Labem.

Dioecesis Budovicensis accipit ab archidioecesi Pragensi: paroecias Milín-Slivice, Třebsko, Smolotely, Kluóenice, Střeziměř, Vrcholtovice, Pecice; a dioecesi Reginae Gradecensis paroecias Křešín, Košetice, Vyklantice, Lukavec, Větrný Jeníkov, Branišov, Smrčná, Vyskytná, Dušejov.

Dioecesis Reginae Gradecensis accipit paroecias Sány et Ohaře ab archidioecesi Pragensi.

Dioecesis Litomericensis accipit paroecias Počáply, Libotenice, Doksany, Dolanky, Chotětov ab archidioecesi Pragensi.

Quamobrem documenta et acta praedictarum paroeciarum et memoratae regionis clericos, fideles et bona temporalia respicientia a Curia a qua ad Curiam cui illa nuper sunt aggregata, ab eis ad quos spectat, quam primum, transmittantur.

Ad clerum vero quod attinet statuit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum officium legitime detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici Seminariique tirones illi dioecesi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec omnia perficienda eadem Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum Nuntium Apostolicum in Republica Cecha deputat vel, si casus ferat, negotiorum Sanctae Sedis in Dicione Cecha gestorem, necessarias et opportunas iisdem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 31 mensis Maii anno 1993.

68 **BERNARDINUS** card. **GANTIN**, ***Praef,***

83 Iustinus Rigali, ***a Secretis***

L. © S.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 517/93

II

TRANSCARPATIAE LATINORUM

DECRETUM

de Administrationis Apostolicae erectione.

Quo aptius provideretur spiritualibus necessitatibus fidelium latini ritus versantium in parte dioecesis Satmariensis quae in territorio Ucrainae dicionis invenitur, opportunum visum est, ut nova pro ipsis circumscriptio ecclesiastica erigeretur.

Quapropter Summus Pontifex Ioannes Paulus, divina Providentia Pp. II, de plenitudine Apostolicae potestatis, praesenti Congregationis pro Episcopis Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, praefatum territorium ab ipsa dioecesi Satmariensi distrahit et in eo Administrationem Apostolicam, Transcarpatiae Latinorum appelandam, erigit.

Praelato Ordinario novae erectae Administrationis Apostolicae, cuius sedes in urbe vulgo nuncupata Mukacevo erit, tribuit omnia iura, facultates et officia quae Episcopis dioecesanis, congrua congruis referendo, ad normam iuris, competunt.

Ad haec perficienda Summus Pontifex Exc.mum P. D. Antonium Franco, Archiepiscopum titulo Gallesinum, Nuntium Apostolicum in Ucraina, deputat eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 14 mensis Augusti anno 1993.

83 BERNARDINUS card. GANTIN, *Praef.*

83 Iustinus Rigali, *a Secretis*

L. 83 S.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 768/93

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, in quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 28 Iunii 1993. — Cathedrali Ecclesiae Banguedensi R. D. Artemium Rillera e Societate Divini Verbi, hactenus templi Sancti Laurentii in dioecesi Laoagensi parochum.

die 27 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Rosgrensi R. D. Raimundum Arguelles, hactenus Pontificii Insularum Philippinarum Collegii de Urbe rectorem.

— Cathedrali Ecclesiae Roterodamensi R. D. Hadrianum Hermannum van Luyn, S.D.B., Conferentiae Episcoporum Nederlandiae a Secretis.

die 30 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Sacramentensi, Exc.mum P. D. Villelmum Weigand, hactenus Episcopum dioecesis Civitatis Lacus Salsi.

die 1 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Mutiensi R. D. Salvatorem Rocha e clero brasiliapolitano, quem deputavit Auxiliarem eiusdem Sedis Metropolitanae.

die 7 Decembris. — Praelaturae Chotensi R. P. Aemilianum Antonium Cisneros Martínez, Ordinis Agustinianorum Recollectorum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bisuldinensi R. D. Laurentium Voltolini, in dioecesi Latacungensi parochum ac Sectionis pro Liturgia Conferentiae Episcoporum Aequatoriae moderatorem, quem constituit Auxiliarem dioecesis Portus Veteris.

— Titulari episcopali Ecclesiae Germensi in Galatia, R. D. Paulum Gillet, e clero Urbis, hactenus apud Vicariatum Praelatum Secretarium, quem constituit Episcopum auxiliarem dioecesis Albanensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Calatinae, cum dignitate archiepiscopali, R. D. Ioannem Paulum Gobel, e clero dioecesis Anneciensis, quem constituit Nuntium Apostolicum in Georgia et Armenia.

die 10 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Gadicensi et Septensi Exc.mum P. D. Antonium Ceballos Atienza, hactenus Episcopum Civitatensem.

die 15 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Thalensi R. D. Michaelem Dallat, hactenus templi Sancti Pauli Apostoli in oppido vulgo dicto Belfast parochum et Vicarium generalem in dioecesi Dunensi et Connorensi.

die 16 Decembris. — Coadiutorem dioecesis Pictaviensis, Exc.mum P. D. Albertum Rouet, hactenus Episcopum titularem Obbitanum et Auxiliarem archidioecesis Parisiensis.

— Praelatitiae Ecclesiae Sinuensi Superiori R. D. Iulium Caesarem Vidal Ortiz, e clero dioecesis Monteriensis, hactenus in eadem dioecesi Vicarium generalem.

die 18 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Pisciensi R. D. Ioannem De Vivo, hactenus Vicarium generalem archidioecesis Senensis-Collensis-Ilcinensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Aggaritanae R. D. Antonium Iosephum Dlugosz, officio pro catechesi Curiae archiepiscopalis praepositum et catechesis magistrum in Seminario maiore Czçstochoviensis archidioecesis, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Poenonomensi, noviter erectae, R. D. Uriah Ashley, e clero archidioecesis Panamensis, hactenus paroeciae vulgo nuncupatae « Nuestra Señora del Perpetuo Socorro » curionem.

die 22 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Melphictensi-Rubensi-Iuvenacensi-Terlitiensi, R. D. Donatum Negro, e clero archidioecesis Lyciensis, hactenus Pontificii Seminarii Apuliae rectorem.

die 24 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Altavensi R. D. Reginaldum Del Prette Lissot, Vicarium generalem archidioecesis Valentinae in Venetiola, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 29 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Bellevillensi, Exc.mum P. D. Wilton Danielem Gregory, hactenus Episcopum titularem Olivensem et Auxiliarem archidioecesis Chicagiensis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Visita di Stato:

Giovedì, 16 Dicembre 1993, S. E. il Signor CARLOS SAUL MENEM, Presidente della Repubblica Argentina.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Lunedì, 13 Dicembre 1993, S. E. il Signor FREDERICK WILLIAM DE KLERK, Presidente della Repubblica del Sudafrica.

Venerdì, 17 Dicembre 1993, S. E. il Signor JANEZ DRNOVSEK, Presidente del Consiglio dei Ministri della Repubblica di Slovenia.

Venerdì, 17 Dicembre 1993, S. E. il Signor KLAUS KINKEL, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica Federale di Germania.

Giovedì, 23 dicembre 1993, si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione delle Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

20 dicembre 1993. Mons. Francisco López Illana e mons. Giovanni Battista Defilippi, ***Prelati Uditori del Tribunale della Rota Romana.***

30 dicembre 1993. S. E. mons. Thomas A. White, Arcivescovo tit. di Sabiona, *Nunzio Apostolico nelle Isole Marshall.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

29 novembre 1993. S. E. mons. Luciano Angeloni, Arcivescovo tit. di Vibo Valentia, *Consultore della Segreteria di Stato, nella Sezione per gli Affari Generali.*
7 dicembre » Mons. Luigi Moretti, *Prelato Segretario del Vicariato di Roma.*

NECROLOGIO

20 dicembre 1993. Mons. Charles Herman Helmsing, Vescovo em. di Kansas City-Saint Joseph *(Stati Uniti d America).*
26 » » Mons. Abdon Potani, Vescovo di Solwezi *(Zambia).*
30 » » Mons. Horacio Bózzoli, Arcivescovo di Tucumán *(Argentina).*
31 » » Mons. Henrique Gelain, Vescovo di Vacaría *(Brasile).*
3 gennaio 1994. Mons. Antulio Parrilla-Bonilla, Vescovo tit. di Ucres.
5 » » Mons. Jean-Marie Maury, Arcivescovo em. di Reims *(Francia).*

An. et vol. LXXXVI 7 Februarii 1994 N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIO APOSTOLICA

qua Catholicae Ecclesiae Catechismus post Concilium Oecumenicum Vaticanum II instauratus publici iuris fit.

VENERABILIBUS FRATRIBUS CARDINALIBUS, PATRIARCHIS, ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, PRESBYTERIS, DIACONIS CETERISQUE POPULI DEI MEMBRIS

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

FIDEI DEPOSITUM custodiendum Dominus Ecclesiae suae dedit, quod quidem munus Ipsa indesinenter explet. Concilii Oecumenici Vaticani II, triginta ante annos a Decessore Nostro Ioanne Pp. XXIII fel. rec. sollemniter inchoati, mens atque optatum eo spectabant, ut Ecclesiae apostolica atque pastoralis missio apta in luce poneretur, et ita veritatis evangelicae fulgor homines alliceret cunctos ad inquirendam accipiendamque Christi caritatem supereminentem (cf. *Eph* 3, 19).

His congressionibus Ioannes Pp. XXIII munus praecipuum concredidit aptius tuendi explicandique catholicae doctrinae pretiosum depositum, ut idem magis perspicuum fieret Christifidelibus et universis bonae voluntatis hominibus. Ideo Concilii non erat statim aetatis illius errata damnare, sed ante omnia aequo animo niti doctrinae fidei ostendere fortitudinem venustatemque. « Huius ergo Concilii lumine illustrata — ait ille — Ecclesia

spiritualibus divitiis, ut confidimus, augebitur, atque, novarum virium robur ex illo hauriens, intrepide futura prospiciet tempora » nostrum est ut « alacres, sine timore, operi, quod nostra exigit aetas, nunc insistamus, iter pergentes, quod Ecclesia a viginti fere saeculis fecit ».*

Deo adiuvante, potuerunt Patres Concilii, quattuor per annos laborantes, doctrinarum normarumque pastoralium conficere haud spernendam summam universaeque Ecclesiae subicere. Pastores atque Christifideles ibi inveniunt consilia ad illam efficiendam « cogitationum, operositatis, morum moralisque virtutis, laetitiae atque spei restitutionem, quam sane Concilium ardenter exoptavit ».[2]

Suam post conclusionem non destitit Concilium a vita ecclesiali concitanda. Anno MCMLXXXV potuimus declarare: « Nobis quidem — Qui feliciter eidem interfuimus atque eiusdem progressui navam dedimus operam — Vaticanum Secundum semper exstitit, atque peculiari ratione manet his Nostri Pontificatus annis, constans comparationis punctum universae Nostrae pastoralis activitatis, scite quidem contendentes ad certam firrnamque ipsius normarum accommodationem, respectu habito cuiusque particularis Ecclesiae totiusque catholicae Ecclesiae. Oportet sane indesinenter hunc repetere fontem ».[3]

Hoc mentis consilio extraordinarium convocavimus Synodi Episcoporum Coetum, die xxv mensis Ianuarii anno MCMLXXXV, vicesima incidente anniversaria memoria a conclusione Concilii. Huius Coetus propositum in eo erat ut gratias fructusque spiritales Concilii Vaticani II celebraret, utque ipsius doctrinam altius pervestigaret, quo melius christifideles universi ei assentirentur eiusque agnitio et accommodatio di vulgarentur.

His in rebus adiunctis, Patres synodales affirmaverunt: « Valde communiter desideratur catechismus seu compendium totius doctrinae catholicae, tam de fide quam de moribus, conscribendum, quod quasi punctum referentiae sit pro catechismis seu compendiis quae in diversis regionibus componentur. Praesentatio doctrinae talis esse debet quae sit biblica et liturgica, sanam doctrinam praebens simul et vitae hodiernae christianorum accommodata ».[4] Inde a Synodi conclusione, Nostrum reddidimus hoc

[1] IOANNIS PP. **XXIII *allocutio* in sollemni ritu ineundi Concilii Oecumenici Vaticani Secundi, die xi mensis Octobris, anno** MCMLXII: ***AAS* 54 (1962), 788-791.**

[2] PAULI PP. **VI *allocutio* in sollemni ritu conclusionis Concilii Oecumenici Vaticani Secundi, die** VIII **mensis Decembris, anno** MCMLXV: ***AAS* 58 (1966), 7-8.**

[3] ***Allocutio* habita die xxv mensis Ianuarii, anno** MCMLXXXV: ***L'Osservatore Romano,*** **die** XXVII **mensis Ianuarii, anno** MCMLXXXV.

[4] SYNODUS EPISCOPORUM **(in coetum generalem extraordinarium congregata, 1985), *Relatio finalis,* die** VII **mensis Decembris, anno** MCMLXXXV: ***Enchiridion Vaticanum* 9, II, B, a, n. 4, p. 1758, n. 1797.**

propositum, recte existimantes quod idem « omnino respondet verae necessitati Ecclesiae Universalis et Ecclesiarum particularium ».[5]

Qua de causa integro corde gratias agimus Domino hoc ipso die quo universae Ecclesiae offerre possumus, inscriptione adhibita « Catechismus Catholicae Ecclesiae », hunc « comparationis textum » pro catechesi renovata vivis fidei fontibus!

Post Liturgiam renovatam atque novam Iuris Canonici Ecclesiae Latinae codificationem catholicarumque Ecclesiarum Orientalium canonum, admodum adiuvabit hic catechismus totius vitae ecclesialis renovationem a Concilio Oecumenico Vaticano Secundo exoptatam atque ad praxim deductam.

Catholicae Ecclesiae Catechismus est fructus amplissimae cooperationis; ad maturitatem pervenit per enixam sex annorum operam intento apertionis animo atque ferventi ardore peractam.

Anno MCMLXXXVI credidimus duodecim Cardinalium Episcoporumque coetui, Cardinali Iosepho Ratzinger praeside, munus adparandi propositum pro catechismo a Patribus Synodalibus postulato. Redactionis consilium, septem constans episcopis dioecesanis doctrinae theologicae atque catecheseos peritis, coetui adlaboranti adfuit.

Coetus, cuius erat proponere normas atque invigilare ad laborum evolutionem, persecutus est diligenter cuncta itinera novem subsequentium editionum redactionis. Confectionis consilium, pro munere suo, facultatem recepit scribendi textum, immittendi mutationes a Coetu postulatas atque invigilandi notas multorum theologorum, explanatorum christianae doctrinae, institutorum atque praesertim Episcoporum totius mundi, ad textum meliorem conficiendum. In Consilio magno cum emolumento variae sententiae comparatae sunt et ita textus ditior evasit eiusque unitas et congruentia omnino in tuto positae sunt.

Cogitatum propositum amplam obstrinxit catholicorum episcoporum consultationem, eorum episcopalium Conferentiarum vel Synodorum, theologiae atque catecheseos institutorum. In universum, propositum ab episcopis benigne admodum exceptum est. Affirmari potest eiusmodi Catechismum fructum consociatae operae totius Episcopatus Catholicae Ecclesiae, qui magno sane animo Nostram recepit invitationem ut particeps fieret responsalitatis hoc in incepto ad vitam ecclesialem proxime spectanti. Haec responsio altum gaudium Nostrum concitat, quia tot votorum con-

[5] ***Allocutio*** **habita ad Patres congregatos exeunte Synodo Episcoporum (in coetum generalem extraordinarium congregata) die** VII **mensis Decembris, anno** MCMLXXXV, **n. 6:** ***AAS*** **78 (1986), 435..**

gruentia designat profecto fidei quandam symphoniam. Huius Catechismi effectio ostendit insuper Episcopatus naturam collegialem: Ecclesiae catholicitatem testatur.

Catechismus fideliter quidem atque disposite exhibere debet doctrinam Bibliorum Sacrorum vivaeque in Ecclesia Traditionis, authentici Magisterii pariterque spiritualis hereditatis Patrum, Doctorum, sanctorum sanctarumque Ecclesiae, quo melius christiana mysteria cognoscantur atque fides populi Dei reficiatur. Aptam oportet instituat rationem declarationum doctrinae, quam Sanctus Spiritus per saeculorum decursum Ecclesiae suae suggessit. Oportet insuper auxilio sit in collustrandis rerum novis condicionibus lumine fidei quaestionibusque quae nondum proposita sunt praeterita aetate.

Catechismus ergo exhibebit nova et vetera (cf. *Mt* 13, 52) cum semper eadem sit fides atque semper fons novorum luminum.

Ut eiusmodi duplici postulationi responsum det, Catholicae Ecclesiae Catechismus repetit una ex parte antiquam translaticiam dispositionem iam a Catechismo Sancti Pii V exhibitam, materiam partiendo in quattuor partes: *Credo; sacra Liturgia,* cuius primas partes agunt sacramenta; *christiana agendi ratio,* cuius expositio initium sumit a decalogo; et demum *christiana oratio.* Tamen, eodem tempore, materia saepe exhibetur « nova » ratione, ut aetatis nostrae postulationibus respondeatur.

Quattuor partes annectuntur aliae aliis: mysterium christianum est fidei obiectum (prima pars); idem celebratur atque communicatur per liturgicas actiones (secunda pars); praesto adest ad illuminandos sustentandosque Dei filios in eorum operibus (tertia pars); nostram conflat orationem, cuius praecipua significatio est « Pater Noster», atque constituit obiectum petitionis nostrae, nostrae laudis, nostraeque intercessionis (quarta pars).

Liturgia ipsa est oratio; fidei confessio locum invenit sibi aptum in cultus celebratione. Gratia, sacramentorum fructus, est actuositatis christianae condicio quae substitui non potest, eadem ratione qua participatio liturgiae Ecclesiae poscit fidem. Si fides operibus nudatur: mortua est in semet ipsa (cf. *Iac* 2, 14-26) nec fructus ad vitam aeternam afferre potest.

Catholicae Ecclesiae Catechismum legendo, percipere possumus miram mysterii Dei unitatem ipsiusque consilii salutis, sicut et Christi Iesu locum centralem, Unigeniti Filii Dei, a Patre missi, in Beatissimae Virginis Mariae ventre hominis facti cooperante Sancto Spiritu, ut Salvator noster evaderet. Mortuus atque resuscitatus, semper Ecclesiae suae adest, praesertim in Sacramentis; Ipse est verus fidei fons, navitatis christianae exemplar, precum nostrarum Magister.

Ecclesiae Catholicae Catechismus, quem die quinto et vicesimo mensis Iunii p.p. probavimus cuiusque hodie Auctoritate Nostra Apostolica iubemus promulgationem, est Ecclesiae fidei doctrinaeque catholicae expositio, comprobatae vel illustratae a sacra Scriptura, apostolica Traditione atque Ecclesiae Magisterio. Eum declaramus firmam regulam ad fidem docendam, ideoque validum legitimumque instrumentum pro ecclesiali communione. Utinam inserviat renovationi ad quam indesinenter Sanctus Spiritus vocat Dei Ecclesiam, Christi Corpus, in itinere versus Regni lumen nulla umbra foedatum!

Catechismum Catholicae Ecclesiae comprobare illumque publici iuris facere pertinet ad ministerium quod Petri Successor praestare vult Sanctae Catholicae Ecclesiae, omnibus particularibus Ecclesiis pacem et communionem habentibus cum Romana Apostolica Sede: ministerium scilicet sustentandae atque confirmandae fidei omnium discipulorum Domini Iesu (cf. *Lc* 22, 32), pariterque solidandi unitatis vincula eadem in apostolica fide.

Rogamus ergo Ecclesiae Pastores atque Christifideles ut hunc recipiant Catechismum communionis animo eodemque assidue utantur in explendo munere nuntiandi fidem atque provocandi ad vitam evangelicam. Catechismus hic iis traditur ut comparationis textus habeatur tutus atque authenticus in docenda doctrina catholica, et potissimum omnino in locorum catechismis componendis. Praebetur insuper omnibus Christifidelibus cupientibus aptius cognoscere investigabiles salutis divitias (cf. *Eph* 3, 8). Afferre vult subsidium oecumenicis laboribus sancto concitatis desiderio unitatis omnium christianorum comparandae, fidei catholicae denotando diligenter summam miramque cohaerentiam. Catechismus Catholicae Ecclesiae demum praebetur omni homini poscenti rationem de ea, quae est in nobis, spe (cf. *1 Pt* 3, 15) atque concitato desiderio cognoscendi quod Catholica Ecclesia credit.

Hic Catechismus non vult substituere catechismos variis in locis compositos, ab auctoritatibus ecclesiasticis, Episcopis dioecesanis et Episcoporum coetibus legitime comprobatos, praesertim si probati fuerunt a Sede Apostolica. Destinatur ad fovendam atque adiuvandam singulorum locorum compositionem novorum catechismorum, qui rationem habeant diversarum condicionum culturarumque, servent tamen diligenter fidei unitatem necnon erga doctrinam catholicam fidelitatem.

Sub fine huius documenti, quod Catholicae Ecclesiae Catechismum profert, Nos Sanctissimam Virginem Mariam, Verbi Incarnati et Ecclesiae Matrem, precamur, ut sua valida intercessione opus sustineat catecheticum

totius Ecclesiae per omnes gradus, hoc tempore quo Ecclesia vocatur ad novum evangelizationis conatum. Utinam verae fidei lux liberet homines ab ignorantia peccatique servitute, ut eos conducat ad unicam libertatem hoc nomine dignam (cf. *Io* 8, 32), ad libertatem scilicet vitae in Christo Iesu sub Spiritus Sancti ductu hic in terra agendae, et in Regno caelorum ad plenitudinem felicis contemplationis Dei facie ad faciem (cf. *1 Cor* 13, 12; *2 Cor* 5, 6-8)!

Datum die xi mensis Octobris, anno MCMXCII, triginta exactis annis ab inito Concilio Oecumenico Vaticano II, Pontificatus Nostri quarto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Iosepho Marello Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum » *(Io* 15, 5). Promissio haec evangelica miro modo perfecta est etiam in vita et in apostolatu episcopi Iosephi Marello, qui cum amore ac diligentia intimam coluit cum Domino coniunctionem et idem sentiens quod fuit in Christo Iesu (cf. *Phil* 2, 5), constanti cum studio ardentique pastorali caritate regno Dei in mundo aedificando interfuit atque copiosos spiritales fructus est assecutus.

Eximius hic animarum pastor Augustae Taurinorum ortus est die xxvi mensis Decembris anno MDCCCXXXXIV. Puer matre orbatus, caelestis Matris tutelae se commisit, quae eius vocationem direxit. In Astensi dioecesano Seminario iter ad sacerdotium est ingressus, difficultatum tempora expertus, quae ad interiorem maturitatem consequendam ei profuerunt atque ad prompte contendendum in Dei proximique servitium cum sanctitate ac peritia. Hinc a superioribus et aequalibus magni est existimatus. Cum horum quibusdam arto amicitiae vinculo se coniunxit, quo ducti sunt ad vitae rationem sibi proponendam et una sequendam.

Die XIX mensis Septembris, anno MDCCCLXVIII, sacerdos ordinatus est ab episcopo Astensi, domino Carolo Savio, eius electus secretarius et postea confessor. Ita occasio ei data est res novas et potissimas experiendi. Inexhaustam ab eo didicit se donandi facultatem, unde aridum suum secretarii munus in disciplinam convertit apostolici servitii. Ministerium suum ad catecheticam institutionem contulit, ad spiritalem moderationem, ad bonorum librorum edendorum apostolatum, ad iuvenum educationem. Episcopum suum comitans in pastoralibus visitationibus, necessitatem animadvertit in paroeciali apostolatu clerum adiuvandi. Suam fecit episcoporum eius aetatis appetitionem, qui evangelicum fermentum in societatem ferre nitebantur etiam per laicorum auxilium, in catholicis consociationibus constitutorum. Simul autem exoptabat in aliquo monasterio Ordinis Cisterciensium Strictioris Observantiae se Domino consecrare. Si hoc votum ad effectum adducere non potuit, quandoquidem a Domino alia vocatione vocabatur, hanc tamen consecrationis Deo voluntatem in alios iuvenes infudit, Congregationem Oblatorun Sancti Ioseph condendo. Hoc opere experientiam vitae consecratae masculinae, dissolutricibus legibus deletae Astae resuscitavit.

Suis Oblatis proposuit ut in vita et in apostolatu christianum exprimerent mysterium, quo modo illud Sanctus Ioseph coluit in coniunctione cum Deo, in humilitate, in occultatione, in navitate. Dicere solebat: « Propria consilia a Sancto Ioseph accipiantur oportet, qui primus in terra res Iesu curavit, nobis illum infantem custodivit, puerum protexit eique pro patre fuit primis triginta annis eius vitae terrestris ». Voluit filios suos spiritales praesertim in iuvenum educationem moralem et religiosam incumbere, praecipue per catechesim ac pastorale ministerium in paroeciis.

Mox eius lux super candelabro splenduit. Etenim Summus Pontifex Leo XIII eum episcopum Aquensem nominavit, et sacerdotes laicique huius dioecesis impensam eius fidem admirati sunt, impigram pastoralem caritatem, bonitatem in omnes, humilitatem, patientiam et deprecationis spiritum, adeo ut alter haberetur Sanctus Franciscus de Sales. « Oblatum » se sentiebat utque « Oblatus » vivebat, videlicet omnino Deo deditus suoque populo donatus, ut operibus, verbo, scriptis, Patris caelestis benignitatem erga quemlibet hominem testificaretur, in primis iuvenes. Naviter atque sacrificii spiritu omnes dioecesis paroecias visitavit, quorumcumque incommodorum neglegens. Eum, bonum gregis pastorem, fideles adibant, ut illum consulerent ab eoque auxilia peterent, cumque fiducia pueros infirmos ad illum afferebant, ut iisdem benediceret. Propter eius apostolicum

ardorem et eminentes virtutes Papa Leo XIII eum « episcopum integerrimum » definivit et Pius X « episcopum sanctum ».

Post solum sex episcopatus annos est vita defunctus die xxx mensis Maii anno MDCCCXCV in urbe Savonensi, qua, etsi incommoda valetudine utens, iverat ob celebrationes tertii expleti saeculi a pio obitu Sancti Philippi Neri. Perdurante etiam post mortem sanctitatis fama, multis quoque gratiis ei tributis confirmata, canonizationis Causa inita est per processus ordinarii informativi celebrationem. Rebus peractis iure statutis Summus Pontifex Paulus VI die xn mensis Iunii anno MCMLXXVIII declaravit episcopum Iosephum Marello virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum more coluisse. Anno MCMXCI Astae celebratus est processus canonicus de mira asserta sanatione, anno MCMXXXXIV patrata et Venerabilis Servi Dei deprecationi adscripta. Qua prospero cum eventu inspecta, die n mensis Aprilis MCMXCIII decretum super miro est promulgatum. Statuimus deinde ut beatificationis ritus Astae celebraretur, per Nostram illius dilectae dioecesis pastoralem visitationem.

Hodie igitur in hac, quam nuper memoravimus, urbe, inter Missae sollemnia hanc pronuntiavimus formulam: « Nos, vota fratris nostri Severini Poletto, episcopi Astensis, plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, familiae religiosae Oblatorum Sancti Ioseph multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Iosephus Marello, Episcopus, Oblatorum Sancti Ioseph Fundator, Beati nomine in posterum appelletur, eiusque festum die ipsius natali tricesimo mensis Maii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae autem his Litteris decrevimus nunc et posthac rata esse volumus ac firma, rebus quibuslibet contrariis minime obstantibus.

Datum Astae, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis Septembris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 336.121

II

Sanctus Laurentius, diaconus et martyr, Patronus principalis, atque sanctus Bernardus abbas Patronus secundarius apud Deum dioecesis Pelplinensis confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Notae sunt pietas ac veneratio quibus sanctus Laurentius, diaconus et martyr, nec non sanctus Bernardus abbas, coluntur a fidelibus dioecesis Pelplinensis, a Nobis constitutae die xxv mensis Martii anno MCMXCII per Litteras Apostolicas « Totus Tuus Poloniae populus ». Quam ob rem Venerabilis Frater Ioannes Bernardus Szlaga, Episcopus Pelplinensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem sancti Laurentii in Patronum principalem et sancti Bernardi in Patronum secundarium apud Deum dioecesis suae rite peregit, itemque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis eius Venerabilis Fratris precibus libentissimo animo obsecundantes, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum sanctum Laurentium, diaconum et martyrem, Patronum principalem, atque sanctum Bernardum, abbatem, Patronum secundarium apud Deum dioecesis Pelplinensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur *(AAS,* vol. LXV, 1973, 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 338.040

III

Sanctus Casimirus Patronus principalis apud Deum dioecesis Radomensis confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Fideles ecclesialis communitatis Radomensis, a Nobis die xxv mensis Martii anno MCMXCII per Litteras Apostolicas « Totus Tuus Poloniae populus » constitutae, sanctum Casimirum clara veneratione prosequuntur, atque Eodem impetrante caelestium gratiarum copiam sibi exposcunt. Ipsorum praesertim animarum utilitate permotus, Venerabilis Frater Eduardus Materski, Episcopus Radomensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem sancti Casimiri in Patronum principalem apud Deum dioecesis suae rite peregit, deindeque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis huius Venerabilis Fratris precibus libentissimo animo obsecundantes, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, facultatibus a Nobis factis, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum sanctum Casimirum Patronum principalem apud Deum dioecesis Radomensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur *(AAS,* vol. LXV, 1973, 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 338.041

IV

Beatus Sebastianus Pelczar episcopus Patronus principalis, atque beata Carolina Kózka, virgo et martyr, Patrona secundaria apud Deum dioecesis Rzeszoviensis confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Fideles ecclesialis communitatis Rzeszoviensis, a Nobis die xxv mensis Martii anno MCMXCII per Litteras Apostolicas « Totus Tuus Poloniae populus » constitutae, Beatum Sebastianum Pelczar episcopum, nec non beatam Carolinam Kózka, virginem et martyrem, quos ambos Nos Ipsi in Beatorum catalogum retulimus, clara veneratione prosequuntur, atque Iis impetrantibus caelestium gratiarum copiam sibi exposcunt. Quam ob rem Venerabilis Frater Casimirus Górny, Episcopus Rzeszoviensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem beati Sebastiani in Patronum principalem et beatae Carolinae in Patronam secundariam apud Deum dioecesis suae rite peregit, itemque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero, enixis eius Venerabilis Fratris precibus libentissimo animo obsecundantes, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum beatum Sebastianum Pelczar episcopum, Patronum principalem, atque beatam Carolinam Kózka, virginem et martyrem, Patronam secundariam apud Deum dioecesis Rzeszoviensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur *(AAS,* vol. LXV, 1973, 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco ® Sigilli
In Secret. Status tab., n. 338.042

V

Sanctus Albertus Chmielowski, religiosus, Patronus principalis, atque sanctus Raphael Kalinowski, presbyter, Patronus secundarius apud Deum dioecesis Sosnoviensis confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Fideles ecclesialis communitatis Sosnoviensis, a Nobis die xxv mensis Martii anno MCMXCII per Litteras Apostolicas « Totus Tuus Poloniae populus » constitutae, Sanctum Albertum Chmielowski, religiosum, nec non sanctum Raphaelem Kalinowski, presbyterum, quos ambos Nos Ipsi in Beatorum catalogum retulimus, clara veneratione prosequuntur, atque Iis impetrantibus caelestium gratiarum copiam sibi exposcunt. Quam ob rem Venerabilis Frater Adamus Smigielski, Episcopus Sosnoviensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem sancti Alberti in Patronum principalem et sancti Raphaelis in Patronum secundarium apud Deum dioecesis suae rite peregit, itemque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis eius Venerabilis Fratris precibus libentissimo animo obsecundantes, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum sanctum Albertum Chmielowski, religiosum, Patronum principalem, atque sanctum Raphaelem Kalinowski, presbyterum, Patronum secundarium apud Deum dioecesis Sosnoviensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur *(AAS,* vol. LXV, 1973, 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 338.043

VI

Beata Maria Virgo sub titulo « De perpetuo succursu » Patrona principalis apud Deum dioecesis Thoruniensis confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Fideles ecclesialis communitatis Thoruniensis, a Nobis die xxv mensis Martii anno MCMXCII per Litteras Apostolicas « Totus Tuus Poloniae populus » constitutae, Beatam Mariam Virginem sub titulo « De perpetuo succursu » clara veneratione prosequuntur, atque Ea impetrante caelestium gratiarum copiam sibi exposcunt. Ipsorum praesertim animarum utilitate permotus, Venerabilis Frater Andreas Adalbertus Suski, Episcopus Thoruniensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem Beatae Mariae Virginis in Patronam principalem apud Deum dioecesis suae rite peregit, deindeque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis huius Venerabilis Fratris precibus libentissimo animo obsecundantes, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, facultatibus a Nobis factis, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem sub titulo « De perpetuo succursu » Patronam principalem apud Deum dioecesis Thoruniensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur *(AAS,* vol. LXV, 1973, 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 338.044

VII

Beata Maria Virgo sub titulo « Mater Dei de Victoria » Patrona principalis apud Deum dioecesis Varsaviensis-Pragensis confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Fideles ecclesialis communitatis Varsaviensis-Pragensis, a Nobis die xxv mensis Martii anno MCMXCII per Litteras Apostolicas « Totus Tuus Poloniae populus » constitutae, Beatam Mariam Virginem sub titulo « Mater Dei de Victoria » clara veneratione prosequuntur, atque Ea impetrante caelestium gratiarum copiam sibi exposcunt. Ipsorum praesertim animarum utilitate permotus, Venerabilis Frater Casimirus Romaniuk, Episcopus Varsaviensis-Pragensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem Beatae Mariae Virginis in Patronam principalem apud Deum dioecesis suae rite peregit, deindeque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis huius Venerabilis Fratris precibus libentissimo animo obsecundantes, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, facultatibus a Nobis factis, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem sub titulo « Mater Dei de Victoria » Patronam principalem apud Deum dioecesis Varsaviensis-Pragensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur *(AAS,* vol. LXV, 1973, 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vii mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 338.045

VIII

Beata Maria Virgo sub titulo « Redemptoris Mater » Patrona principalis apud Deum dioecesis Zamosciensis-Lubaczoviensis confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Fideles ecclesialis communitatis Zamosciensis-Lubaczoviensis, a Nobis die xxv mensis Martii anno MCMXCII per Litteras Apostolicas « Totus Tuus Poloniae populus » constitutae, Beatam Mariam Virginem sub titulo « Redemptoris Mater » clara veneratione prosequuntur, atque Ea impetrante caelestium gratiarum copiam sibi exposcunt. Ipsorum praesertim animarum utilitate permotus, Venerabilis Frater Ioannes Srutwa, Episcopus Zamosciensis-Lubaczoviensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem Beatae Mariae Virginis in Patronam principalem apud Deum dioecesis suae rite peregit, deindeque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis huius Venerabilis Fratris precibus libentissimo animo obsecundantes, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, facultatibus a Nobis factis, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem sub titulo « Redemptoris Mater » Patronam principalem apud Deum dioecesis Zamosciensis-Lubaczoviensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur (*AAS,* vol. LXV, 1973, 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 338.046

IX

Sanctus Maximilianus Maria Kolbe, presbyter et martyr, Patronus principalis, atque sanctus Ioannes de Kety, presbyter, et beatus Ioannes Sarcander, presbyter et martyr, Patroni secundarii apud Deum dioecesis Bielscensis-Zyviecensis confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Christifideles dioecesis Bielscensis-Zyviecensis, a Nobis die xxv mensis Martii anno MCMXCII constitutae per Litteras Apostolicas « Totus Tuus Poloniae populus », peculiari cultu prosequuntur sanctum Maximilianum Mariam Kolbe, qui in urbe « Oswiçcim », intra fines eiusdem Ecclesiae, martyrium subiit, necnon sanctum Ioannem de Ke_ty, atque beatum Ioannem Sarcander. Qua re Venerabilis Frater Thaddaeus Rakoczy, Episcopus Bielscensis-Zyviecensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem sancti Maximiliani Mariae Kolbe in Patronum principalem atque sancti Ioannis de Kçty et beati Ioannis Sarcander in Patronos secundarios apud Deum dioecesis suae rite peregit, itemque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis eius Venerabilis Fratris precibus libentissimo obsecundantes animo, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum sanctum Maximilianum Mariam Kolbe, presbyterum et martyrem, Patronum principalem, atque sanctum Ioannem de Kçty, presbyterum, et beatum Ioannem Sarcander, presbyterum et martyrem, Patronos secundarios apud Deum dioecesis Bielscensis-Zyviecensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur *(AAS,* vol. LXV, 1973, 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vii mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco ©Sigilli
In Secret. Status tab., n. 336.986

X

Sanctus Adalbertus, episcopus et martyr, Patronus principalis, atque sanctus Maximilianus Maria Kolbe, presbyter et martyr, et beata Dorothea de Matowy, vidua, Patroni secundarii apud Deum dioecesis Elbingensis confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Christifideles dioecesis Elbingensis, a Nobis die xxv mensis Martii anno MCMXCII constitutae per Litteras Apostolicas « Totus Tuus Poloniae populus », peculiari cultu prosequuntur sanctum Adalbertum, qui in eadem regione passus est martyrium, necnon sanctum Maximilianum Mariam Kolbe, sacerdotum Polonicorum decus, atque beatam Dorotheam de Matowy, quae totam vitam suam iis in locis egit. Qua re Venerabilis Frater Andreas Iosephus Sliwiñski, Episcopus Elbingensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem sancti Adalberti in Patronum principalem atque sancti Maximiliani Mariae Kolbe et beatae Dorotheae de Ma_towy in Patronos secundarios apud Deum dioecesis suae rite peregit, itemque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis eius Venerabilis Fratris precibus libentissimo obsecundantes animo, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum sanctum Adalbertum, episcopum et martyrem, Patronum principalem, atque sanctum Maximilianum Mariam Kolbe, presbyterum et martyrem, et beatam Dorotheam de Matowy, viduam, Patronos secundarios apud Deum dioecesis Elbingensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur *(AAS,* vol. LXV, 1973, 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Octobris, anno MCMXCIII Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco £8 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 336.987

XI

Beata Maria Virgo titulo « Mater Ecclesiae » invocata Patrona principalis, atque sanctus Adalbertus, episcopus et martyr, Patronus secundarius apud Deum dioecesis Liccanensis confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Christifideles dioecesis Liccanensis, a Nobis die xxv mensis Martii anno MCMXCII constitutae per Litteras Apostolicas « Totus Tuus Poloniae populus », peculiari cultu prosequuntur beatam Mariam Virginem titulo « Mater Ecclesiae » invocatam, ad quem obtinendum Polonici Praesules in Concilio Oecumenico Vaticano II congregati multum sane contulerunt, necnon sanctum Adalbertum, qui Patronus est Varmiensis archidioecesis, e cuius magna parte eadem nova Ecclesia est efformata. Qua re Venerabilis Frater Adalbertus Ziemba, Episcopus Liccanensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem beatae Mariae Virginis titulo « Mater Ecclesiae » invocatae in Patronam principalem atque sancti Adalberti in Patronum secundarium apud Deum dioecesis suae rite peregit, itemque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis eius Venerabilis Fratris precibus libentissimo obsecundantes animo, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem titulo « Mater Ecclesiae » invocatam Patronam principalem, atque sanctum Adalbertum, episcopum et martyrem, Patronum secundarium apud Deum dioecesis Liccanensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur *(AAS,* vol. LXV, 1973, 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco ffl Sigilli
In Secret. Status tab., n. 336.988

XII

Sancti Apostoli Petrus et Paulus Patroni principales, atque beata Maria Virgo titulo « Mater caritatis et iustitiae socialis » invocata et sancta Anna, mater beatae Mariae Virginis, Patronae secundariae apud Deum dioecesis Glivicensis confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Christifideles dioecesis Glivicensis, a Nobis die xxv mensis Martii anno MCMXCII constitutae per Litteras Apostolicas « Totus Tuus Poloniae populus », peculiari cultu prosequuntur sanctos Apostolos Petrum et Paulum, quorum in honorem dicatum est ipsum cathedrale templum, necnon, una cum sancta Anna, beatam Mariam Virginem titulo « Mater caritatis et iustitiae socialis » invocatam, quae maxime colitur in clarissimo sanctuario in urbe « Piekary Sla_skie » posito intra fines Katovicensis archidioecesis, e cuius quadam parte eadem nova Ecclesia est efformata. Qua re Venerabilis Frater Ioannes Wieczorek, Episcopus Glivicensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem sanctorum Apostolorum Petri et Pauli in Patronos principales, atque beatae Mariae Virginis memorato titulo invocatae et sanctae Annae in Patronas secundarias apud Deum dioecesis suae rite peregit, itemque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis eius Venerabilis Fratris precibus libentissimo obsecundantes animo, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum sanctos Apostolos Petrum et Paulum Patronos principales, atque beatam Virginem Mariam titulo « Mater caritatis et iustitiae socialis » invocatam et sanctam Annam, matrem beatae Mariae Virginis, Patronas secundarias apud Deum dioecesis Glivicensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur *(AAS,* vol. LXV, 1973, 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vii mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 336.989

XIII

Sanctus Ioseph, beatae Mariae Virginis sponsus, titulo « Redemptoris custos » invocatus, Patronus principalis apud Deum dioecesis Calissiensis confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Christifideles dioecesis Calissiensis, a Nobis die xxv mensis Martii anno MCMXCII constitutae per Litteras Apostolicas « Totus Tuus Poloniae populus », peculiari cultu prosequuntur sanctum Ioseph, beatae Mariae Virginis sponsum, titulo « Redemptoris custos » invocatum, cuius in honorem est dicata in eadem urbe episcopali Ecclesia Basilica, in qua decora imago Sacrae Familiae ab anno MDCVII pie servatur et quae est centrum spiritualis vitae et sanctuarium simul valde notum in tota Polonica Natione. Qua re Venerabilis Frater Stanislaus Napierala, Episcopus Calissiensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem sancti Ioseph memorato titulo invocati in Patronum principalem apud Deum dioecesis suae rite peregit, itemque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis eius Venerabilis Fratris precibus libentissimo obsecundantes animo, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum Sanctum Ioseph, beatae Mariae Virginis sponsum, titulo « Redemptoris custos » invocatum, Patronum principalem apud Deum dioecesis Calissiensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur .(*AAS,* vol. LXV, 1973, 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 336.990

XIV

Sancti Apostoli Petrus et Paulus, Patroni principales, atque sanctus Ioseph, beatae Mariae Virginis sponsus, titulo « Redemptoris custos » invocatus, Patronus secundarius apud Deum dioecesis Legnicensis confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Christifideles dioecesis Legnicensis, a Nobis die xxv mensis Martii anno MCMXCII constitutae per Litteras Apostolicas « Totus Tuus Poloniae populus », peculiari cultu prosequuntur sanctos Apostolos Petrum et Paulum, quorum in honorem est dicatum ipsum cathedrale templum, necnon sanctum Ioseph, beatae Mariae Virginis sponsum, titulo « Redemptoris custos » invocatum. Qua re Venerabilis Frater Thaddaeus Rybak, Episcopus Legnicensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem sanctorum Apostolorum Petri et Pauli in Patronos principales, atque sancti Ioseph memorato titulo invocati in Patronum secundarium apud Deum dioecesis suae rite peregit, itemque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis eius Venerabilis Fratris precibus libentissimo obsecundantes animo, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum sanctos Apostolos Petrum et Paulum Patronos principales, atque sanctum Ioseph, beatae Mariae Virginis sponsum, titulo « Redemptoris custos » invocatum, Patronum secundarium apud Deum dioecesis Legnicensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur *(AAS,* vol. LXV, 1973, 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 336.991

XV

Sancta Victoria, virgo et martyr, atque beatus Honoratus Kozminski, presbyter, Patroni principales apud Deum dioecesis Lovicensis confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Christifideles dioecesis Lovicensis, a Nobis die xxv mensis Martii anno MCMXCII constitutae per Litteras Apostolicas « Totus Tuus Poloniae populus », peculiari cultu prosequuntur sanctam Victoriam, quae ab antiquo habetur Patrona eiusdem civitatis episcopalis, cuius reliquiae anno MDCXXV donatae sunt a Decessore Nostro Urbano Pp. VIII Poloniae Primati Henrico Firlej, necnon beatum Honoratum Kozminski, a Nobismet Ipsis ad altarium gloriam evectum, qui inibi vivens est operatus cuiusque reliquiae in « Nowe Miasto » intra fines eius Ecclesiae pie servantur. Qua re Venerabilis Frater Aloisius Orszulik, Episcopus Lovicensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem sanctae Victoriae atque beati Honorati Kozminski in Patronos principales apud Deum dioecesis suae rite peregit, itemque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis eius Venerabilis Fratris precibus libentissimo obsecundantes animo, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hacin re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum sanctam Victoriam, virginem et martyrem, atque beatum Honoratum Kozminski, presbyterum, Patronos principales apud Deum dioecesis Lovicensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur ***(AAS,*** vol. LXV, 1973, 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vii mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

Loco ©Sigilli
In Secret.. Status tab., n, 336.992

XVI

Imago Beatae Mariae Virginis titulo « Nuestra Señora de la Fuensanta » invocatae, quae pie colitur in Hispaniae urbe Cordium, pretioso diademate redimiri sinitur « nomine et auctoritate Summi Pontificis ».

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Cordubae, in antiqua et insigni Hispaniae urbe, iam a saeculo xv a fidelibus loci totiusque dioecesis peculiari veneratione colitur decora imago Beatae Mariae Virginis titulo « Nuestra Señora de la Fuensanta » invocatae, eiusdem civitatis Patronae, quae quinque per saecula claruit miraculis ut constat ex probatis historicis documentis, praesertim ex Actis Capituli cathedralis templi. Qua re, cum Venerabilis Frater Iosephus Antonius Infantes Florido, Episcopus Cordubensis, litteris die xxm mensis Iulii hoc anno datis, communia cleri populique sui vota excipiens, petiverit ut imago, quam diximus, Nostro nomine et auctoritate pretioso diademate posset redimiri, Nos, paternae benevolentiae signum dilectis Cordubensibus filiis cupientes praebere, eius Pastoris precibus perquam libenter obsecundandum esse putamus. E sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, Apostolica potestate usi concedimus ut imago Beatae Mariae Virginis titulo « Nuestra Señora de la Fuensanta » invocatae Nostro nomine et auctoritate, pretioso diademate possit coronari secundum probatum liturgicum ritum. Minime vero dubitamus quin concessus honor in religionis bonum populique spiritualem in profectum sit cessurus pariterque fore confidimus ut ii omnes, qui eandem venerantur imaginem, maxime fideles Sodalitatum Hebdomadae Sanctae, magis magisque incitentur ad colendam praecelsam Dei Genetricem, Quae « fons signatus » *(Ct* 4, 12), gloria et auxilium quoque est Cordubensium generationum. Denique volumus ut hae Litterae Nostrae accurate serventur omnesque plenos effectus suos legitime consequantur, contrariis quibuslibet rebus haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvm mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ©Sigilli
In Secret. Status tab., n. 336.651

ALLOCUTIONES

I

Ad quosdam Lusitaniae episcopos limina sacra visitantes.*

Carissimos Irmäos no episcopado.

1. Bem-vindos à Sé de Pedro, por ocasiäo da vossa visita quinquenal ad Limina. No inicio deste nosso encontró, permiti-me recordar o misterio da reconciliaçào universal no Verbo Encarnado, celebrado na Solenidade de Cristo-Rei, que tem lugar nestes dias: « Ao estabelecer a paz pelo Sangue derramado por Cristo na Cruz, Deus quis também, por Ele, reconciliar consigo todas as coisas que há na Terra e nos Céus ».[1] Para actuar este designio divino, fomos chamados e ungidos como seus arautos e mediadores a favor da humanidade de ho je.

Depois de me ter encontrado com cada um de vos nos dias passados, sinto-me feliz por poder agora saudar-vos a todos conjuntamente, e dou graças ao Senhor por esta ulterior ocasiäo que tenho de entrar em contacto, atra vés das vossas pessoas, com as varias diocèses da Provincia eclesiástica de Braga — algumas das quais tive já a alegría de visitar. Para todas elas, vai a minha saudaçao afectuosa e sincera. Dirijo-a em particular aos sacerdotes, aos religiosos e às religiosas, ao laicado cristão, às familias, aos jovens e aos doentes.

Pude conhecer as esperanças, inquietaçoes e desafíos que marcam a hora actual das vossas comunidades cristas, pelos relatónos enviados e pelos coloquios pessoais que tivemos. A isso mesmo acabou de aludir o Arcebispo de Braga, na delicada saudaçao que, em nome de todos, me dirigiu. Obrigado, Senhor dom Eurico, pelos sentimentos de devotamento e solidariedade, testemunhados à pessoa e ao ministerio do Papa! Da minha parte, cordialmente vos abraco a todos, aproveitando este momento para vos agradecer, em nome da Igreja, o trabalho que realizáis com tanto zelo, e para vos exortar no sentido de urna maior confiança e solidariedade entre as varias componentes da Igreja em Portugal.

2. Esta, obedecendo à opçao que o Espirito Santo lhe inspirou para o final do segundo milenio, revela um forte e generoso empenhamento na

* Die 20 m. Novembris a. 1992.

[1] *Col 2,* 20.

evangelizaçao e renovaçâo da fé das comunidades cristas — em particular das paróquias, elemento fundamental na trama das diocèses. Com a graça de Deus, elas väo-se consolidando como su jeito de urna catequese permanente e integrai, de urna celebraçao litúrgica viva e participada, de um serviço de caridade efectivo e solidario com os mais necessitados.

Este amadurecimento cristäo das comunidades tem frutificado numa maior disponibilidade apostòlica por parte dos fiéis leigos. Com efeito, vencida a tendencia para a subjectivacäo da fé, muitos deles parecem hoje dispostos a dar o melhor de si para tornar possi vel um tempo de encontró, diálogo e colaboraçao no discernimento evangélico dos problemas e respectiva soluçâo. Sao disso exemplo o Sínodo ainda em curso na diocèse de Aveiro, a Semana Social 1991 e os Congressos diocesanos e Nacional sobre os fiéis leigos.

Fostes ai testemunhas das maravilhas que o Espirito continua hoje a realizar no vosso meio, predispondo e comprometendo os crentes para a missäo universal. De facto, pudestes recolher dos labios de muitos deles, a generosa oferta pessoal: « Eis-me aqui, enviai-me! ».[2] O Papa congratula-se vivamente convosco pelo maior sentido de pertença à Igreja e pela crescente consciência missionaria e profética, de que estäo a dar provas os cristäos portugueses, com o consequente desejo e abertura à formaçao crista e fortalecimento da sua vida espiritual.

3. Jesus Cristo conta convosco e com os vossos sacerdotes, para iluminar os leigos cristäos e confirmá-los como Seus apostolos fortes e decididos a proclamar o Evangelho em toda a sua integridade, ñas mais diversas circunstancias. Por isso, näo vos canséis de os acolher e amparar, ajudando-os fraternalmente a conhecer e a servir o Senhor, presente na comunidade eclesial.

Podereis assim superar aquele sentimento de inquiétude que ainda se verifica no ambito das relaçoes entre o clero e os leigos cristäos. Estes lamentam a falta de direcçao e ajuda, queixam-se por vezes do désintéresse, quando näo da obstruçao, por parte dos sacerdotes, no que se refere ao seu crescimento humano e cristäo. Por seu lado, os sacerdotes invocam mil dificuldades e limitaçoes no atendimento dos fiéis, näo sendo a mais pequeña o peso dos anos e a sobrecarga pastoral que os impede de acorrer condignamente a tudo e a todos.

4. Amados Irmäos, a nova evangelizaçao aguarda os seus profetas e apostolos. A pastoral das vocaçoes começa a dar os seus frutos, com um maior

[2] Cf. *Is* 6, 8.

florescimento vocacional e um tímido aumento das ordenaçoes sacerdotais. Mas salta à vista a desproporçao entre o número de sacerdotes disponíveis e as reais necessidades pastorais do Povo de Deus. Por isso, sem a formaçao permanente dos sacerdotes de hoje, a reevangelizacäo näo poderá ser levada avante. Está aqui um nó crucial do crescimento da Igreja.

Encorajo-vos a dar plena actuaçâo às indicaçoes da Exortaçao Apostólica Pós-Sinodal *Pastores dabo vobis,* sempre confiados na promessa divina que vos « assegura pastores segundo o seu coraçâo »,[3] entre os de ontem, de hoje, de amanhä — os sacerdotes de sempre. Todos eles sao chamados a « conscien-cializarem-se da singular urgencia da sua formaçao na hora presente: a nova evangelizaçao tem necessidade de evangelizadores novos, e estes säo os presbíteros que se esforçam por viver o seu sacerdocio como caminho específico para a santidade ».[4]

Assim, vencida qualquer tentaçâo que ainda pudesse existir de predominio ou de poder sobre os fiéis e superados os preconceitos ou ressentimentos do passado, os presbíteros empenhem-se generosamente na edificaçâo do Corpo de Cristo, valorizando a pluralidade dos ministerios e a providencial riqueza dos carismas, que o Espirito Santo näo cessa de fazer florescer na comunidade. Lembrem-se de que foram colocados à frente do Povo de Deus, quais administradores fiéis e prudentes, para, no tempo devido, lhe dar a sua raçâo de trigo.[5] Urna leitura érente dos caminhos da divina Providencia assegurar-lhes-á que este é o tempo devido e propicio, para o qual eles foram preparados e enviados.

5. Por isso, reproduzindo em si mesmos a figura do Bom Pastor — que neles foi impressa pela Ordenaçao sacerdotal — os pastores saiam a conhecer as suas ovelhas para que elas também os possam reconhecer e ou vir:[6] desenvolvam maior contacto com os fiéis, « compartilhando as suas alegrías e expectativas, as tristezas e as angustias, sobretudo dos pobres e daqueles que sofrem »,[7] conquistando a sua confianca e amizade.

Prioritaria nesta atençao e proximidade do pastor, deverà ser cada vez mais a familia. Infelizmente, continuam a multiplicar-se os sinais do seu declinio, tanto na sua unidade e perseverança, como na generosidade em transmitir a vida e na salvaguarda e educaçâo da mesma. Sei quanto vos tendes empenhado neste campo, mas, face à atitude de recusa, desconfian-

[3] *Pastores dabo vobis,* 82.
[4] *Ibid.*
[5] Cf. *Lc 12,* 42.
[6] Cf. *Jo 10,* 14-16.
[7] Cf. *Gaudium et spes, 1.*

ça ou mera suspeita que continua a predominar no confronto do plano divino para a familia anunciado pela Igreja, é justo interrogarmo-nos se as paróquias estäo a dar a resposta correcta e adequada às reais carencias e dramas dos esposos, dos pais e dos fílhos.

Neste ponto, näo posso deixar de mencionar outro sèrio obstáculo ao desenvolvimento da paz, na nossa sociedade: muitas, tantas crianças vivem privadas do calor de urna familia. Urnas vezes, esta, de facto, está ausente: dominados por outros interesses, os pais abandonam os fílhos a si mesmos. Outras vezes, a familia pura e simplesmente näo existe: há, assim, milhares de crianças que näo têm outra casa senäo a estrada, e näo podem contar com qualquer outro recurso além de si mesmas. Algumas destas crianças da rua encontram tragicamente a morte. Outras säo encaminhadas para o consumo ou mesmo o tráfico da droga, para a prostituiçâo, e não raro acabam nas organizaçôes criminosas. Näo é possível ignorar situaçoes assim escandalosas e, no entanto, täo difusas! Está em jogo o proprio futuro da sociedade. Urna comunidade que rejeita as crianças, as marginaliza ou reduz a situaçoes sem esperança, jamais poderá conhecer a paz.

Para poder contar com um futuro de paz, é preciso que cada pequenino ser humano experimente o calor de um afecto carinhoso e constante, e näo a traiçâo ou a exploraçâo. E, se o Estado muito pode fazer fornecendo meios e estruturas de apoio, insubstituível permanece o contributo da familia para assegurar aquele clima de certeza e confiança, que tanta importancia tem para induzir as crianças a olharem com serenidade o futuro e prepará-las para, quando adultas, participarem responsavelmente na edificaçâo de urna sociedade de autèntico progresso e de paz. As crianças säo o futuro já presente no meio de nós; é necessario poderem experimentar o que significa paz, para serem capazes de criar um futuro de paz.

5. Urna ordern duradoura de paz precisa de instituiçoes que exprimam e consolidem os valores da paz. A instituiçâo que corresponde, de modo mais imediato, à natureza do ser humano é a familia. Só eia garante a

continuidade e o futuro da sociedade. Por isso, a familia é chamada a tornar-se activa protagonista da paz, graças aos valores que eia exprime e transmite no seu pròprio seio e, mediante a participaçao de cada um dos seus membros, à vida da sociedade.

Nùcleo originàrio da sociedade, a familia tem direito a todo o apoio do Estado para cumprir pienamente a sua missäo peculiar. Por isso, as leis estatais devem ser orientadas para a promoçao do seu bem-estar, ajudando--a a realizar as tarefas que lhe competem. Perante a tendencia, hoje cada vez mais insistente, de legitimar como sucedáneos da união conjugal, formas de uniäo que, pela sua intrínseca natureza ou intencional transitoriedade, näo podem de modo algum exprimir o sentido e assegurar o bem da familia, é dever do Estado encorajar e proteger a autentica instituiçâo familiar, respeitando a sua fisionomia naturai e os seus direitos congénitos e inalienáveis.[5] Fundamental den tre eles, é o direito dos pais decidirem livre e responsavelmente, com base nas suas convicçoes moráis e religiosas e na sua consciência adequadamente formada, quando chamar à vida um filho, e depois educá-lo segundo tais convicçoes.

Um papel relevante tem ainda o Estado, na criaçao das condiçôes, que permitam às familias prover às suas necessidades primarias, de maneira consentanea à dignidade humana. A pobreza, antes, a miseria — ameaça perene à estabilidade social, ao progresso dos povos, à paz — atinge hoje tantas familias. Sucede, às vezes, que, por falta de meios, os casais jovens retardam a constituiçao de urna familia ou vêem-se mesmo impedidos de a formar, enquanto que as familias a bracos com a indigencia, nao podem participar plenamente na vida social, ou säo constrangidas a urna situaçao de total marginalizaçao.

Mas, o dever do Estado näo isenta o simples cidadâo: a verdadeira resposta às mais graves solicitaçoes de cada sociedade é assegurada efectivamente pela solidariedade concorde de todos. De facto, ninguém pode sentir-se tranquilo enquanto o problema da pobreza, que grava sobre familias e individuos, näo tiver encontrado urna soluçâo adequada. A indigencia é sempre urna ameaça para a estabilidade social, para o desenvolvimento econòmico, e consequentemente, em última análise, para a paz. Esta permanecerá insidiada, enquanto pessoas e familias se virem obrigadas a lutarem pela sua propria sobrevivencia.

[5] Cf. a propósito, a « Carta dos Direitos da Familia, apresentada pela Santa Sé a todas as pessoas, instituiçoes e autoridades interessadas na missäo da familia no mundo contemporàneo », (22 de Outubro de 1983).

6. Quereria agora dirigir-me directamente às familias; em particular, às familias cristas.

« Familia, torna-te aquilo que és! » — escrevi na Exortaçâo apostólica *Familiaris consortio.*[6] Ou seja, torna-te « íntima comunidade da vida e do amor conjugal »,[7] chamada a dar amor e a transmitir a vida!

Familia, tens urna missão de primaria importancia: a de contribuir para a construçao da paz, bem indispensável ao respeito e desenvolvimento da propria vida humana.[8] Consciente de que a paz näo se obtém duma vez para sempre,[9] nunca te de ves cansar de a procurar! Com a propria morte na cruz, Jesus deixou à humanidade a sua paz, assegurando a sua presença perene.[10] Exige esta paz, reza por esta paz, trabalha por esta paz!

A vos, pais, compete a responsabilidade de formar e educar os fílhos para serem pessoas de paz: para isso, sede vos mesmos, primeiro, construtores de paz.

Vos, fílhos, lançados para o futuro com o ardor da vossa idade jovem, repleta de projectos e sonhos, apreciai o dom da familia, preparai-vos para a responsabilidade de a construir ou promover, segundo a respectiva vocaçâo, no amanhä que Deus vos conceder. Cultivai aspiraçôes de bem e designios de paz.

Vos, os avós, que, com os outros membros da casa, representáis na familia laços insubstituíveis e preciosos entre as geraçôes, dai generosamente o vosso contributo de experiencia e testemunho para ligar o passado ao futuro num presente de paz.

Familia, vive concorde e plenamente a tua missäo!

Como esquecer, enfím, tantas pessoas que, por varios motivos, se sententi sem familia? Quereria dizer-lhes que, também para elas, existe urna familia: a Igreja é casa e familia para todos.[11] Eia abre de par em par as portas para acolher todos quantos vivem sozinhos e abandonados; neles, vé os fílhos predilectos de Deus, independentemente da idade e quaisquer que sejam as suas aspiraçôes, difículdades e esperanças.

Possa a familia viver em paz, de modo que déla brote a paz para a familia humana inteira!

[6] N° 17.

[7] *Gaudium et spes,* 48.

[8] Cf. *Catecismo da Igreja Católica,* 2304.

[9] Cf *Gaudium et spes,* 78.

[10] Cf. *Jo* 14, 27; 20, 19-21; *Mt* 28, 20

[11] Cf. *Familiaris consortio,* 85.

Eis a prece que, por intercessão de Maria, Mae de Cristo e da Igreja, elevo Aquele, « do Qual toda a paternidade, nos Céus como na Terra, toma o nome » *(Ef* 3, 15), na aurora do Ano Internacional da Familia.

Vaticano, 8 de Dezembro do ano 1993.

IOANNES PAULUS PP. II

SECRETARIA STATUS

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SS.MI

quo a die I mensis Ianuarii a. MCMXCIY provisiones pro familia comprobantur.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II, nell'Udienza concessa al sottoscritto Cardinale Segretario di Stato il giorno 20 Gennaio 1994, ha approvato le unite « Provvidenze a favore della famiglia », emanate in favore del personale in servizio alle dipendenze della Curia Romana, dello Stato della Città del Vaticano, della Radio Vaticana, e degli Organismi o Enti esistenti e futuri anche non aventi sede nello Stato della Città del Vaticano, gestiti amministrativamente in modo diretto dalla Sede Apostolica e comunque alle dipendenze di tutti gli Enti compresi nel campo di applicazione delle Norme per la disciplina della concessione dell'assegno per il nucleo familiare.

Il Santo Padre ha altresì disposto la promulgazione delle suddette Norme per mezzo della loro pubblicazione in *Acta Apostolicae Sedis,* stabilendo che esse entrino in vigore a decorrere dal I° Gennaio 1994, Anno della Famiglia.

ANGELO card. SODANO
Segretario di Stato

Provisiones pro familia

PROVVIDENZE A FAVORE DELLA FAMIGLIA

Per il personale in servizio alle dipendenze della Curia Romana, dello Stato della Città del Vaticano, della Radio Vaticana, e degli Organismi o Enti esistenti e futuri anche non aventi sede nello Stato della Città del Vaticano, gestiti amministrativamente in modo diretto dalla Sede Apostolica e comunque alle dipendenze di tutti gli Enti compresi nel campo di applicazione delle norme per la disciplina della concessione dell'assegno per il nucleo familiare, sono disposte le seguenti provvidenze.

TITOLO I

Assegno per la nascita di figli

Art. 1

Al dipendente, a motivo della nascita di un figlio, viene corrisposto un assegno di importo pari a due terzi della retribuzione (stipendio base + ASI + bienni) o della pensione del mese di nascita del bambino.

Art. 2

Nel caso di parto gemellare viene corrisposto un assegno di importo pari all'assegno di cui all'Art. 1 moltiplicato per il numero dei figli nati dal parto gemellare.

Art. 3

Nel caso entrambi i coniugi siano dipendenti vaticani, le provvidenze di cui agli Articoli 1 e 2 sono commisurate alla retribuzione o pensione di importo più favorevole per i coniugi.

Art. 4

Le stesse provvidenze di cui ai precedenti articoli sono corrisposte anche in caso di adozione di figli di età inferiore ad anni cinque.

L'assegno di cui agli Articoli 1 e 2 dovrà essere correlato al mese del provvedimento di adozione del Tribunale.

Art. 5

Alla domanda per l'assegno dovrà essere allegato il certificato di nascita e di battesimo o, in caso di adozione, copia integrale dell'atto di nascita dell'adottato rilasciato dall'anagrafe del Comune di appartenenza.

TITOLO II

Agevolazioni a tutela della maternità

Le norme che seguono sono integrative delle vigenti disposizioni di tutela della maternità.

Art. 6

Fino a tre mesi prima del parto, nel caso di gravi complicazioni della gestazione o di preesistenti forme morbose che si presume possano essere aggravate dalla gravidanza, sono disposti uno o più periodi di collocamento in aspettativa per maternità in base ad apposita certificazione medica, confermata dalla Direzione dei Servizi Sanitari dello Stato della Città del Vaticano, che ne dispone la durata.

Art. 7

È disposto, su richiesta dell'interessata, il collocamento in aspettativa per maternità della dipendente che abbia adottato un bambino o lo abbia ottenuto in affidamento, sempreché, in ogni caso, il bambino non abbia superato al momento della adozione o dell'affidamento i sei anni di età.

Tale aspettativa della durata di tre mesi ha inizio dalla data dell'effettivo ingresso del bambino nella famiglia adottiva o affidataria.

Art. 8

Durante i periodi di aspettativa per maternità di cui agli Articoli 6 e 7 è corrisposta l'intera retribuzione, con esclusione dei compensi connessi con la presenza in servizio e con l'espletamento di specifiche funzioni ed il tempo trascorso in tali periodi è computato a tutti gli effetti correlati con l'anzianità di servizio.

Art. 9

La dipendente madre, durante le malattie di figli od equiparati ai sensi dell'Art. 5 lett. c) delle norme per la disciplina della concessione dell'assegno per il nucleo familiare, ha diritto, dietro presentazione di certificato medico, fino al compimento del terzo anno di età del bambino, ad assentarsi dal lavoro.

Durante i periodi di assenza la retribuzione viene ridotta complessivamente dell'85%.

Tali periodi sono computati a tutti gli effetti dell'anzianità di servizio e dell'eventuale trattamento di quiescenza, previo versamento delle relative trattenute calcolate sull'intera retribuzione precedentemente goduta.

Art. 10

Beneficia delle provvidenze di cui agli Articoli 7, 8 e 9 il padre, nel caso la madre si trovi nella condizione di completa impossibilità fisica di assistenza al bambino, per decesso, separazione o abbandono del tetto coniugale, ricovero ospedaliero ovvero stato invalidante temporaneo o permanente accertati con giudizio insindacabile dal Collegio medico nominato dalla Direzione dei Servizi Sanitari dello Stato della Città del Vaticano in virtù della normativa vigente.

TITOLO III

Agevolazioni in favore di dipendenti con familiari disabili

Art. 11

La dipendente madre nel caso di figli o equiparati ai sensi dell'Art. 5 lett. c) delle norme per la disciplina della concessione dell'assegno per il nucleo familiare, disabili in situazione di gravità, ha diritto, fino al compimento del terzo anno di età del bambino, al collocamento in aspettativa successivamente a periodi di aspettativa fissati da altre norme regolamentari, con retribuzione mensile ridotta complessivamente del 70%.

Tale periodo di aspettativa è computato agli effetti dell'anzianità di servizio e dell'eventuale trattamento di quiescenza, previo versamento delle relative ritenute calcolate sull'intera retribuzione mensile.

Art. 12

Beneficia della provvidenza di cui all'Articolo precedente il padre, nel caso la madre si trovi nella condizione di completa impossibilità fisica di assistere il minore, per decesso, separazione o abbandono del tetto coniugale, ricovero ospedaliero, ovvero stato invalidante temporaneo o permanente accertati, con giudizio insindacabile, dal Collegio medico nominato dalla Direzione dei Servizi Sanitari dello S.C.V, in virtù della normativa vigente.

Art. 13

I soggetti di cui agli Articoli 11 e 12 hanno diritto, in alternativa all'aspettativa, di fruire di due ore di permesso giornaliero retribuito fino al compimento del terzo anno di vita del bambino.

Art. 14

Successivamente al compimento del terzo anno di vita del bambino disabile, in situazione di gravità accertata, i soggetti di cui agli Articoli I l e 12 nonché il dipendente che assiste una persona appartenente al suo nucleo familiare, ai sensi dell'Art. 5 delle norme per la disciplina della concessione dell'assegno per il nucleo familiare, hanno diritto, ogni mese, a tre giorni di permesso retribuito, fruibili anche in modo continuativo, a condizione che la persona disabile in situazione di gravità non sia ricoverata a tempo pieno presso istituti specializzati.

Art. 15

I soggetti di cui all'Art. 14 dovranno essere agevolati, compatibilmente con le esigenze di servizio, nell'orario giornaliero di lavoro.

Art. 16

Agli effetti delle presenti disposizioni:

a) E persona disabile colui che è portatore di una minorazione fisica, psichica o sensoriale stabilizzata o progressiva, che è causa di grave limitazione di funzioni psichiche o fisiche, con difficoltà di apprendimento o di relazione o di integrazione lavorativa nel contesto ambientale e sociale.

b) Quando la minorazione singola o plurima riduce l'autonomia fisica o psichica della persona, correlata all'età, in modo da rendere necessario un intervento assistenziale permanente continuativo e globale nella sfera

individuale o in quella di relazione, la situazione (lo status) viene definito di gravità.

c) L'accertamento clinico della disabilità e della connotazione di gravità è effettuato da un Collegio medico nominato dalla Direzione dei Servizi Sanitari dello S.C.V, e composto da esperti qualificati il cui giudizio è insindacabile.

TITOLO IV

Spese scolastiche

Art. 17

Le provvidenze del presente Titolo sono disposte anche a favore dei titolari delle pensioni dirette o indirette erogate dalle Amministrazioni competenti.

CAPO I

Spese di iscrizione e frequenza di corsi di studio

Art. 18

Sono deducibili dal calcolo del reddito del nucleo familiare, ai fini della determinazione dell'assegno mensile del medesimo, le spese sostenute nell'anno per i componenti del nucleo familiare, a motivo di iscrizione e frequenza di corsi regolari di studio in scuole di istruzione primaria, secondaria, o di qualificazione professionale statali, pareggiate, parificate o legalmente riconosciute o comunque abilitate al rilascio di titoli di studio legali.

CAPO II

Assegni scolastici

Art. 19

All'inizio di ogni anno scolastico, a titolo di contributo per l'acquisto di libri di testo, è concesso ai dipendenti che fruiscono dell'assegno per il nucleo familiare, un assegno scolastico per ciascun componente del nucleo iscritto e frequentante corsi regolari di studio in scuole di istruzione secondaria o di qualificazione professionale statali, pareggiate o legalmente riconosciute o comunque abilitate al rilascio di titoli di studio legali.

Art. 20

Gli assegni scolastici competono nelle seguenti misure annuali, differenziate in relazione allo scaglione di reddito corrispondente all'assegno per il nucleo familiare spettante al dipendente nel mese di agosto di ogni anno in base alla tabella di cui all'Art. 15, § 2 delle relative norme:

a) per i dipendenti con livelli di reddito familiare ricompresi nei primi tre scaglioni di reddito . . . L. 300.000

b) per i dipendenti con livelli di reddito familiare ricompresi nei secondi tre scaglioni di reddito . . . L. 180.000

c) per i dipendenti con livelli di reddito familiare ricompresi nei restanti scaglioni di reddito . . . . L. 90.000

Art. 21

Gli importi degli assegni scolastici sono rivalutati annualmente a decorrere dall'anno 1995 con effetto dal 1 luglio di ogni anno in misura pari alla variazione percentuale da applicarsi agli importi mensili dell'assegno per il nucleo familiare ai sensi dell'Art. 15, § 1 delle relative norme.

Art. 22

Gli assegni scolastici sono corrisposti agli aventi diritto negli importi vigenti nel mese di ottobre di ogni anno con la retribuzione dello stesso mese.

Art. 23

Le Amministrazioni competenti, di concerto tra loro, con propri provvedimenti, approvano il modello uniforme di domanda per la concessione degli assegni scolastici e le certificazioni a corredo della medesima da presentarsi entro il 15 settembre di ogni anno.

TITOLO V

Disposizioni finali

Art. 24

Le provvidenze a tutela della famiglia di cui ai Titoli precedenti non concorrono a formare la base imponibile delle contribuzioni previdenziali ed assistenziali e non si computano nel reddito ai fini della concessione dell'assegno per il nucleo familiare.

In Secret. Status tab., n. 334.865JG.N.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II per Apostolicas sub plumbo Litteras iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit videlicet:

die 29 Aprilis 1993. — Metropolitanae Ecclesiae Naxiensi, cui unitae sunt sedes Andrensis, Tinensis et Myconensis, R. D. Nicolaum Printesis e clero dioecesano.

— Titulari episcopali Ecclesiae Aurusulianae R. D. Kamal Hanna Bathish e clero dioecesano, quem constituit Auxiliarem Patriarcatus Hierosolymitani latinorum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Simininae R. D. Iacintum Boulos Marcuzzo e clero dioecesano, quem pariter constituit Auxiliarem eiusdem Patriarcatus Hierosolymitani.

— Titulari episcopali Ecclesiae Chonochoritanae R. D. Iosephum Khoury e clero eparchiali Tripolitano Maronitarum, quem constituit Visitatorem Apostolicum pro christifidelibus Ecclesiae Antiochenae Maronitarum in Europa septemtrionali et occidentali degentibus.

die 2 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae S. Nicolai Chicagiensi Ucrainorum R. P. Michaelem Wiwchar C.SS.R.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sicilibbensi R. P. Rogerum Franceschini O.F.M. Cap., quem praefecit Vicariatui Apostolico Anatoliensis.

die 25 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Neotoniensi Graecorum Melkitarum Exc.mum P. D. Ioannem Adel Elya B.S., hactenus Auxiliarem eiusdem eparchiae.

ASSENSUS PONTIFICIUS

Sanctissimus Dominus noster Ioannes Paulus Pp. II assensum ad normam cann. 182 § 3-4 et 185 CCEO sequentibus provisionibus episcopalibus a Synodis Ecclesiarum canonice peractis dedit:

In Synodo Episcoporum Ecclesiae Antiochenae Maronitarum

die 29 Aprilis 1993. — Metropolitanae Ecclesiae Tripolitanae Maronitarum R. D. Gabrielem Toubia e clero eiusdem eparchiae.

In Synodo Episcoporum Ecclesiae Ucrainae

die 20 Aprilis 1993. — Cathedrali Ecclesiae nuper erectae Kolomyiensi-Chernivcensi Exc.mum P. D. Paulum Vasylyk, hactenus Auxiliarem eparchiae Stanislaupolitanae.

— Cathedrali Ecclesiae nuper erectae Ternopolitanae, R. P. Michaelem Sabryha C.SS.R.

— Cathedrali Ecclesiae nuper erectae Zborovensi, R. P. Michaelem Koltun C.SS.R.

NOMINATIO

Lato decreto a Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus, Sanctissimus Dominus noster Ioannes Paulus Pp. II renuntiavit:

die 2 Iulii 1993. — Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » eparchiae S. Georgii Martyris Romenorum in Canton R. D. Ioannem Michaelem Botean e clero eparchiali.

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

LAUDEN.

DECRETUM

Beatificationis Serri Dei Caesaris Mariae Barzaghi, Sacerdotis Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli (Barnabitarum) (1863-1941).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Sunt presbyteri in Ecclesia et pro Ecclesia velut repraesentatio sacramentalis Christi Capitis et Pastoris: cuius verba cum auctoritate proclamant, cuius misericordis indulgentiae gestum salutem offerentem imitantur, idque in Baptismate praesertim, in Paenitentia, in Eucharistia; eiusdem item exercent dilectionem et sollicitudines, usque ad totale sui donum pro grege, quem in unitatem congregant et ad Patrem perducunt per Christum in Spiritu. Uno verbo, exsistunt et operantur pro Evangelio mundo nuntiando, et nomine et persona Christi Capitis et Pastoris, ad Ecclesiam ipsius aedificandam » (IOANNES PAULUS II, Adh. Apost. Postsynodalis *Pastores dabo vobis: AAS* LXXXIV [1992], 680).

Christi Capitis et Pastoris splendida imago sacerdos fuit Caesar Maria Barzaghi, qui vitae exemplo atque apostolatus operibus Evangelii lumen diffudit efficaciterque regni Dei interfuit incremento.

Comi is natus est die 28 mensis Martii anno 1863 a legitimis coniugibus Iosepho Antonio Barzaghi et Margarita Trombetta; postero die Baptismatis sacramentum accepit et anno 1871 Confirmationis. Ad humanam christianamque eius formationem utiliter pii parentes contulerunt, Clerici Regulares a Somascha Comensis ephebei Gallio ac Patres Barnabitae Instituti a Patre Aloisio Maria Villoresi Modiciae conditi et recti. Ad sacerdotium vocatione animadversa, obtinuit a patre ut ingredi posset anno 1878 Congregationem Clericorum Regularium Sancti Pauli (Barnabitarum), in qua

propter suas optimas humanas facultates, in vita spiritali diligentiam atque disciplinae observantiam inde ab initio eminuit. Anno 1879 vota simplicia nuncupavit et anno 1883 sollemnia. Studia theologica Romae exercuit, ubi est presbyter ordinatus die 19 mensis Iunii anno 1886. Eodem anno Superiores eum ad Laúdense ephebeum destinaverunt inque urbe illa multum atque multiplicem explicavit apostolatum, ob quem vocatus est « Laudis apostolus ». In sua religiosa Communitate non paucis est functus muneribus, in quibus hospitum et infirmorum praefecti, alumnorum magistri, discreti, vicarii, confessarii et praedicatoris atque aliquamdiu Longobardiae visitatoris generalis. Sed diutius munus explevit praeceptoris religionis in scholis publicis et praesertim litterarum (in quibus doctor est renuntiatus apud Studiorum Universitatem Taurinensem) in gymnasio et lyceo memorati ephebei. Moderatione atque amabilitate formationem moralem, religiosam et mentium discipulorum curavit, a quibus est magni habitus. Alumnis Barnabitis oboedientiam promptam et alacrem inculcabat, spiritum sacrificii et animi intentionis, Regulae amorem iisque hanc vitae proponebat rationem: « Solum Dei honorem, purum proximi amorem, plenam sui contemptionem ».

Pastorali caritate impulsus indefatigabilis fuit in Evangelii luce diffundenda in aetatis suae societate inque redemptionis bonis populo largiendis. Peculiari modo sedulus fuit in praedicando Dei verbo diversis in locis, multos adipiscens spiritales fructus; ministerio audiendarum peccatorum confessionum cum prudentia se dedidit; de pauperibus, aegrotis, senibus, in carceribus inclusis et peccatoribus constanter sollicitus fuit. Pro iuventutis christiana formatione, circulos instituit (verbi gratia, Circulum « Carolus Pallavicino ») et consociationes; sodalicia ad corporis exercitationem pertinentia, montanos et marinos secessus constituit. Quilibet ordo socialis, artes profitentes, operarii, agricolae eius sacerdotalis cordis bonitatem experti sunt, et ubicumque poterat proximo utilis esse, ibi adfuit, prompte et humiliter exsequens misericordiae spiritalis et corporalis opera.

Etsi continuo occupatus erat in animarum servitio nec fatigationem ostendebat, nec quemquam reiciebat; immo, sui ipsius oblitus, omnibus omnia fiebat, laetus regni Dei auctui cooperari. Fundamentum eius apostolicae navitatis erant solidissima fides et ardens caritas, quas alebat cotidie pia divinorum mysteriorum celebratione, deprecatio, meditatio et insignis erga Eucharistiam atque Virginem Mariam pietas. Ipsa didactica et pastoralia negotia illi multo auxilio fuerunt ad progressus faciendos in Christi imitatione, supremi animarum Pastoris, et ad testificandas mundo Evangelii pulchritudinem atque divitias. Constanter cupivit in via christianae perfectionis proficere; quam ob rem omni tempore Dei voluntatem faciebat,

ut aliis utilis esset talenta multiplicabat caelitus accepta, quodlibet fugiebat peccati genus, Ecclesiam atque Romanum Pontificem magno prosequebatur amore, cum diligentia Regulam observabat et vota religiosa quae susceperat. Totus esse voluit Dei et animarum idque est egregie assecutus, adeo ut fratres sodales, auctoritates ac populus eum carissimum haberent et verum ducerent sanctum.

Post eius mortem, quam pie obiit die 3 mensis Maii anno 1941, sanctitatis fama crescere perrexit et confirmari; quapropter Episcopus Laudensis Causae canonizationis initium fecit per celebratum anno 1949 processum ordinarium informativum. Decreto super Causae introductione promulgato (die 14 mensis Martii anno 1966), apud eandem Curiam Laudensem est processus apostolicus instructus annis 1968-1969, cuius auctoritas et vis probata est die 9 mensis Iulii anno 1971. Apparata Positione super virtutibus, eventu cum prospero Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus die 9 mensis Martii anno 1993. Patres Cardinales deinde et Episcopi in Sessione Ordinaria die 15 sequentis mensis Iunii habita, Causae Ponente Exc.mo Domino Paulino Limongi, Archiepiscopo titulari Nicaeensi in Haemimonto, professi sunt Servum Dei Caesarem Mariam Barzaghi heroum in modum explicavisse virtutes théologales, cardinales et iis adnexas.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Caesaris Mariae Barzaghi, Sacerdotis Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli (Barnabitarum), in casu et ad effectum de quo agitur.*..................

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 8 S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

II

KANDIEN. seu GOANA

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servi Dei Iosephi Yaz, sacerdotis Instituti Oratorii Sancti Philippi Nerii (1651-1711).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Servus Dei Iosephus Vaz, sacerdos Oratorii Sancti Philippi Nerii, natus est die 21 mensis Aprilis anno 1651 Benaulimi, in Indiae dioecesi Goana. Presbyter ordinatus anno 1676 pluribus in locis ministerium exercuit, peculiarem curam ostendens de iuventute educanda atque impensam erga Virginem Mariam pietatem. Animarum salutis studio impulsus *Sri Lanka* petivit, ubi in periculis et incommodis immensam ac fructuosam explicavit industriam missionalem. Laboribus confectus Kandii obiit die 16 mensis Ianuarii anno 1711, ampla clarus sanctitatis fama.

Paucis post annis est canonizationis inita Causa et, mensis Maii die 13 anno 1989, Summus Pontifex Ioannes Paulus II edixit sacerdotem Iosephum Vaz heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse.

Cum leges, quae nunc vigent, praescribant ut ad beatificationem obtinendam Servorum Dei necessario miraculum approbetur eorum intercessioni tributum, Causae Postulatio Congregationis de Causis Sanctorum iudicio miram permisit coniectam sanationem in India patratam et precibus ascriptam memorati Venerabilis Servi Dei. Sanatio attinet ad dominam Quiteriam Carmelam da Pietade Noronha, domino Damiano da Costa nuptam, quae mense Aprili anno 1938 gravidata, post quattuor menses coepit haemorrhagiis laborare, quam ob rem abortum facere periclitabatur. In Bangalorense valetudinarium a Sancta Martha denominatum deducta est ibique duabus mansit hebdomadis eiusque condiciones sunt stabiles factae. Attamen uno duobusve post mensibus haemorrhagiae rursus exortae sunt et aegrotae condiciones difficillimas reddiderunt. Postquam est in Goanum nosocomium deducta *Escobar* appellatum, diagnosis facta est de placenta praevia, et clinicorum praepositus gravem esse casum significavit. Die 26 mensis Novembris, haemorrhagia ingravescente, cogitatum est de partu Caesareo experiendo, quae sectio id temporis peculiariter periculosa

habebatur. Priusquam haec fieret, aegrotae familiares atque amici divinum auxilium cum fiducia invocaverunt per intercessionem Servi Dei Iosephi Vaz, salutem postulantes matris et nascituri. Insequenti mane, die 27 mensis Novembris, repentino et inexplicabiliter haemorrhagiae terminatae sunt sine ulla chirurgica sectione et eiusdem diei vesperi naturaliter, per partum podalicum, infans ortus est praematurus, vivus atque vitalis, qui est Cosmas vocatus quique est hodie sacerdos.

De hac sanatione anno 1991 apud Curiam Goanam inquisitio canonica est instructa, cuius auctoritas et vis est per decretum probata die 18 mensis Octobris eodem anno promulgatum. Anno 1992, mensis Octobris die 28, acta est sessio Consilii Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, cuius sodales hanc de sanationis ratione sententiam dixerunt: « Celeris et perfecta haemorrhagiae cessatio quam effectus partus est secutus in exhibitione podalica. Eventus hic est pro nostra scientia inexplicabilis ». Mensis Februarii die 19 anno 1993 Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est habitus et die 4 mensis Maii eodem anno Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Em.mo Cardinali D. Simone Lourdusamy. Et, in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more' convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Servo Dei Iosepho Vaz, Sacerdote Instituti Oratorii Sancti Philippi Nerii, videlicet de celeri et perfecta sanatione Quiteriae Carmelae da Pietade Noronha Costa ab haemorrhagia in partus laboribus.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

III

MADISONEN.

DECRETUM

Beatificationis Servi Dei Caroli Samuelis Mazzuchelli, O.P., missionarii apostolici et fundatoris Congregationis Sororum Dominicanarum a S. Rosario de Sinsinawa (1806-1864).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Missionarius quis sit, quibusve excellât praerogativis, integre declarat Concilium Vaticanum II huiusmodi definitione et adhortatione: Speciali vocatione signatur, qui congrua naturali indole praeditus, dotibus et ingenio idoneus, paratus est ad opus missionale suscipiendum... At vero vocanti Deo homo respondere debet tali modo ut, carni et sanguini non acquiescens (cf. *Gal* 1, 16), totum sese devinciat operi Evangelii... Paratus esse debet ad vitam stare vocationi suae, renuntiare sibi et omnibus quae hucusque sua habuit... Annuntians Evangelium in gentibus, cum fiducia notum faciat mysterium Christi, pro quo legatione fungitur (cf. *Eph* 6, 9), scandalum crucis non erubescens. Vita revera evangelica, in multa patientia, in longanimitate, in suavitate, in caritate non ficta (cf. *2 Cor* 6, 4), testimonium reddat Domino suo, si necesse est, usque ad sanguinis effusionem (cf. Decretum de activitate missionali Ecclesiae *Ad gentes,* 23-24).

Quam ad normam iugiter vitam dirigere sibi praestituit Carolus Caietanus Samuel, civis Mediolanensis, paenultimus e sexdecim liberis Aloysii Mazzuchelli et Racheiis Merlini: qui die 4 mensis Novembris, anno 1806, natus est et baptizatus. In paterna domo, religione et censu commendabili, crevit puerulus: at vix sex annorum, matre demortua, Lugani alumnus factus est in collegio, quod Clerici Regulares a Somascha moderabantur. Septimum supra decimum annum aetatis cum attigisset, in Ordinem Fratrum Praedicatorum ut assisceretur postulavit; et in conventu Faventino, tempore probationis acto, die 6 mensis Decembris, anno 1824, solemnia vota nuncupavit. Subinde Romae ad S. Sabinam, pervetustum et vene-

randum sui Ordinis locum, quattuor annos philosophiam ac theologiam didicit.

Nondum diaconus erat cum, appellante D. Eduardo Fenwick, O.P., episcopo Cincinnatensi, a vicario generali Fratrum Praedicatorum institutus est « missionarius Americae Septentrionalis », quo advenit vergente anno 1828. In conventu de *Somerset (Ohio)* studiorum curriculum perfecit et die 5 mensis Septembris, anno 1830, ab eodem episcopo ad presbyteratus gradum sublevatus est. Cuius etiam mandatu, audax incepit missionale munus in latissima superiori regione, Canadiae fines attingente. Tribus tunc eam incolebant Indorum aborigenum *Menominee* et *Winnebago* dictorum, pro quibus, alacri voluntate nullisque attritus aerumnis, « omnibus omnia sese fecit » *(1 Cor* 9, 22): ut catechesim traderet, sacramenta administraret, mores renovaret. Difficile ideo dictu quot quantaque pertulerit dum, per prata, lacus et flumina, longissima et ipse solus confidebat itinera, loca adibat impervia, caeli asperitatem, cibi ac somni penuriam perpetiebatur. Quas molestias nec recusabat cum, peccata sua confitendi causa, longius ei opus erat ire.

« Virtutem ergo et fortitudinem a Deo impetravit, ut cognosceret in multo experimento tribulationis et altissimae paupertatis abundantiam esse gaudii » *(Ad gentes,* n. 24). Nec illis in partibus tantum, sed pariter cum ad meridianam perrexit vallem, fluminis Mississippi copiosis feracem aquis, inter hodiernos Status Foederatos, *Wisconsin, Illinois* et *Iowa.* Praeter enim nativos accolas, multi inerant undique demigrantes qui, ob effossum plumbi metallum, ditiori fruebantur victu, egentes tamen religionis auxiliis. Quos igitur erudi vit in fide, verbo et scripto assidue: catholicam insuper doctrinam recto et prudenti cum iudicio explanando, cum ad alius christianae confessionis praecepta animadvertendum erat. Nec minus architectonicae artis peritus, viginti aedificavit sacra templa: quorum Dubuquense cathedrale affabrius factum hodieque admiramur.

Apostolica sua tam laudabili navitate, pro vide cum aliis interfuit ut in Cincinnatensi latissima dioecesi novae inscriberentur Ecclesiarum diciones quarum prima, scilicet Detroitensis, anno 1833 statuta est; alia Dubuquensis, anno 1837, cuius factus est vicarius generalis; tertia demum Milvaukiensis, anno 1843. Harum primi antistites, alii ex alia natione oriundi, italicum missionarium magni habuerunt. Ceterum, quinam fuerint eius apostolici actus, bene compertum et nos habemus ex ipsius libro, cui titulus «Memorie istoriche ed edificanti di un missionario apostolico dell'Ordine dei Predicatori, fra varie tribù di selvaggi e fra i cattolici e i protestanti negli Stati Uniti d'America » (Milano, 1844). Qui fuerunt actus intrepidi

praeconis, ex fide et oboedientia missi, quandoque vero ex animi cruciatu operantis, cum unius alteriusve superioris de illo discreparet iudicium et iussum.

Anno 1844 Romam re versus, a Gregorio Pp. XVI, qui eum titulo et onere « missionarii apostolici » insignivit, facultates petiit alteram instituendi Ordinis Praedicatorum Provinciam, intra limites dioecesium quas supra diximus. Cum hoc beneplacito de more copulata est licentia data ab Ordinis magistro Angelo Ancarani, qui fratrem Carolum Samuelem commissarium generalem elegit. Propositum enim sibi esse fatebatur missionarius, formandi futuros Dei verbi ministros, iuventam catholica religione erudiendi, et sacerdotes adiuvandi pro dioecesibus nuper constitutis.

Non unum cordis angorem, nec unum mentis dubium, ad officium commissarii obeundum passus est: sive propter quosdam infensos sodales, sive propter demissam suipsius in arte gubernandi aestimationem. Huic officio ergo post quinque annos ultro abdicavit, quater postquam rogasset supremum Ordinis moderatorem: una missionarii vice denuo functurus. Quam sibi solam putavit rationem proficue agendi quocumque ex oboedientia mitteretur.

Ut ergo in pristinum munus semet impenderet, assentiente priore provinciali Sadoc Alemany, anno 1850 pagum *Benton* vulgo dictum adivit, prope Sinsinawa Montem *(Wisconsin)* ubi conventum cum quadam scientiarum academia construxerat et sororum congregationem a S. Rosario appellatam annis 1847-1849 fundaverat. Quam, praeter antiquam Tertii Ordinis Praedicatorum regulam, anno 1860 legibus ditavit locis et temporibus accommodatis. Sororum etenim sociata opera voluit adolescentium feminarum religiosae curae prospicere. Ipsemet amussim pastorali officio continuo fungebatur usque ad mortem, cui placide et sancte obviam factus est in loco *Benton,* die 23 Februarii, anno 1864.

Huius strenui « Evangelii praeconis », ita a Ioanne Pp. XXIII laudati, gesta et fama cum essent rite cognita per Commissionem historicam ad normam iuris institutam, Madisonensis episcopus anno 1966 mandavit ut processus informativus construeretur, adiectis rogatorialibus Dubuquensi, Milvaukiensi et Mediolanensi. De scriptis revisis decreto anno 1976 lato, in Congregatione de Causis Sanctorum apparata est Positio super vita, virtutibus et fama sanctitatis: de cuius valore Consultores Historici anno 1990 uno ore favorabili senserunt. Postea anno 1993, die 26 mensis Ianuarii, adunatus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Quorum cum fuisset pariter favens iudicium, deventum est, die 20 mensis Aprilis, ad Sessionem Ordinariam Patrum Cardinalium et Episcoporum, in qua

E.mus D.nus Edmundus Szoka, Causae Ponens, diligenter retulit. Fausto sane exitu, iudicium prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis virtutibus Servi Dei decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Carolis Samuelis Mazzuchelli, sacerdotis professi ex Ordine Praedicatorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

PARISIEN, seu MASSILIEN.

DECRETUM

Beatificationis Servi Dei Friderici Ozanam viri laici (1813-1853).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Vocatio christifidelium laicorum ad sanctitatem secum fert ut vita secundum Spiritum exprimatur speciatim se inserendo in rebus temporalibus et participando in navitatibus terrenis. Iterum Apostolus admonet: "Et omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu gratias agentes Deo Patri per ipsum" *(Col* 3, 17). Et Concilium, dum verba apostoli ad christifideles laicos accommodât, graviter asseverat: « Neque curae familiares neque alia negotia saecularia extranea debent esse a spirituali vitae ratione » (IOANNES PAULUS II, Adhort. Apost, post-synodalis *Christifideles laici,* 17: *AAS* LXXXI [1989], 418-419).

Erga officia baptismalia fidelis, Servus Dei Fridericus Ozanam cum ardore et perseverantia Christi exempla et praecepta secutus, Evangelii lumen diffudit in communione cum Ecclesia, fervidam navavit operam regno Dei in societate aetatis suae aedificando, perfecte coniugis ac patris munere functus, culturae christianae apostoli, caritatis in pauperes et in aegrotos testis. Ita, in mundo vivens, cum tamen mundi non esset, ac terrenas navitates participans, secundum Dei voluntatem, verus fuit fidei missionarius et libero cum corde celerique gradu iter fecit in sanctitatis via atque, summa cum magnanimitate, praeceptum Domini servavit: « Estote ergo vos perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est » *(Mt* 5, 48).

Mediolani is est natus die 23 mensis Aprilis anno 1813 a legitimis Gallicis coniugibus Ioanne Antonio Ozanam, medico, et Maria Nantas, qui eum solida imbuerunt humana christianaque educatione atque ad Dei pauperumque amorem direxerunt. Gratia in baptismo accepta ac diligenter a bonis parentibus exculta fertile invenit in puero solum et mox copiosos edere coepit fructus.

Lugduni, quo familia migraverat, discipulus fuit Ephebei Regii. Excellentibus eminuit intellectus facultatibus et singulari officii sensu exitusque est splendidos adeptus ac, demum, baccalaurei diploma. Eodem tempore sedulo suam curavit moralem religiosamque formationem et pietatem atque molestas, etsi non voluntarias, vicit temptationes contra fidem. Dum Lutetiae Parisiorum in iuris studium incumbebat, perdidicit solidavit que — per assiduam sacramentorum frequentiam, deprecationem, veritatis cultum, boni amorem et propinquitatem mundi catholici primorum — suam cum Deo coniunctionem et fecundam iniit apostolicam industriam, totam ad Dei gloriam et animarum salutem intentam. Inter amicos et alumnos beneficam exercuit efficacitatem et signum factus est eis. Animose ac probe fidem testificatus est suam in Studiorum Universitatis ambitu inque societate, saepe Ecclesiae adversis. Persuasum habens renovationi religiosae Galliae necesse esse fidei testimonium compleri testimonio caritatis pro

ordinibus egentioribus, institutioni interfuit clarae ac bene meritae Societatis Sancti Vincentii de Paul (die 23 mensis Aprilis anno 1833), cuius alacer fuit praesidis vicarius. Iis annis patrocinatus est etiam Conferentiarum constitutioni, quae in Parisiensi ecclesia Dominae Nostrae agebantur et initio ab insigni oratore Patre Henrico Dominico Lacordaire habitae sunt.

Doctoris gradum in iurisprudentia consecutus, Lugdunum rediit. Causas actitavit et iuris mercatorii fuit praeceptor, deinde, suas sequens naturales curas, ad doctoris in litteris dignitatem pervenit et litterarum externarum factus est professor Lutetiae Parisiorum apud Studiorum Universitatem Sorbonensem necnon rhetoricae apud Ephebeum Stanislas. Institutionem viam habuit ad Christianismum defendendum et veritatem fidemque catholicam disseminandam, praesertim inter iuvenes. Diligenter scholas praeparabat exponebatque cum fervore; suas disciplinarum notiones continenter augebat etiam frequentibus ad diversas Europaeas nationes itineribus; non paucas edidit lucubrationes, semper spiritu refertas apologetico et apostolico. Cum eminentibus culturae et Ecclesiae viris amicitiam fecit, a quibus magni est aestimatus.

Aliquamdiu vitam consecratam sibi finxit, sed postea intellexit se vocari ad Deo Ecclesiaeque serviendum in matrimonio et, mensis Iunii die 23, anno 1841, uxorem duxit Mariam Iosepham Ameliam Soulacroix, quacum intima cum amoris ac propositorum communione vixit. Simul familiam suam fecerunt parvam domesticam ecclesiam et personalis sanctificationis scholam. Ex coniugio filia orta est, Maria appellata, quae Dei Servum habuit patrem pro exemplo accipiendum.

Bene officia familiaria temperavit cum professoriis et ecclesialibus, quae maxima cum assiduitate, aequabilitate altoque christiano spiritu est executus. Fidem habuit vitae suae lumen, animae respirationem, actuum ducem. Firmiter credidit in divinam revelationem et in Ecclesiae magisterium, ac indefatigabilis fuit in verbi Dei christianarumque veritatum fermento in mundum ferendo. Egregie verba, quibus Dominus suos est allocutus discipulos, explicavit: «Vos estis sal terrae... Vos estis lux mundi» (*Mt* 5, 13-14) et humiliter ac naviter Ecclesiae munus participavit, id ad effectum deducens, quod Concilium Vaticanum II postmodo de laicis scripsit: « Apostolatum reapse exercent sua operositate ad evangelizationem ac sanctificationem hominum et ad rerum temporalium ordinem spiritu evangelico perfundendum ac perficiendum, ita ut eorum operositas in hoc ordine testimonium Christi manifeste perhibeat et ad salutem hominum inserviat » (CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de Apostolatu Laicorum *Apostolicam actuositatem,* 2).

A iuventute cum Deo ambulavit, quem toto corde dilexit, tota anima, totis viribus (cf. *Lc* 10, 27). Caritate impulsus coniunctionem coluit cum Domino per deprecationem, fervidam in Eucharistiam inque Virginem Mariam religionem, veritatum aeternarum meditationem, accuratam munium cotidianorum exsecutionem, amorem erga Ecclesiam, Romanum Pontificem, Episcopos et opera apostolica. Ut Deo placeret continuos progressus fecit in Christi imitatione et in oboedientia eius voluntati; quodlibet peccati genus vitavit et vitii; suae indoli est moderatus, liberum servavit cor ab inanibus mundi et fluxis terrae bonis; sapienter talenta multiplicavit caelitus accepta (cf. *Mt* 25, 15 ss.), quae omnia in Christi regnum impendit et in proximi utilitatem, in quo Domini imaginem videbat. Similiter ac Pater caelestis, « qui solem oriri facit super malos et bonos et pluit super iustos et iniustos » *(Mt* 5, 45), Servus Dei caritatem suam non circumscripsit, et studiosissimus fuit atque observantissimus familiarium, amicorum, discipulorum, indigentium, peccatorum, inimicorum. Spiritus eius, actioni Spiritus Sancti semper obsequens, Dei paternitatem et Ecclesiae maternum nomen referebat quodammodo, quae « omnes infirmitate humana afflictos amore circumdat, imo in pauperibus et patientibus imaginem Fundatoris sui pauperis et patientis agnoscit, eorum inopiam sublevare satagit et Christo in eis inservire intendit » (CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 8). Non aliter Servus Dei fecit, qui plene et ardenter Societatis Sancti Vincentii de Paul proposita coluit et operibus, verbo atque scriptis pauperes adiuvit et christianorum fovit curam de membris Domini patientibus.

Hominum ac societatis temporis sui necessitatibus occurrit in animo gerens spei in Deo lumen et divinae Providentiae fiduciae. Magnitudo et gravitas maiorum spiritalium ac socialium, quae ante se habebat, eius serviendi voluntatem non debilitaverunt nec effecerunt ut dubitaret de Christo potestatem tenebrarum victuro. Idcirco, humiliter et generose semen se vit ubique veritatis, bonitatis, fidei et caritatis, certus gratiam esse illud prodi turam et maturaturam. His persuasionibus nisus, constans in labore apostolico fuit, fortis et patiens in difficultatibus, laetus in incommodis, serenus in acerbitatibus et etiam in morbo, qui eum amovit a praeceptione et ad mortem praeparavit, magnam servavit interiorem tranquillitatem. Sciens veram patriam in caelis esse (cf. *Phil* 3, 20), vitam exoptavit aeternam nec quidquam necessarii praetermisit et utile ut eam consequeretur. Vir iustus et prudens, Deo dedit, quod Dei est et homini quod hominis (cf. *Me* 12, 17), omnique in casu bonum elegit et malum fugit, et suis viribus non fisus, non erubescens se aluit in eo, quod egreditur de ore Domini

(cf. *Dt* 8, 3) et de fontibus gratiae sitim explevit. Ita magnas sibi peperit interiores divitias et thesaurum cumulavit in caelo, quo longum post morbum ivit gavisum, die 8 mensis Septembris anno 1853, dum Massiliae versabatur.

Sanctitatis fama, quam sibi vivus comparaverat, est post eius mortem confirmata et aucta, praesertim in Societate Sancti Vincentii de Paul. Causa canonizationis inita, processus ordinarius apud Curiam archiepiscopalem Parisiensem est celebratus annis 1925-1928. Anno 1949 decretum promulgatum est super scriptis Servi Dei et anno 1954 decretum super Causae introductione. Deinde, annis 1955-1956 est processus apostolicus instructus. Apparata Positione, sunt secundum normas inspectae virtutes. Die 18 mensis Decembris anno 1992 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum est actus, Fidei Promotore Generali praesidente. Patres Cardinales deinceps et Episcopi in Sessione Ordinaria die 4 mensis Maii habita anno 1993, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Francisco Pironio, Servum Dei Fridericum Ozanam heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Friderici Ozanam, vin laici, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

© Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

V

PONTISCURVI seu SORANA

DECRETUM

Beatificationis Servi Dei Iosephi a Iesu et Maria (in saec.: Vincentii Pesci), Sacerdotis professi Congregationis Passionis Iesu Christi (1853-1929).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Superiores, rationem pro animabus sibi commissis reddituri (cf. *Heb* 13, 17), voluntati Dei in munere explendo dociles, in spiritu servitii pro fratribus auctoritatem exerceant, ita ut caritatem qua Deus illos diligit exprimant. Subditos regant qua filios Dei et cum respectu personae humanae, illorum voluntariam subiectionem promoventes » (CONC. OECUM. VAT. II, Decretum de accommodata renovatione vitae religiosae *Perfectae caritatis,* 14). Hanc perfectam superioris imaginem expressit Servus Dei Iosephus a Iesu et Maria, qui multos per annos muneribus est functus magni momenti in sua religiosa familia, omnium vere se habens servum (cf. *Mt* 20, 27).

Ortus est Servus Dei in oppido patrio sermone *Filettino* appellato, intra dioecesis Anagninae fines, Idibus Septembribus anno 1853, a nobilibus Francisco Pesci et Iosepha Petruzzi, et eiusdem mensis die 15 baptizatus est, Vincentius Franciscus Ernestus Bernardinus vocatus. Post initialem in familia educationem ludumque elementarium missus est ad clarum Patrum Scholarum Piarum ephebeum Anagninum, ut studia continuaret, ibique mansit annis scholasticis 1864-1868.

Ad familiam reversus semper fratribus atque oppidi iuventuti aedificationi fuit et exemplo, praesertim sua pietatis vita, peculiari insigni religione erga Eucharistiam, Sacrum Cor Iesu et Immaculatam Virginem. Interea philosophiae studium iniit, illius loci sacerdote moderante simulque avunculus Aloisius Petruzzi, oppidi *Filettino* pharmacopola voluit illum ad suam instituere professionem, eo consilio, ut illum in ea heredem relinque-

ret, exercitationis quoque ei tempore parato in insigni Romano pharmacopolio. Anno 1873 ad militiam evocatus, brevi post tempore aegrotationis in militari Romano valetudinario, per trium mensium spatium est castrorum stativorum vitam expertus anno 1875; deinde domum rediit in suis altis religiosis persuasionibus confirmatus. Avunculi pharmacopolae amplae hereditatis oblatione recusata, si vitam matrimonialem instituisset, iuvenis Vincentius, id temporis viginti quattuor annos natus, explicite voluntatem significavit se totum Deo consecrandi in vita religiosa, ut deinde sacerdotium adiret, tam multarum animarum salutem respiciens.

Ut suam vocationem ad effectum adduceret generosus iuvenis austeram elegit Regulam Sancti Pauli a Cruce, Congregationem Passionis Iesu Christi ingressus. Pridie Idus Novembres anno 1877 dilectam reliquit familiam et locum in quo natus erat ac recessum novitiatus adiit Sanctae Mariae de *Pugliano* apud Palianum in dioecesi Praenestina situm. Die 30 mensis Novembris insequenti vestem religiosam induit novumque cepit nomen Iosephum a Iesu et Maria, canonicum inchoans novitiatum. Etsi maior esset aetate ceteris sodalibus fratribus novitiis, optime tamen ad scrupulosam et assiduam disciplinam anni probationis se accommoda vit, et brevi novitius factus est exercitatus atque pro exemplo accipiendus. Ob id ipsum frater Iosephus Romam missus est ad novitiatum generalicium, quandoquidem in recessu Sanctorum Ioannis et Pauli ad Caelium montem illum voluit Beatus Bernardus M. Silvestrelli, Congregationis Praepositus Generalis. Ita Dei Servus Calendis Decembribus anno 1878, apud Sancti Conditoris sepulcrum professionem perpetuam fecit, secundum illius temporis ius, tribus consuetis votis religiosis voto addito Congregationis proprio, videlicet « in cordibus fidelium gratam propagandi Passionis Domini memoriam ».

Subsequentibus annis Servus Dei ad diversos recessus est missus suae religiosae Provinciae, a Virgine Perdolente denominatae, quae conventus comprehendebat Latii meridiani et Campaniae, ut ibi philosophiae disciplinam atque theologiae percoleret, respectu sacerdotii. Intimo cum spiritus gaudio vehementique cum fervore die 23 mensis Decembris anno 1882 Servus Dei in sacello Verulani episcopii presbyteratum accepit. Primam celebravit Missam insequenti die Domini natali in ecclesia recessus Sancti Sosii martyris, apud Fabrateriam (in Frusinati provincia positam). Pater Iosephus mox iussus est moderari et docere philosophiam ac theologiam clericos alumnos illius Provinciae (annis 1886-1895), eodem autem tempore in ministerium praedicationis incumbebat, praesertim, spiritualium exercitationum apud communitates religiosas. Alia deinde officia Servo Dei concredita sunt per diversa Capitula provincialia, atque adeo bis Praepositus

Provincialis electus est (in annos 1908-1911; 1914-1919). In ipso antistitis munere exercendo Servus Dei, vero cum spiritu servitii pro sodalibus fratribus et animis, opportunitatem habuit adipiscendi christianarum ac religiosarum virtutum heroicam vim, iis praecipue exemplar factus, qui officiis funguntur, quorum est ratio reddenda.

Illa christianae sanctitatis cura, quam Servus Dei in familia inceperat quamque clare ostenderat ab ineunte aetate, verum facta est perfectionis iter cum, viginti quattuor annos natus, omnia relinquere statuit ut se totum Deo dederet in Passionistarum vita. Heroicae virtutis condicio in ipsa insita erat spirituali hereditate Sancti Pauli a Cruce, in eius austera regula expressa, ex qua, Servus Dei sincera cum impulsione vixit crescenteque fervore. .Rhythmus vitae communis nocte inibat intempesta cantu Matutini et Laudum, primo diluculo progressurus Eucharistiae participatione ac meditatione, dies vero aliarum canonicarum Horarum et actuum communium rhythmo di videbatur. Maiorem per anni partem ieiunium et abstinentia vigebant; religiosi Passionistae solum soccati incedebant etiam hieme summa; saepe flagellis se caedebant paenitentialibus, silentium solummodo interrumpebatur in brevibus relaxationibus post cenam et prandium vel in periodicis deambulationibus. Servus Dei laetanter et ardenter regulae praescriptiones observavit, et qua antistes, est prorsus nisus vivum tueri spiritum sancti Institutoris exemplo, scriptis ac paternis adhortationibus et reprehensionibus, potissimum tamquam Praepositus Provincialis in visitationibus canonicis.

Dei Servi fides heroica fuit in vivendo constanter coram Deo et in agendo semper vero cum supernaturali spiritu. Religiosus fuit singulari deprecationis praeditus dono, Eucharistiae captus amore in piissima Missae celebratione inque productis adorationibus, etiam nocturnis. Inde ab ingressu in Congregationem mundum aversatus omnino, sola spiritualia et aeterna bona exoptavit, omne bonum vel terrenum appetitum nihili faciens. A testibus habitus a « deprecatio humana specie induta », amoris in Deum quasi ardens lucerna fuit, Deum, unicum eius bonum, et vel minimas culpas defugit seque frequenter reconciliationis sacramento purificabat. Germanus Passionista Divini Crucifixi perstudiosus fuit, cuius assidue inenarrabiles meditabatur dolores, uti filius Virginis Perdolentis miserationi coniunctus, quam tamquam teneram matrem venerabatur.

Heroica caritatis virtus erga proximum in Dei Servo praesertim refulsit in eius antistitis muneris servitio temporibus etiam difficillimis, tum praecipue, cum Provincialis fuit. Inter eius mandatum Provincia calamitoso Marsicae regionis terrae motu vexata est, propter quem multae vitae hu-

manae perierunt et conventus sunt destructi. Priore bello totius orbis terrarum (annis 1915-1918 bellato) plus sexaginta religiosi (sacerdotes, clerici et coadiutores) ad Provinciam Virginis Perdolentis pertinentes, induere compulsi sunt vestimentum militare et etiam primas acies attingere. Servus Dei paterni cordis angore affectus est et omnia molitus ut absentibus religiosis suis, epistularum commercio et certis auxiliis adesset. Sollicitus insuper semper fuit de animarum salute, ad quas per deprecationem et sacerdotale ministerium se conferebat.

Effulsit etiam heroicis virtutibus cardinalibus atque votorum religiosorum exsecutione, illa ratione et constantia cultos, quam testes omnes agnoverunt. Extremos vitae annos egit in recessu Passionista Pontiscurvi, confessionum peccatorum audiendarum potissimum ministerium exercens et vicarii rectoris munere fungens. Quinquagesimo die natali professionis religiosae celebrato, ineunte anno 1929, Servus Dei est peripneumonia correptus, qua est ad vitae finem adductus. Omnibus acceptis sacramentis, plene suae mentis compos, sancte animam exspiravit sabbato, pridie Idus Ianuarias, anno 1929, septuaginta sex annorum. Primo in coemeterio oppidano sepultus est, sed anno 1959 eius corpus translatum est in ecclesiam Dominae Nostrae a Gratiis, recessui Passionistarum Pontiscurvi coniunctam, magno cum cleri populique concursu.

Servi Dei sanctitatis fama crescente, annis 1950-1955 processus ordinarius Pontiscurvi pluresque Rogatoriales celebrati sunt multis interrogatis testibus et instrumentis collectis. Die 29 mensis Maii anno 1958 decretum promulgatum est super scriptis Servo Dei tributis et die 11 mensis Septembris anno 1980 decretum de Causae introductione. Secutus est processus apostolicus annis 1982-1985 apud curiam Soranam novis acquisitis testimoniis ore factis et scriptis. Praecepta Positione super virtutibus apparata, pridie Idus Ianuarias anno 1993 Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus. Die 20 mensis subsequentis Aprilis convenit Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Gagnon. Ambae disceptationes virtutum theologalium, cardinalium iisque adnexarum Servi Dei Iosephi a Iesu et Maria heroicum gradum approbaverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis

Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iosephi a Iesu et Maria (in saeculo: Vincentii Pesci), Sacerdotis professi Congregationis Passionis Iesu Christi, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

68 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

VI
ROMANA

DECRETUM

Beatificationis ven. Servae Dei Elisabethae Canori Mora matris familias e Tertio Ordine Ss.mae Trinitatis (1774-1825).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Elisabetha Canori Romae orta est die 21 mensis Novembris anno 1774, a divitibus et christianis parentibus, qui eam secundum Dei et Ecclesiae legem educaverunt. Advocato Christophoro Mora nupta, quattuor habuit filias, quarum duae, simul atque partae sunt, decesserunt. Eius vita coniugalis continuus fuit cruciatus atque calix aegritudinum dolorumque plenus propter mariti atque quorundam propinquorum agendi rationem. Domus eius est patrimonii discrimine eversa atque fortunarum naufragio, cui succurrit se omnibus rebus privando atque in mise-

riam deducendo. Magna fide fulta forti ac patienti animo suas baiulavit cruces omnesque summa cum caritate tractavit. Peculiari amore et cura erga maritum egit, quem est nisa ad Dei viam revocare. Coniunctionem cum Domino coluit, deprecationem, paenitentiam et omnes christianas virtutes. Singularibus donis spiritalibus est exornata atque contemplatione mystica. Pro peccatoribus et Ecclesiae salute se devovit. Siquidem insigni religione mysterium Sanctissimae Trinitatis venerabatur, Tertium Ordinem Sanctissimae Trinitatis est ingressa, cuius regulam diligenter observavit. Sancte Romae obiit Nonis Februariis anno 1825. Post eius mortem maritus, pro quo tantum deprecata erat et passa, ad bonam frugem se recepit et franciscanus factus est atque sacerdos.

Canonizationis Causa inita et omnibus peractis, quae normae iuridicae eius aetatis statuebant, Summus Pontifex Pius XI, die 26 mensis Februarii anno 1928, Servam Dei Elisabetham Canori Mora virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in modum exercuisse declaravit.

Ad exoptatam beatificationem obtinendam Causae Postulatio Congregationis de Causis Sanctorum iudicio coniectam miram sanationem permisit, intercessioni ascriptam memoratae Servae Dei, mense Iulio anno 1877 patratam in oppido *P etritoli,* ad Firmanam archidioecesim pertinente. Sanatio spectat ad Angelam Cecchini, innuptam, anno 1830 natam, quae anno 1875 fortem lateris sinistri dolorem animadvertere coepit, qui eam ambulare impediebat. Postero anno, perseverante dolore, de re est amitae locuta, quae, eam explorans, in inguine sinistro tumentiam vidit tantam, quantum est malum medicum. In oppidis *P etritoli* et *Marino* atque Romae est a nonnullis medicis visitata qui, etsi necessitatem agnoscerent sectionis chirurgicae ad tumorem recidendum, incerti tamen erant num ea efficax esset et aegrota sectioni supervivere posset. Nulla idcirco est therapia adhibita. Cum Romae moraretur tempore, quo iubilaeus episcopalis celebrabatur Venerabilis Servi Dei Pii IX (anno 1877), summarium legit vitae Venerabilis Servae Dei Elisabethae Canori Mora, eius sepulcrum invisit sibique aquam comparavit quae posita erat ante imaginem Iesu Nazareni, olim a Venerabili Elisabetha possessam. Dicebatur enim haec aqua, ab aegris pota, miracula facere. Interim magnam coeperat in eandem Venerabilem pietatem alere. Ad oppidum *P etritoli* reversa, vesperi quodam domina Cecchini est forti febri correpta et capitis atque dentium acerbis doloribus. Ea de re cum fiducia divinum petivit auxilium, precibus imploratis Elisabethae Canori Mora et parvo aquae poto, quam secum Roma portaverat. Subsequenti mane, cum est experrecta, tumor desierat et aegrota perfecte et semel sanata erat.

Anno 1900 apud id temporis Congregationem Rituum celebratus est processus canonicus, cuius auctoritas probata est decreto die 10 mensis Aprilis anno 1992 promulgato. Nonis Novembribus eodem anno sessio acta est Consilii Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, cuius sodales uno ore dixerunt sanationem illam habendam esse subitaneam, perfectam, mansuram et ex scientia inexplicabilem. Die dein 23 mensis Aprilis anno 1993 Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris habitus est et die 15 mensis Iunii insequentis Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Gagnon. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Elisabetha Canori Mora, matre familias, e Tertio Ordine Ss.mae Trinitatis, videlicet de subitanea, perfecta et mansura sanatione Angelae Cecchini a « voluminosa tumefazione intraddominale localizzata al quadrante inferiore sinistro ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

ffi Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

VII

SALMANTICEN.

DECRETUM

Beatificationis Servae Dei Candidae Mariae a Iesu (in saec.: Ioannae Iosephae Cipitria et Barrióla) fundatricis Congregationis Filiarum a Iesu (1845-1912).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Ego, soli Deo » dixerat Ioanna Iosepha Cipitria et Barrióla initio limpidae suae adulescentiae, quasi miro dono respondens primae suae ad vitam consecratam vocationi.

« Quadraginta anni vitae religiosae, et quadraginta anni toti pro Deo » dicere potuit et se « tranquillissime tranquillam » sentire in aeternitatis limine, cum altera, et ultima, vocatio eam ad supremam et in perpetuum beatam arcessebat coniunctionem cum Deo.

Haec duo dicta totam eius vitam describunt; vitam, quae initium habuit diluculo diei 31 mensis Maii anno 1845 in praedio *Berrospe* in pago Hispanico *Andoain* (ad regionem *Guipúzcoa* pertinente), quaeque finem habuit die 9 mensis Augusti anno 1912 Salmanticae, ubi die 8 mensis Decembris anno 1871 Ioanna Iosepha, facta Mater Candida Maria a Iesu, tamquam Conditrix — moderante Patre Michaele de los Santos San José Herranz, Societatis Iesu sodali, qui illius animae magnitudinem cognovit — institutionem inceperat novae Congregationis necessitatibus temporis aptae, nempe christianae educationi puellarum omnium ordinum, praesertim ubi haec educatio magis necessaria esset, et mulieris progressioni.

Eodem die quo nata est, primogenita Ioannis Michaelis Cipitria et Aramburu, humilis textoris, atque Mariae Iesu Barrióla et Querejeta, septem filiarum parentum, baptismum accepit in ecclesia paroeciali Sancti Martini, in qua etiam Confirmationis sacramentum ei ministratum est Nonis Novembribus anno 1848.

Anno 1852 familia Cipitria ab ***Andoain*** Tolosam migraverat ibique Ioanna Iosepha primum ad Eucharisticam mensam accessit in paroecia Sanctae Mariae. Prima illa communio tale in ea occursus cum Iesu gaudium reliquerat, ut deinceps crebra esset eius communio, donec a suo confessario veniam impetravit Eucharistiam cotidie sumendi, qui id temporis usus non communis erat. Cum eam morientem rogaverunt velletne illum postremum accipere, cum vi, pro sua corporis debilitate, inopinabili, respondit: « Quomodo? si volo? non semel, sed millies, si fieri posset ».

Eius simplex condicio, angusta eius formatio intellectualis, ex adiunctis socialibus eius temporis orta exque familiae condicionibus, opum et bonorum materialium egestas initio Congregationis, in lucem proferunt, sicut et per totam vitam, eius fidentem et perseverantem congruentiam cum Dei vocatione convertisse Ioannam Iosepham Cipitria in instrumentum aptum ad munus, ad quod erat praedestinata.

Revera Mater Candida Maria a Iesu exemplar fidelitatis erga gratiam videtur nobis. Haud dubie eius proprietates non satis sunt ad aperienda nobis nova itinera, quae erat ingressura pro societatis bono et convenienter necessitatibus Ecclesiae aetatis suae; Ecclesiae male affectae, superiore saeculo, propter immoderatum liberalismi progressum in Hispania, sicut ceteroqui in universa Europa eveniebat.

Scholarum aperitione pro pueris et puellis omnium ordinum socialium, tempore quo eiusmodi completionem affectare, commentum videbatur, scholarum dominicarum pro puellis operariis et famulis, Serva Dei Congregationem Filiarum Iesu, quam ipsa condiderat, in pastorale Ecclesias consilium inserit ad adiutricem operam praebendam in educationis christianae provincia.

Eius religio alimentum hauriebat ex Spiritualibus Exercitiis Sancti Ignatii; quapropter impensum personalem amorem Christi coluit, in oboedientia caeca et filiali, ut «Ecclesiam sentiret». Ei quoque, sicut Sanctae Teresiae a Iesu, filiam esse Ecclesiae maxima fuit gloria.

Utili auxilio Patris Herranz Serva Dei Constitutiones conscripsit pro sua religiosa familia, spiritu Ignatiano instructa. Cupiens Opus suum stabilire, Romam petiit ut Constitutionum approbationem pontificiam obtineret; quae quidem est a Papa Leone XIII concessa die 18 mensis Septembris anno 1902.

Tota vita Servae Dei Matris Candidae Mariae a Iesu experientia ac sensu propinquitatis Dei pervasa est, iam prius quam suum Conditricis Congregationis Religiosae inceptum iniret. Cum Burgi et Vallisoleti famulabatur singulares facultates apparuerunt huius iuvenis feminae, plenae fidei et

amoris Dei, quae ad se personas trahebat, inenarrabile quiddam mirantes, quod ex ea manabat.

Ante oculos habemus vitam virtutibus supernaturalibus et donis Spiritus Sancti perfusam, quae in persona operantur illitterata, sed tamen penitus accipiente, vera cum sapientia, inspirationes a Deo venientes. Sine hoc forti supernaturali sensu inexplicabilis est labor quem exanclavit, opera quae est aggressa et dolores quos tulit. Semper fidem suam, spem suam suumque in Deum amorem proclamavit animo eius, qui de praesentibus non queritur deque futuris non excruciatur.

In eius vita supernaturali patet spiritus deprecationis, adeo ut dici possit anima contemplativa, mulier in Deo mersa, quae continuo precatur multumque temporis insumit in laudando, in postulando, in gratiis agendis, in satisfaciendo ante Tabernaculum. Hoc spiritu nisa est filias suas imbuere et in scholis discipulas. Sat nota est eius fides in Mysterium Trinitatis, eius adhaesio ad liturgiam in ratione colendi mysteria Vitae, Mortis et Resurrectionis Domini nostri, notusque ingenuus modus tractandi et audiendi Spiritum Sanctum.

Omnia, in vita, ad Dei gloriam faciebat, sicque scribit: « Omnia vota mea in hoc posita sunt: ut maiori usque Dei gloriae prospiciam per dilectae nostrae Congregationis sanctificationem et amplificationem, et Deus, Divina Sua Providentia, ad hoc propositum adipiscendum nobis copiosissima concedit subsidia: infinitas ei gratias persolvamus... ».

Definita eius religionis proprietas est fiducia. Numquam dubitatio Matris Candidae Mariae a Iesu persuasionem de Dei potentia ac fidelitate turbavit. De sua humilitate certa, scribit: « Quo maior est mea miseria, eo magis spem habeo misericordiae Dei ». Spem suam semper proclamavit laeta cum alacritate eius, qui manibus Patris se committit, in quem credit et cui fidit: « Causa nostra in Dei, manibus collocata est. Filiae Iesu sumus. Is nos ab omni malo defendet. Haec est spes nostra nec decipiemur ». Eius dictum: « Non mihi confido et totam in Te pono spem meam, mea carissima Mater », eius fiduciam quoque ostendit in Virgine Maria collocatam, quam vocat « Nostrorum itinerum sidus ».

Ratio, qua vitam suam ad Deum dirigebat, munus explebat Antistitae Generalis, quod ei per totam vitam prorogatum est, modus oboediendi superioribus ecclesiasticis itemque dandi consilia et ab aliis petendi, multam indicant prudentiam a Matre Candida adeptam. Quae prudentia, ut saepe accidit in sanctorum Conditorum experientia, non semper eadem est ac mera humana prudentia. Iustitiae virtus manifesto apparet in vita Servae Dei, imprimis quoad obsequium et cultum Dei, quae semper conata est in

vitae suae adiunctis inque domibus condendis servare. Eius charismatis uni versalitas, « ad docendas alumnas internas et externas, divites ac pauperes, hic et illic, ubi maior Dei gloria id postulat » erat et esse pergit modus pastorali Ecclesiae consilio se astringenda estque ducenda eius, quam hodie appellant « iustitiam socialem », perspicientia. Propria eius humanae ac supernaturalis imaginis nota est fortitudo, arcte eius gaudio eiusque humilitati coniuncta: « Quae causa est », aiebat, « cur Filia Iesu sit tristis? Volo vos omnes cum laetitia modesta et cum modestia laeta ». In rebus adversis inque doloribus tam fortis fuit, ut serena maneret et sic potentiae Dei testis esset. Illam habebat in animo persuasionem, quam tanta cum sinceritate iterabat: « Sine cruce, nullum itur in locum: veniant cruces et fíat Dei voluntas». Et hoc spiritu tam multas est perpessa indignitates, et tot fecit paenitentias magno animo pro Instituti sui bono.

In Christo sequendo, qui propter nos « egenus factus est, cum esset dives » *(2 Cor* 8, 9), Serva Dei manifesta praebet indicia se bona materialia contempsisse ut ea pauperibus donaret. « Ubi meis pauperibus locus non est, re mihi quidem locus est », respondit olim cum Burgi famulabatur. Facile intellegere possumus quae eius fuerit affectio in enuntiando paupertatis voto veluti vocationis Dei postulato, ut Conditrix esset. Multi testes affirmant eam in paupertate vixisse, paupertatem amasse, numquam personalem paupertatem lamentatam semperque cum pauperis habitu egisse, ut dicit Decretum *Perfectae caritatis* Concilii Vaticani II. Innotuit magnus eius amor in castitatem, unde dicere impellebatur: « Cor habeamus magnum, generosum, totum pro Deo et solum pro Deo ». Eius oboedientia auctoritatibus ecclesiasticis, ab eius confessariis et moderatoribus spiritalibus significatis, et plus etiam ab Episcopis et Summo Pontifice, devotissima fuit. Uti Conditrix et antistita generalis conscia fuit se rationem esse reddituram animarum sibi concreditarum (cf. *Heb* 13, 17); et ad Dei voluntatem docilis in suo munere exsequendo, suam exercuit auctoritatem cum spiritu serviendi fratribus suasque rexit religiosas tamquam filias Dei *(Perfectae caritatis,* n. 14).

Sanctitatis fama, qua Serva Dei in vita fuit insignis, firma manet in tempore et, immo, crescit in spatio, prout Congregatio ab ea instituta in diversis terrae regionibus diffunditur, quoquoversus eius cupiditatem ferens christianae pueritiam et iuventutem educandi.

Canonizationis Causa Salmanticae incepit initio facto processus ordinarii informativi, qui instructus est annis 1942-1957. Die 22 mensis Septembris anno 1978 Summus Pontifex Ioannes Paulus I Causae introductionem decrevit. Processus apostolicus Salmanticae celebratus est annis 1980-1981.

Horum processuum auctoritas a Congregatione de Causis Sanctorum probata est per decretum Nonis Octobribus promulgatum anno 1982. Die 12 mensis Martii anno 1993 felici cum exitu Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum est actus. Die 22 mensis Iunii subsequentis Patres Cardinales et Episcopi in Sessionem Ordinariam congregati, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Martínez Somalo, professi sunt Servam Dei Matrem Candidam Mariam a Iesu virtutes théologales, cardinales eisque adnexas heroum in modum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Candidae Mariae a Iesu (in saec.: Ioannae Iosephae Cipitria et Barrióla), Fundatricis Congregationis Filiarum a Iesu, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

& Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

VIII

SYDNEYEN.

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servae Dei Mariae a Cruce (in saec.: Mariae MacKillop) fundatricis Sororum a Sancto Ioseph et a Sacro Corde (1842-1909).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Maria a Cruce (in saeculo: Maria MacKillop) die 15 mensis Ianuarii orta est anno 1842 Melburni in Australia. Iuventuti educandae Congregationem Sororum a Sancto Ioseph et a Sacro Corde instituit, quae postea etiam in assiduitatem praebendam senibus atque egenis incubuit. Suum rexit Institutum cum prudentia ac magno cum sacrificii spiritu in multis nec levibus difficultatibus, falsis interpretationibus et simultatibus, quas Dei fiducia et vi deprecationis, caritatis, humilitatis patientiaeque superavit. Meritis ornata de vita discessit Sydneyi die 8 mensis Augusti anno 1909, fama sanctitatis insignis.

Canonizationis Causa inita anno 1925 iisque peractis, quae iure statuuntur, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, Idibus Iuniis anno 1992, edixit Matrem Mariam a Cruce heroum in modum virtutes théologales, cardinales eisque adnexas exercuisse.

Cum vehementer in Australia optaretur ut ad honores altarium Serva Dei extolleretur, Causae Postulatio Congregationi de Causis Sanctorum coniectam miram sanationem iudicandam permisit, intercessioni tributam eiusdem Venerabilis Servae Dei. Sanatio ad iuvenem dominam pertinet Veronicam Donohue, nuptam Hopson, quae post chirurgicam sectionem ostendere coepit condicionum generalium hebetationem gravi cum anhaemia. Praeter multam amissionem haemoglobini et lamellarum, frequentissima « blastorum » praesentia apparuit, tum in sanguine peripherico, tum in punctura extractoria in osse pectorali effecta. Postquam est in Sydneyense valetudinarium deducta, « Mater Misericordiae » denominatum, mense Octobri anno 1961, medici diagnosim fecerunt de leuchaemia acuta myeloblastica et prognosim enuntiaverunt infaustam quoad vitam. Inchoatae tamen sunt variae curationes, quae fuerunt inefficaces nec condiciones muta-

verrait. Eodem mense exeunte Sorores Congregationis a Sancto Ioseph et a Sacro Corde, aegrota eiusque familiares divinum auxilium invocare coeperunt per memoratae Servae Dei intercessionem. Progrediens praeter exspectationem animadversa est salutaris mutatio et status haematologicus est semel ad normam redactus mense Maio anno 1962.

De hac sanatione anno 1971 apud Curiam Sydneyensem celebratus est processus canonicus, cuius auctoritas et vis per decretum probata est postridie Idus Iunias anno 1991 promulgatum.

Nonis Novembribus subsequentis anni est Sessio acta Consilii Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, quod hoc modo sanationis rationem significavit: « (sanatio) progrediens, perfecta et mansura, pro nostra scientia inexplicabilis ».

Nonis Februariis anno 1993 habitus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris et die 4 mensis Maii eodem anno Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium atque Episcoporum, Causae Ponente Em.mo Cardinali Villelmo Wakefield Baum. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Maria a Cruce (in saec.: Maria MacKillop), Fundatrice Sororum a Sancto Ioseph et a Sacro Corde, videlicet de perfecta et mansura sanatione Veronicae Donohue Hopson a leuchaemia aleuta myeloblastica.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 6B S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

IX

VALENTIN.

DECRETUM

Beatificationis seu declarationis Martyrii Servi Dei Vincentii Vilar David viri laici (1889-1937).

SUPER DUBIO

An constet de martyrio eiusque causa, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Laicos oportet ordinis temporalis instaurationem tamquam proprium munus assumere et in eo, lumine Evangelii ac mente Ecclesiae ductos et caritate christiana actos, directo et modo definito agere; qua cives cum civibus, specifica peritia et propria responsabilitate cooperari; ubique et in omnibus iustitiam regni Dei quaerere» (CONC.OECUM. VAT. II, Decretum de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* 7).

In Christum insertus, sacerdotem, regem et prophetam, ac naviter Ecclesiae muneris particeps, laicus Vincentius Vilar David Deo obtulit seipsum, familiam suam suaque cotidiana negotia et, vitae bonitate atque apostolatu lumen diffudit evangelii, christianae ordinis temporalis animationi interfuit et Christi regni aedificationi in sui temporis societate, caritatem est testificatus praesertim in operarios, iuvenes, sacerdotes, Seminarii alumnos atque catholicos vexatos ac, demum, libere et sponte suum, effudit sanguinem pro fide.

Dignissimum hoc Ecclesiae membrum natum est in oppido *Manises,* ad Valentinam archidioecesim pertinente, in Hispania, mensis Iunii die 28, anno 1889, a Iusto Vilar et Maria Carmelitide David; subsequenti die baptismi sacramentum accepit et anno 1898 Confirmationis; postero anno primum ad Eucharisticam mensam accessit. Humanae religiosaeque pueri educationi boni parentes consuluerunt egregie atque magister Bonaventura Guillen, qui eum discipulum habuit in ludo. Studia persecutus est et spiritalem formationem in ephebeo Fratrum Scholarum Christianarum Valentiae, deinde Barcinonem migravit Studiorum Universitatem frequentaturus. Intellegentiae alacritate eminuit, diligentia qua sua exsequebatur munia, benevolentia in sodales et pauperes, continentiae spiritu et aequabilitate. Ferventi pietate Eucharistica confirmatus et spiritaliter a sacer-

dote Societatis Iesu gubernatus, nec incertus nec piger cum Deo ambulavit atque iam tum claram ostendit curam in Domini Iesu imitatione. Anno 1914 doctor renuntiatus est scientiae machinalis ad quaestuosam industriam spectantis ut defuncti patris voluntati obsequeretur, qui eum rogaverat ut figulina percallesceret industria. In oppido, ubi ortus est, cum tribus fratribus, figulinae fabricam rexit, quam pater iis reliquerat. Tamquam moderator technicus meliora fecit artificia laboris et formulas perfecit vernicibus parandis. Optima habuit officia humana cum opificibus sibi obnoxiis, liberaliter eos adiuvans in variis personalibus et familiaribus necessitatibus et incepta suscipiens ut iis in morbis et in senectute assiderei.

Suis persuasionibus consentaneus, modo quam optimo ad effectum adducere voluit in fabrica evangelii praecepta et socialem Ecclesiae doctrinam. Die 30 mensis Novembris anno 1922 uxorem duxit Isabellam Rodes Reig, quae christianas expetitiones cum eo communicabat eumque in apostolicis sustinuit laboribus. Ei etsi invito Valentiae gubernator officium vicarii syndici credidit oppidi Manises (annis 1923-1930), quo functus est cum probitate, commodorum contemptione et boni communis cura. Interea eius condicio in fabrica difficilior facta est, quandoquidem duo eius fratres tractationem non probabant, quam erga opifices adhibebat. Sed, potius quam a suis bonis principiis descisceret, fabricam reliquit et per aliquod tempus in difficultatibus oeconomicis fuit. Postea fabricae laterculorum fictilium technicus fuit moderator (annis 1925-1927); deinceps, cum aliis, fabricam aperuit operum chemicorum, quam perite rexit. Ibi quoque erga opifices magna cum humanitate, iustitia et christiana caritate se gessit. Dum eximie sua professionis munia explebat, evangelii fermentum in ambitu laboris ferens, cum fervore et perseverantia operibus paroecialibus interfuit, adeo ut illum parochus diceret suum esse brachium dextrum. Puerulis catechesim tradebat, sodalis erat diligens Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti, oeconomice Seminarium sustentabat et sacerdotii atque vitae consecratae candidatos, Franciscanos locorum Cocentaina et Benisa atque missiones multum adiuvit. Cum, anno 1931, institutio religiosa est in scholis hispanicis prohibita, magno adiumento fuit, et quidem prompto ac decretorio, Sodalicio Actionis Socialis oppidi *Manises,* cuius erat institutioni scholasticae et iuvenum formationi christianae prospicere.

Ipse Servus Dei, periculorum neglegens quibus se offerebat, Sodalicii legi subscripsit eamque potestatibus civilibus exhibuit; quae est approbata. Assuefactus palam fidem suam testificari et sine rubore ac timore pro Dei regno laborare, rationem agendi non mutavit, ne cum quidem violenta persecutio orta est contra Ecclesiam eiusque instituta (1936). Providentiae

auxilio fisus et crebra refectus Communione, deprecatione et cotidiana Sacrarum Litterarum lectione, semper miram ostendit serenitatem in difficultatibus. Hinc animo non defecit cum eius fabrica est conquisita et is ad simplicem gradum operarii deiectus; cum Sodalicium Actionis Socialis est clausum et aedificium tamquam cibariorum receptaculum adhibitum; cum ecclesia paroecialis incensa est et non paucae religiosae Communitates sunt e suis domibus expulsae et dispersae. Multum sane doluit de iniusta Sponsae Christi tractatione, sed potius quam se in se reciperet, suam de aliis sollicitudinem multiplicavit et omni ope nisus est consolator esse et patronus eorum, qui pro fide patiebantur. Caritate impulsus domum suam parocho et pluribus Communitatibus religiosis aperuit, quae a suis Institutis erant amotae. Pluries ad seditionis Coetum se contulit ut earum causam acciperet, suaque bona et ante omnia seipsum iis suppeditavit, qui eius egebant auxilio et consolatione. Quamvis sciret hac agendi ratione inimicorum religionis invidiam in se convertere, nec se abdidit nec suam de membris Ecclesiae patientibus curam minuit. Ne territus quidem est sui dilecti parochi aliorumque sibi carorum sacerdotum occisione. Uxori suae, quae fractam se ostendebat ob temporum tristitiam, saepius dicebat: « Reminiscere Christi et sanctorum dolores et ex aegritudinibus, quas rerum publicarum conversio affert, fructum percipere nitamur. Usque ad hoc tempus Dominus nos a Calice submovet, sed parati ad martyrium esse debemus ». Persuasum insuper habebat vitam pro Christo devovere donum Dei magnum esse, et quodammodo iis invidebat, qui pro Domino sanguinem effundebant. Sed, cum sincere humilis esset, tam excelsa gratia non se dignum putabat.

Idibus Februariis cum uxore Valentiam ivit sumptus facturus. Ibi peccata sua confessus est et cena Dominica usus atque, cum id sacerdos ei persuasisset, secum aliquas gessit hostias consecratas. Postridie, prima die dominica quadragesimae, domi pane Eucharistico se reiecit et multum temporis in adoranda Eucharistia consumpsit. Vesperi eiusdem diei est cum uxore comprehensus et ad sedem seditionis Coetum ductus. Accusatus est quod Ecclesiam adiuvisset. Alii eum liberare volebant, alii interficere obstinati erant. Alteris dixit: « In vos gratus sum propter id, quod facitis; sed si Deus vult hoc esse meum ultimum momentum temporis, accipio »; alteris vero, qui ei proponebant ut aut mortem eligeret aut accusationes infitiaretur, quibus eum insimulabant, respondit: « Mea maxima gloria est talem esse, qualis sum et ita me gessisse, sicut me gessi. Veritatem non nego ». Dum de eius morte tractabant, is deprecabatur. Uxore liberata, statutum est eum in vincula ducere, eo secreto consilio, ut demum postea remit-

terent. In itinere, qui mori eum volebant, custodibus illum subduxerunt. Etiam iis temporis spatiis pluries iteravit se esse catholicum et ad monendum paratum; immo suos hortabatur persecutores, ut se occiderent ibi, in via, potius quam in apertum ducerent, quo eandem illic sortem subiret. Ictum pyrobolo in eius crura miserunt. Sauciatus et humi iacens Deum invocabat et veniam pro suis inimicis implorabat, et subiecit: « Non solum vobis ignosco, sed bene vobis volo ». Post pauca temporis vestigia caput eius plumbo petiverunt, sicque martyrii est adeptus coronam.

Occisionis nuntius incolas oppidi *Manises* multum permovit, qui eum iustum, bonum et liberalem populi benefactorem habebant. Omnes illum fleverunt, et prae primis fabricae operarii, qui patrem eum ducebant. Confestim verus est martyr putatus, et eiusmodi fama subsequentibus annis aucta est et confirmata: quam ob rem Archiepiscopus Valentinus canonizationis Causae initium fecit per processus ordinarii informativi celebrationem (annis 1963-1968), cuius auctoritas et vis die 10 mensis Novembris anno 1990 est probata. Parata Positione super martyrio, postridie Calendas Martias anno 1993 actus est, prospero cum exitu, Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Calendis Iuniis eodem anno Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria congregati, Causae Ponente Exc.mo Domino Angelo Palmas, Archiepiscopo titulari Vibianensi, agnoverunt Servum Dei Vincentium Vilar David verum fidei martyrem esse ducendum.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servi Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis eisque astantibus Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servi Dei Vincentii Vilar David, viri laici, anno 1937 interfecti, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. *B* S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 3 Aprilis 1993. — Titulari episcopali Ecclesiae Mosae Traiectensi Exc.mum P. D. Ioannem Baptistam Matthiam Gijsen, hactenus Episcopum Ruremundensem.

die 27 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Hearstensi R. P. Petrum Fisette, P.M.E., e Societate pro missionibus exteris Provinciae Quebecensis.

— Cathedrali Ecclesiae Gaspesiensi R. D. Raimundum Dumais, e clero S. Germani.

die 3 Ianuarii 1994. — Titulari episcopali Ecclesiae Ambiensi R. D. Carolum Altamirano Arguello, in archidioecesi Quitensi parochum, quem constituit Auxiliarem ipsius archidioecesis Quitensis.

die 12 Ianuarii. — Ecclesiae praelaticiae Labreanae R. P. Salvatorem Moraza Ruiz de Azua, Ordinis Augustinianorum Recollectorum sodalem.

die 17 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Salutiarum Exc.mum P. D. Didacum Natalem Bona, hactenus Episcopum Portuensem-Sanctae Rufinae.

die 29 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Lesvitanae R. D. Ioannem Mariam Leonardi Villasmil, Cancellarium-Secretarium et Administratorem curiae dioecesis Truxillensis in Venetiola, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Emeritensis in Venetiola.

die 3 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Basileensi R. D. Ioannem Georgium Vogel, e clero eiusdem dioecesis, curionem et vicarium foraneum in urbe vulgo Bern atque in Facultate Catholicae Theologiae in urbe vulgo Luzern professorem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Maximianensi in Byzacena R. D. Petrum Burcher, e clero Lausannensi, Genevensi et Friburgensi, rectorem Seminarii maioris, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

NOMINATIONES

Latis decretis a Congr. pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II praefecit:

die 14 Augusti 1993. — Administrationi Apostolicae Transcarpatiae Latinorum, noviter erectae, Exc.mum P. D. Antonium Franco, Archiepiscopum titularem Gallesinum.

die 28 Octobris. — Administrationi Apostolicae Moldovensi, noviter erectae, R. *D.* Antonium Co§a, curionem in urbe vulgo Chisinau.

die 30 Decembris. — Administrationi Apostolicae Caucasi Latinorum, noviter erectae, Exc.mum P. D. Ioannem Paulum Gobel, Archiepiscopum titularem Calatinum.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 28 Maii 1993. — Titulari episcopali Ecclesiae Seliensi R. D. Petrum Sudar, rectorem Seminarii maioris Serai-, quem constituit Episcopum Auxiliarem archidioecesis Vrhbosnensis-Seraiensis.

die 18 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Portus-Bergensi, noviter erectae in Madagascaria, Exc.mum P. D. Armandum Toasy, hactenus Episcopum Miarinarivensem.

— Cathedrali Ecclesiae Homa Bayensi, noviter erectae in Kenya, R. D. Linum Okok, e clero Kisumuensi, in praesens parochum paroeciae in Chiga.

die 17 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Kokstadensi R. P. Villelmum Slattery, Ordinis Fratrum Minorum sodalem.

— Cathedrali Ecclesiae Vellorensi R. D. Malayappan Chinnappa, Societatis S. Francisci Salesii sodalem, parochum templi « Lourdes Shrine » apud civitatem Maduraiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Kankanensi, noviter erectae in Guinea, R. D. Vincentium Coulibaly, e clero Praefecturae Apostolicae Kankanensis, rectorem Seminarii minoris Kindiae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tabaicarensi R. P. Marianum Silvanum Bernacchi, Ordinis Fratrum Minorum sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum Cuevensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bavagalianensi R. P. Aloisium Sudarso, Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu sodalem, hactenus Superiorem Provincialem, quem constituit Episcopum Auxiliarem Palembangensem.

NOMINATIO

Lato decreto a Congregatione pro Gentium Evangelizatione Ioannes Paulus Pp. II nominavit:

die 18 Octobris 1993. — Episcopum auxiliarem Exc.mi P. D. Alberti Iosephi Tsiahoana, Archiepiscopi Antsiranensis, Exc.mum P. D. Michaelem Malo, Episcopum titularem Croensem et hactenus Auxiliarem Mahagianganum.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 13 Gennaio 1994, S. E. il Signor MICHAEL C. TATE, Ambasciatore di Australia presso la Santa Sede.

Giovedì, 13 Gennaio 1994, S. E. il Signor BERNARD A. B. GOONETILLEKE, Ambasciatore dello Sri Lanka presso la Santa Sede.

Giovedì, 13 Gennaio 1994, S. E. il Signor EUGÈNE MILINGOUT MANGAKA, Ambasciatore del Gabon presso la Santa Sede.

Giovedì, 13 Gennaio 1994, S. E. la Signora MADINA LY-TALL, Ambasciatore del Mali presso la Santa Sede.

Giovedì, 13 Gennaio 1994, S. E. il Signor TARIQ KAMAL KHAN, Ambasciatore del Pakistan presso la Santa Sede.

Giovedì, 13 Gennaio 1994, S. E. la Signora URSULA HELEN BARROW, Ambasciatore di Belize presso la Santa Sede.

Giovedì, 13 Gennaio 1994, S. E. il Signor ELLIOT LATÉVIATCHO LAWSON, Ambasciatore del Togo presso la Santa Sede.

Giovedì, 13 Gennaio 1994, S. E. il Signor VIDHYA RAYANANONDA, Ambasciatore di Thailandia presso la Santa Sede.

Giovedì, 13 Gennaio 1994, S. E. il Signor ALBERT MBONERANE, Ambasciatore del Burundi presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Venerdì, 28 Gennaio 1994, S. E. il Signor VICTOR S. CHERNOMYRDIN, Presidente del Consiglio dei Ministri della Federazione Russa.

Con Bolla papale del 10 Gennaio 1994 il Signor Cardinale Angelo Sodano è stato nominato Vescovo del titolo della Chiesa suburbicaria di Albano.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

13 gennaio 1994. S. E. mons. Angelo Acerbi, Arcivescovo tit. di Zelle, Nunzio Apostolico in Ungheria, *Nunzio Apostolico in Moldova.*

15 » » S. E. mons. Jean-Paul Gobel, Arcivescovo tit. di Galazia, *Nunzio Apostolico in Azerbaigian.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

18 novembre 1993. Le LL.EE. i monsignori Eiden Francis Curtiss, Arcivescovo di Omaha; Norberto Rivera Carrera, Vescovo di Tehuacán; Jorge Medina Estevez, Vescovo di Valparaíso, *Membri del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per la Famiglia.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali James A. Hickey, Jean Margeot, Lucas Moreira Neves, *Membri del Pontificio Consiglio per la Famiglia « in aliud quinquennium ».*

29 » » I signori Marijo e Darka Zivkovic; Jorge e Beba Canterino; Tarcisio Meirelles e Ruth Padilha; Mario e Ana Maria Münzenmayer; Pierre e Liliane Rivet; Andrew e Jane Kiura; Oscar e Nestar De Stark; Manuel e Marilyn Dubon; José Luis e Pilar Gutiérrez Garcia; Thomas e Susan Hilghers; Alberto e Cristina Vollmer, *Membri del Pontificio Consiglio per la Famiglia.*

» » » I signori Ron e Mavis Piróla; Jean Marie e Anouk Meyer; Norbet e Renate Martin; Danilo e Annamaria Zanzucchi; Andrzej e Wanda Poltawski; Arnaldo e Zelided Ruiz; Virgil e Ann Dechant; Juan e Eloisa Várela, *Membri del Pontificio Consiglio per la Famiglia « in aliud quinquennium ».*

2 dicembre » Gli Em.mi Signori Cardinali: Michael Michai Kitbunchu, José Freiré Falcâo, Simon Ignatius Pimenta, Frederic Etsou-Nzabi-Bamungwabi, Antonio Quarracino, Henri Schwery, *Membri del Consiglio di Cardinali per lo studio dei problemi organizzativi ed economici della Santa Sede.*

20 dicembre 1993. I sacerdoti Rino Fisichella e Angel Rodríguez Luño, *Consultori della Congregazione per la Dottrina della Fede.*

31 » » S. E. mons. Andrea Cordero Lanza di Montezemolo, Arcivescovo tit. di Tuscania, *Rappresentante Speciale della Santa Sede presso lo Stato d'Israele.*

30 gennaio 1994. S. E. mons. Julián Herranz Casado, Vescovo tit. di Vertara, *Segretario del Pontificio Consiglio per l'Interpretazione dei Testi Legislativi « in aliud quinquennium ».*

NECROLOGIO

11 gennaio 1994. Mons. Charles-Marie Himmer, Vescovo em. di Tournai *(Belgio).*

15 » » Card. Gabriel-Marie Garrone, del titolo di Santa Sabina.

» » » Mons. Lawrence P. Graves, Vescovo em. di Alexandria-Shreveport *(Stati Uniti d'America).*

19 » » Mons. Maurits Gerard De Keyzer, Vescovo tit. di Tino.

23 » » Mons. Klaus Hemmerle, Vescovo di Aachen *(Germania).*

1 febbraio » Mons. Jean-Paul Vincent, Vescovo em. di Bayonne, Lesear e Oloron *(Francia).*

3 » » Card. Justinus Darmojuwono, del titolo « pro hac vice » dei Ss. Nomi di Gesù e Maria.

An. et vol. LXXXVI 10 Martii 1994 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE « MOTU PROPRIO » DATAE

quibus Pontificia Academia Scientiarum Socialium constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Socialium Scientiarum investigationes inter homines ad necessitudines solidandas efficaciter aliquid conferre possunt, quemadmodum demonstrant variorum convictuum progressus hoc praesertim saeculo, quod ad finem iam vergit. Hanc propter causam Ecclesia, quae semper de hominis bono curat, studiosius in dies ad hanc investigationis provinciam se convertit, ut indicia definita eruat ad officia magisterii sui complenda accommodata.

Saeculum expletum ab editis Litteris Encyclicis *Berum novarum* copiam dedit clarius intellegendi efficacitatem, quam documentum illud in catholicorum conscientiis movendis habuit, itemque in discriminibus quaerendis problematum, quae ex operariorum quaestione oriebantur.

In Litteris Encyclicis *Centesimus annus,* quae hanc centenariam memoriam egerunt, scripsimus documentum illud tribuisse Ecclesiae « civitatis statutum» (cf. n. 5) in vitae publicae immutationibus. Per has enim Litteras Ecclesia peculiariter iniit cogitationis processum, quo ob oculos translations usque ad Evangelium habitis praeceptis, illa paulatim principiorum summa est formata quae deinde « doctrinam socialem » stricto sensu consti-

tui t. Ipsa ita animadvertit ab Evangelio nuntiato « lucem atque vim » manare ad societatis vitam ordinandam. Lucem dicimus, quandoquidem ratio, a fide ducta, ex Evangelii praeconio decretoria principia depromere valet ad socialem ordinem constituendum homine dignum. Vim, quia Evangelium, in fide acceptum, non solummodo principia theorica tradit, verum et spiritalem vigorem, ut re compleantur officia, quae ex illis principiis manant.

His centum superioribus annis Ecclesia gradatim hoc suum « civitatis statutum » solidavit doctrinam suam socialem perficiendo, arto semper servato nexu cum societatis hodiernae dynamico progressu. Cum, XL annis post Litteras Encyclicas *Rerum novarum,* operariorum quaestio facta est ampla socialis quaestio, Pius XI, suas per Litteras Encyclicas, quarum titulus *Quadragesimo anno,* clara praecepta enuntiavit, ut superaretur societatis divisio in classes. Cum regimina dictatoria libertati hominisque dignitati comminabantur, Pius XI et Pius XII acribus quidem nuntiis reclamaverunt atque, alterum post bellum universale Europa maximam partem deleta, adhuc Pius XII repetitis interpellationibus, et deinde Ioannes XXIII suis Litteris Encyclicis *Mater et magistra* et *Pacem in terris,* iter demonstraverunt ad socialem restitutionem et pacis confirmationem. Concilium Oecumenicum Vaticanum II Constitutione pastorali *Gaudium et spes* tractationem necessitudinum inter Ecclesiam et mundum in amplum theologicum ambitum inseruit atque declaravit « principium, subiectum et finem omnium institutorum socialium vere esse et esse debere humanam personam» (n. 25). Intra vero septuagesimum et octogesimum annum, quando clarius usque eminebat infelix nationum condicio prosperiorem statum petentium, Paulus VI, adversus visionem oeconomicam unam tantum partem spectantem suis Litteris Encyclicis *Populorum progressio* rationem viamque denotavit ad integrum populorum progressum. Recentioribus temporibus Nostris tribus Litteris Encyclicis socialibus de quaestionibus iisdemque maximi momenti mentem plane aperuimus: de humani laboris dignitate *(Laborem exercens),* de impeditionibus oeconomicis et politicis superandis *(Sollicitudo rei socialis),* et, post lapsum institutionis socialismi realis, de novo ordine instituendo nationali atque internationali *(Centesimus annus).*

Quae summatim diximus ostendere volunt his postremis centum annis Ecclesiam a « verbo ad se pertinente » — quemadmodum Leo XIII dixit — minime decessisse, immo diligentius id elaborare perrexisse, quod Ioannes XXIII « locupletem hereditatem » appellavit socialis doctrinae catholicae.

Illud considerantibus hos centum historiae annos plane patet: Ecclesiam socialis doctrinae catholicae dives patrimonium cumulavisse, sociata opera tum catholicorum motuum socialium, tum peritorum scientiarum socialium. Leo XIII iam consociatam hanc operam collustravit, et Pius XI memor gratusque est locutus de studiosorum disciplinae humanarum scientiarum adiumento ad socialem doctrinam enucleandam. Ioannes XXIII autem in Litteris Encyclicis *Mater et magistra* affirmavit doctrinam socialem semper considerare debere « verum rerum statum », continuatum servando dialogum cum socialibus scientiis. Concilium Oecumenicum Vaticanum II demum congruentem « rerum temporalium autonomiam » *(Gaudium et spes,* 36) palam propugnavit, utpote quae, praeter theologicam considerationem, scientiarum socialium aeque ac philosophiae sit obiectum. Multiplices hae rationes placitis fidei minime contradicunt. Haec igitur iusta autonomia Ecclesiae eiusque praesertim doctrinae socialis convenienter est animadvertenda.

Nos Ipsi, in Litteris Encyclicis *Sollicitudo rei socialis,* collustravimus doctrinam socialem catholicam sua praestare posse munera in mundo hodierno solum «ratione humanisque cognitionibus adhibitis» (n. 1), quandoquidem, quamvis eius principia prima semper vigeant, ipsa in his ad effectum adducendis « temporum condicionibus perpetuisque eventuum immutationibus » (n. 3) astringitur.

Postremo, *Rerum novarum* centenaria recurrente memoria, in lucem protulimus, post lapsum institutionis socialismi realis, Ecclesiam et humanitatem coram immanibus provocationibus versari. Terrarum orbis amplius inter duas partes inimicas non est discissus, et, tamen, in oeconomicis, socialibus, politicisque discriminibus ad universum pertinentibus versatur. Ecclesia, quamvis sibi conscia sit suum non esse technica responsa dare ad has quaestiones, officio tamen se teneri animadvertit opem suam ferendi ad pacem servandam adque societatem quandam instaurandam homine dignam. Ut haec adimpleat, oportet ipsa cum socialibus hodiernis scientiis earumque inquisitionibus et progressionibus continenter altam consuetudinem habeat. Hoc modo ea « ingreditur... diverbium variis cum illis disciplinis quae hominem pertractant, dum earum fructus in se perficit eisque subvenit, ut in latiorem patescant provinciam ministerii » *(Centesimus annus,* 59).

Prae his magnis muneribus, quae futurum tempus prospicit, hic dialogus inter disciplinas, praeteritis annis iam actus, nunc iterum est instituendus. His rebus consideratis, ad efficiendum quod die xxin mensis Decembris anno MCMXCI enuntiavimus, hodie Pontificiam Academiam Scientiarum

Socialium in Civitate Vaticana sitam condimus. Ut ex eiusdem Statutis patet, Academia haec instituitur « ut promoveat studium et profectum scientiarum socialium, oeconomicarum, politicarum atque iudicialium eoque modo materiam subministret unde altius persequi suam socialem doctrinam ampliusque dilatare valeat Ecclesia » (art. 1).

Dum divinum auxilium in Academiae operam invocamus, cuius labores studiose persequemur, omnibus Sodalibus Sociisque peculiarem Benedictionem Apostolicam impertimur.

Ex Aedibus Vaticanis, die i mensis Ianuarii, anno MCMXCIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

ADNEXUM

Pontificiae Academiae Scientiarum Socialium ordinatio.

STATUTO
delia
PONTIFICIA ACCADEMIA DELLE SCIENZE SOCIALI

TITOLO I

COSTITUZIONE E FINE

Art. 1

La Pontificia Accademia delle Scienze Sociali è istituita dal Sommo Pontefice Giovanni Paolo II col fine di promuovere lo studio ed il progresso delle scienze sociali, economiche, politiche e giuridiche, e di offrire in tal modo gli elementi di cui la Chiesa potrà avvalersi per l'approfondimento e lo sviluppo della sua Dottrina Sociale. L'Accademia, che è autonoma, è in stretto Rapporto col Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace, col quale coordinerà la programmazione delle varie iniziative e al quale farà riferimento per la sua attività.

Art. 2

Per il raggiungimento dei suoi fini l'Accademia:

a) organizza congressi e giornate di studio su temi specifici;

b) promuove indagini e ricerche scientifiche; aiuta ed assiste istituzioni e privati nella loro esecuzione;

c) pubblica i risultati delle proprie consultazioni;

d) cura pubblicazioni di carattere scientifico.

TITOLO II

ORDINAMENTO

Art. 3

L'Accademia si compone di un numero di membri non inferiore a 20 e non superiore a 40. Essi vengono nominati dal Sommo Pontefice sulla base della loro competenza in scienze sociali e della loro integrità morale.

Art. 4

Per la nomina di ogni Accademico, il Presidente propone al Sommo Pontefice una terna di nomi fra coloro che hanno ottenuto il voto favorevole del Consiglio dell'Accademia.

Art. 5

I membri restano in carica per 10 anni e sono rieleggibili. Nella scelta degli Accademici occorre tenere presente l'opportunità di una congrua rappresentanza delle varie discipline delle scienze sociali e delle diverse aree geografiche.

Art. 6

Gli Accademici partecipano alle tornate, vi fanno comunicazioni o vi presentano note e memorie scientifiche; discutono e votano; hanno diritto di proporre nomine e soggetti di lavoro.

Art. 7

Alle singole tornate accademiche potranno talvolta essere chiamati a partecipare, in qualità di invitati, personalità di spicco nelle scienze sociali o del mondo aziendale nonché di altri settori della vita sociale.

Art. 8

La direzione ed il governo dell'Accademia spettano al Presidente, coadiuvato dal Consiglio Accademico.

Art. 9

II Presidente è nominato dal Sommo Pontefice, dal Quale direttamente dipende. Rimane in carica cinque anni e può essere riconfermato nell'incarico.

Il Presidente ha la rappresentanza dell'Accademia, e dirige l'andamento della medesima. Egli ne risponde di fronte al Sommo Pontefice e tiene i rapporti con il Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace. Convoca e presiede il Consiglio dell'Accademia come pure le tornate e dà esecuzione alle deliberazioni del Consiglio.

Il Presidente può farsi supplire nella presidenza delle tornate da altri Accademici, membri del Consiglio e può deputare un Accademico a supplì-

re un consigliere impedito, ove non vi sia alcuna disposizione del Regolamento interno. Infine il Presidente può delegare, quando e come ritenga opportuno, uno o più Accademici a rappresentare l'Accademia.

Art. 10

Il Consiglio Accademico è composto dal Presidente, dal Presidente che per ultimo ha ricoperto tale carica, da cinque Accademici nominati dal Sommo Pontefice su proposta del Presidente in conformità al voto favorevole dell'Accademia. Essi durano in carica cinque anni e possono essere rieletti.

Il Consiglio Accademico nomina il Segretario e un Comitato esecutivo composto da membri del medesimo Consiglio, eletti preferibilmente tra gli Accademici che hanno domicilio o quasi domicilio in Roma.

Le deliberazioni del Consiglio Accademico sono valide quando sia presente la maggioranza dei componenti e quando siano approvate dalla maggioranza dei presenti.

Art. 11

Tutte le altre norme concernenti l'attività del Consiglio Accademico e lo svolgimento delle tornate sono fissate dal « Regolamento interno » dell'Accademia.

TITOLO III

ATTIVITÀ SCIENTIFICA ED INCENTIVI ALLA RICERCA

Art. 12

L'Accademia intraprende direttamente o promuove lavori e ricerche nel campo delle diverse scienze sociali.

Allo scopo di incentivare lo studio scientifico riguardo a temi di particolare interesse l'Accademia può istituire premi, promuovere concorsi, costituire al suo interno comitati e commissioni per l'approfondimento di questioni particolari, di cui il Regolamento interno stabilisce il numero, valore, durata e modalità.

Art. 13

L'Accademia cura la pubblicazione di *Atti* e *Memorie.*

Gli *Atti* escono in fascicoli e la loro periodicità è determinata dal « Regolamento interno ». Essi contengono i verbali delle tornate, le comunicazioni e le note scientifiche, la lista delle pubblicazioni ricevute e le notizie riguardanti la vita accademica.

Le *Memorie* hanno scadenze libere di pubblicazione, comprendono scritti scientifici, accolti dall'Accademia, e i lavori premiati.

TITOLO IV

MEZZI FINANZIARI E SEDE

Art. 14

L'Accademia è sostenuta finanziariamente da un'apposita Fondazione, da eventuali donazioni ed elargizioni.

Art. 15

Gli Statuti della Fondazione ed eventuali modifiche sono soggetti all'approvazione della Santa Sede.

A far parte del Consiglio di Fondazione la Santa Sede nomina un proprio rappresentante che trasmetta il suo pensiero e le sue decisioni.

Il Consiglio della Fondazione ragguaglia annualmente la presidenza dell'Accademia in merito alle disponibilità finanziarie occorrenti per le sue attività.

Art. 16

I locali e i servizi di Segreteria — per i primi tre anni e « ad experimentum » — sono quelli della Pontificia Accademia delle Scienze e il Direttore della Cancelleria sarà — almeno per il periodo iniziale — il medesimo per le due Accademie. Si dovrà curare che le rispettive sessioni o tornate siano programmate per periodi differenti.

Art. 17

Lo stato giuridico e il trattamento economico del personale di ogni categoria nonché le norme per il funzionamento della Cancelleria sono fissati dal « Regolamento interno ».

Art. 18

La Presidenza cura la redazione di un rapporto annuale in merito alle risorse finanziarie di cui l'Accademia dispone per le proprie attività.

TITOLO V

DISPOSIZIONI FINALI

Art. 19

Il Presidente, udito il Consiglio Accademico, presenterà il Regolamento interno dell'Accademia al Segretario di Stato per l'approvazione. Esso contiene, oltre alle norme, a cui fa espresso riferimento il presente Statuto, ogni altra disposizione integrativa concernente l'ordinamento e il funzionamento dell'Accademia.

Art. 20

Questo Statuto è approvato per tre anni e « ad experimentum ». Superato tale periodo, esso sarà sottoposto a verifica. Eventuali modifiche di tale Statuto dovranno essere sottoposte all'approvazione del Sommo Pontefice.

Dal Vaticano, il I° gennaio 1994.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servae Dei Floridae Cevoli Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « In fine autem omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, humiles, non reddentes malum pro malo vel maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate accipiatis » *(1 Pe* 3, 8-9).

Illa Benedictione compelíante, quae ex aeterno Dei corde manat, Venerabilis Florida Cevoli vigilantem suum servavit spiritum, se in id convertens, quod credebat et sperabat; ita in habitu se posuit generosae et alacris benedictionis erga omnes qui eam adibant, cupientes illi ea gaudia aut dolores, acquisitiones aut deceptiones aperire, quibus vita vultus hominum mutare solet in vultus filiorum Patris.

Venerabilis Florida Cevoli (in saeculo Lucretia Helena) « signum benedictionis » esse statuit propositum sequendo consecrationis religiosae inter Clarissas Capuccinas Tifernatenses, quae eam in suo monasterio exceperant die VII mensis Iunii anno MDCCIII. Septemdecim erat annorum, cum est admissa, quandoquidem Pisis orta erat die xi mensis Novembris anno MDCLXXXV.

Apud magnas interiores divitias Sanctae Veronicae Giuliani Soror Florida animum suum aperuit ad Deum Amorem quaerendum et, per contemplativam diligentemque attentionem in cotidiano servitio proximi necessitatibus praebito, illas amoris flammas cognovit, quibus Deus corda suas facit sedes et consecrat praesentiae suae.

Deprecatio et caritatis testimonium effecerunt ut cor Venerabilis Floridae solacio esset et benedictioni in omne paupertatis genus.

Ab Eucharistia illum didicit amorem, qui humanum comprehendit. A Crucifixo peccati gravitatem cognovit, quod Deum offendit atque hominum conscientias ferit. In Iesu Infante serenitatem invenit animique diffusionem, fiduciae plenam, ad Dei voluntatem faciendam necessarias. Virginis Mariae rationem maternam et benignam in monasterii moderatione imitata est; a Clara illam didicit austeritatem, quae novis spiritalibus viri-

bus religiosarum vitam excitavit, ut sponsae essent Christo acceptae; a Francisco spiritum pacificationis, quo hominum animos suae civitatis levavit. Ex deprecatione pro Purgatorii animis repperit omnia in Dei misericordia posita esse.

Venerabilis Florida mulier fuit industria et alacris: quod quidem ex eius precatione atque religionibus proficiscebatur. Hinc diligentissima fuit in impigre studioseque muneribus exsequendis, quae ei in monasterio concredita sunt. Rotaría fuit, coqua, dispensatrix, pistrix, novitiarum magistra, abbatissa, pharmacopola, id est medicinarum tabernae procuratrix. Omnes Sorores sodales memoria tenent illam adhortari communitatem ut otium vinceret; ipsaque in hac re exemplo erat, quandoquidem non solum in muniis supra commemoratis, sed etiam cum vacui aliquid temporis habebat in plumaria arte se exercebat, in epistolis rescribendo, in provehendis ac dirigendis operibus aedificationis monasterii oppidi Mercatello appellati (in provincia Pisaurensi siti), in domo exstructi, ubi Sancta Veronica est nata. Opera initium habuerunt anno MDCCLIII et monasterium apertum est anno MDCCLXXIII.

Humillima fuit, etsi a Domino nostro peculiaria acceperat dona: prophetiae nempe, doloris ob culpas admissas, sanctitatis odoris, spineae coronae, vulneris cordis, mysticorum sponsalium necnon stigmatum donum, quod propter Servae Dei indignitatis sensum mutatum est in fastidiosas totius corporis plagas.

«Iesus vult a nobis ministrari modo suo, non nostro... Dilecto nostro Sponso serviamus pura fide, integra per omnia nudatione, quoniam ita placebimus ei » (Epistula anno MDCCIL conscripta). Sic se gessit usque ad mortem, quae contigit die xn mensis Iunii anno MDCCLXVII. Canonizationis Causa inita, processus canonicus dioecesanus annis MDCCCXXVII-MDCCCXXIX est actus, cuius vis declarata est a Decessore Nostro Papa Leone xin anno MDCCCLXXX.

Rebus peractis iure statutis, die xix mensis Iunii anno MÇMX promulgatum est decretum super virtutibus heroicis. Die xin mensis Iunii anno MCMXCii mirum comprobavimus ad sanationem spectans cuiusdam pueri effectam anno MCMXXVIII. Posthaec decrevimus ut sollemnis Beatificationis ritus in Patriarchali Sancti Petri Basilica celebraretur die xvi mensis Maii anno MCMXCIII.

Hodie igitur inter Missae sollemnia hanc sumus formulam elocuti: « Nos, vota Fratrum nostrorum Henrici Cardinalis Schwery, Episcopi Sedunensis, Francisci Garnier, Episcopi Lucionensis, Camilli Cardinalis Ruini, Vicarii Nostri pro Romana dioecesi, et Peregrini Thomae Ronchi, Episcopi

Civitatis Castelli, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Mauritius Tornay, Maria Aloisia a Iesu Trichet, Columba Ioanna Gabriel et Florida Cevoli Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Mauritii Tornay die undecimo mensis Augusti; Mariae Aloisiae a Iesu Trichet die septimo mensis Maii; Columbae Ioannae Gabriel die vicesimo quarto mensis Septembris et Floridae Cevoli die duodecimo mensis Iunii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae autem per has Litteras decrevimus nunc et in futurum firma ac rata esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus. Vocemus demum ipsum ineffabilem, inintelligibilem Deum, invisibilem, humanae mentis vim superantem, qui hac deprecante clara muliere nobis superna tribuat beneficia, ut easdem possimus consequi virtutes quas ipsa multa cum animi intentione multoque studio feliciter est adepta.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Maii, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab.., n. 328.981

II

Venerabili Servae Dei Mariae Franciscae Rubatto, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

« Haec est virgo prudens quam Dominus vigilantem invenit; advenit sponsus et intravit cum eo ad nuptias » (cf. *Mt* 25, 10).

Deo fidelis, vigilis actuosaque, id est ad opem fratribus praestandam parata, Venerabilis Dei Serva Maria Francisca Rubatto (cui saeculare nomen Anna Maria) totam suam vitam ad ultimis inserviendum impendit, peculiarem simul testans dilectionem quam Deus in parvos humilesque effundit.

Haec vera Evangelii testis Carmaniolae orta est, in Taurinensi archidioecesi, die XIV mensis Februarii anno MDCCCXLIV Thoma Rubatto et Catharina Pavesio, pietate et christianis moribus claris. Parentibus orbata, adulescens Augustam Taurinorum se contulit, ubi a nobili muliere Maria Anna Scoffone tamquam famula fiducialis recepta est atque ibidem humaniter spiritaliterque adolevit cum se pietatis caritatisque operibus dederet, pauperes praesertim iuvando et derelictos necnon ipsam beneficam feminam moderando.

Domina Scoffone vita iuncta, se Loanum contulit feriandi causa atque ibidem Fratrum Capuccinorum templum cum frequentaret, a Domino vocata est ad religiosam vitam. Episcopi dioecesani de mandato antistita facta est, mater et conditrix Instituti Sororum Tertiariarum Capuccinarum Loani, quae hodie Matris Rubatto Sorores Capuccinae nuncupantur.

Necessitatibus sui temporis ipsa prompte et studiose subvenit. Franciscali spiritalitati quoad proclivitalem ad opitulandum vitam suam optavit, atque usque ad extremum se dedit serviens et amans sine questu. Dei voluntatem semper quaesivit eique alacris et fidelis adhaesit. Firma autem voluntate, constantia et spiritali delectatione, virtutes christianas exercuit et perfectionis eminentem gradum adepta est.

Maxima in proximum caritate praestitit, quae ex Dei dilectione oritur. Dilectio haec peculiariter in infirmorum famulatum versata est, praesertim domi degentium. « Servae sumus pauperum — suis sororibus dicebat — iisque quodcumque ministerium obire debemus ». Cura et de aegrotis sollicitudo, qui praecipue vitam domi traducebant, apostolatum effecerunt, quoniam etiam animae salutem ipsa attingebat et domesticae catechesis copiam dabat.

Fortis mulier cum esset et rerum cotidianarum curatrix, Providentiae confisa est atque res agendo, itinera saepe faciendo, negotia Instituti tractando, fidem et precationem coluit. « Semper in Ecclesia maneamus non necesse est — asseverabat — deprecari ubique possumus et bonum exemplum praebere ».

Sancti Francisci persequens vestigia, qui evangelicam paupertatem adamavit, pauperibus inservire non modo didicit, sed se ipsam facere pauperem et hanc evangelizationis viam spiritalibus sororibus demonstravit. Instituto augescente, hoc primigenium consilium in missionarium studium conversum est, quod Matrem Rubatto eiusque opus in Americam Latinam egit, ubi nonnullae eius filiae pauperibus vitam devo vendo inservierunt, cum esset hoc Congregationis officium pro universa Ecclesia.

Cum Montisvidei versaretur, septichaemia correpta, intestinae appendicis inflammatione orta, omnibus in dolore christianae fortitudinis clarum praebuit exemplum et mirae patientiae. De vita hac in urbe excessit die vi mensis Augusti anno MCMIV, ab aegrotis defleta, a pauperibus suisque sororibus.

Canonizationis Causa incohata est Processuum canonicorum informativorum celebratione apud Montis videi archiepiscopalem Curiam, ab anno MCMXLi ad annum MCMXLV; apud Ianuensem Curiam ab anno MCMXLVII ad annum MCMXLVIII. Processus quoque rogatorialis celebratus est apud Curiam Albinganensem ab anno MCMXLI ad annum MCMXLVI.

Die xin mensis Aprilis anno MCMLXV Decretum Introductionis Causae prodiit. Processus Apostolici sunt celebrati: Montisvidei ab anno MCMLXVII ad annum MCMLXX, Genuae ab anno MCMLXVIII ad annum MCMLXX.

His expletis quae iure praescribuntur, die i mensis Septembris anno MCMLXXXVIII coram Nobis decretum promulgatum est quo agnovimus Venerabilem Dei Servam heroum in modum exercuisse théologales virtutes, cardinales iisque conexas.

Interea apud Curiam Ianuensem celebratus fuit Processus canonicus de coniecta mira sanatione, quae contigit die VIII mensis Aprilis anno MCMXXXIX quaeque intercessioni huius Venerabilis adscripta est. Eventu consueto de more inquisito, Nobis coram die n mensis Aprilis anno MCMXCIII decretum super miro prodiit.

Decrevimus igitur ut sollemnis beatificationis ritus Romae die x mensis Octobris eodem anno celebraretur.

Hodie igitur, in foro ad Basilicam Vaticanam sancti Petri spectante inter Missae sollemnia hanc pronuntiavimus formulam:

« Nos, vota Fratrum nostrorum Rosendi Alvarez Gaston, Episcopi Almeriensis, Angeli Cardinalis Suquia Goicoechea, Archiepiscopi Matritensis, Iosephi Antonii Infantes Florido, Episcopi Cordubensis, Iosephi Gott ardi Costelli, Archiepiscopi Montisvidei, et Oddonis Fusi-Pecci, Episcopi Senogalliensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Didacus Ventaja Milán, Emmanuel Medina Olmos et septem Socii, Petrus Poveda Castroverde, Victoria Diez y Bustos de Molina, Maria Francisca Rubatto et Maria Crucifixa Satellico Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Didaci Ventaja Milán et Emmanuelis Medina Olmos die tricesimo mensis Augusti; septem Fratrum Scholarum Christianarum die decimo sexto mensis Novembris; Petri Poveda Castro-

verde die vicesimo octavo mensis Iulii; Victoriae Diez y Bustos de Molina die duodecimo mensis Augusti; Mariae Franciscae Rubatto die nono mensis Augusti et Mariae Crucifixae Satellico die octavo mensis Novembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et posterum tempus vim habere, contrariis rebus minime quibuslibet efficientibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 338.247

III

Venerabili Servae Dei Victoriae Diez y Bustos de Molina Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Laici « a Deo vocantur, ut suum proprium munus exercendo, spiritu evangelico ducti, fermenti instar ad mundi sanctificationem velut ab intra conferant, sicque praeprimis testimonio vitae suae, fide, spe et caritate fulgentes, Christum aliis manifestent » (CONC. OECUM. VAT. II, *Lumen gentium,* 31).

Ita prorsus suam christianam est vocationem exsecuta Victoria Diez y Bustos de Molina iam ante tempus suis quidem moribus ad effectum sermones deducendo illos, quos erat deinde Concilium Vaticanum Secundum pronuntiaturum. Opere enim sui abnegationis Victoria uti magistra solidam in formam, laetam totamque in donationem, redegit spiritalem Teresianae Institutionis doctrinam, laicorum nempe christifidelium consociationis ad quam ab anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto pertinuit.

Nobis porro ipsa Spiritu sustentata per aetatis suae triginta duos annos exemplum, quod hodie quoque allicit, apostolicae fecunditatis praebuit.

Sanctimoniam vitae cotidiana sua educatricis navitate est assecuta rustica in communitate, dum simul intererat operibus paroeciae ipsius, potissimum rei catecheticae. Prompta serviendi alacritas et laetitia eius praesentiae, quae facile diffundebatur, perfectum fuerunt quoddam speculum illius absolutae donationis sui ipsius Iesu Christo factae, quae eam tandem adduxit ad vitam pro Eo devovendam.

Hispali nata Victoria Diez y Bustos de Molina est die xi mensis Novembris anno MCMIII unica familiae filia medii ordinis planeque christianae. Apud Institutum Magistrorum studia obiit cursusque pariter pingendi peregit in Hispalensi Schola Artium ac Professionum. Cum autem completis studiis sese iam praeparabat ad descendendum in certamen ut opus assequeretur publicum, cognovit Institutum cui nomen « Institución Teresiana » ibidemque protinus intellexit appetitum suum sanctitatis atque apostolatus conciliari posse cum magistrae scholarum munere.

Hilaris erat adulescens et simplicis animi necnon ad martyrium usque magnanima. Ex alta sua spiritali vita amplaque simul evangelizandi facultate adeo processit ut totam se Deo et proximo dediderit. Anno MCMXXVII primum suum docendi adepta est officium in magistrorum numero in oppido Cheles apud Pacem Iuliani, posteroque autem anno ad locum est missa Hornachuelos prope Cordubam ubi ad mortem usque resedit.

Convenienter instituta suum magistrae opus exercuit tamquam veram missionem, in quam cum peritia et alacritate incubuit, humanam christianamque multorum singulorum atque coetuum educationem provehens: discipularum et familiarum, sociorum operis et catechistarum, iuvenum Actionis Catholicae. Sine ulla porro exceptione sese paroeciae coeptis dedidit. Unde dici merito ea potest ex fide munera cotidiana explicando mirabiliter iis respondisse, quae vocationis laicalis christianorum propria sunt Evangelio obtemperantium, quam sacerdos Petrus Poveda Castroverde, conditor eiusdem Instituti, perspexit.

Condiciones perquam difficiles in Hispania sub belli civilis principium exortae in oppido Hornachuelos in impetum apertum exarserunt adversus Ecclesiam. Die exinde xi mensis Augusti anno MCMXXXVI comprehensa Victoria est postridieque mane vi interempta suam fidem professa, cum aliis septendecim viris inter quos et fuit parochus ipse. Una tamen illa et sola fuit mulier. Ex testibus huius eventus probe scimus quantae fortitudinis haec iuvenis fuerit, quae ad extremum usque omnes iis vocibus incitaverit quae ex Ecclesiae priscae martyrologio depromptae esse videntur.

Ut vero canonizationis ipsius institueretur causa iam apud Curiam Cordubensem anno MCMLXII incollata, eius perpetuo augescens sanctitatis exi-

stimatio persuasit. Omnibus rebus iure statutis peractis die **vi** mensis Iulii anno MCMXCIII coram Nobis prodiit super martyrio decretum. Quapropter ut beatificationis ritus die x mensis Octobris eodem hoc anno celebraretur ediximus, una ritu beatificationis aliorum Servorum Dei, in quibus Conditor ipse Instituti Petrus Poveda Castro verde.

Hodie idcirco in foro ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri spectante, inter Missarum sollemnia formulam hanc protulimus:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Rosendi Alvarez Gaston, Episcopi Almeriensis, Angeli Cardinalis Suquia Goicoechea, Archiepiscopi Matritensis, Iosephi Antonii Infantes Florido, Episcopi Cordubensis, Iosephi Gottardi Cristelli, Archiepiscopi Montisvidei, et Oddonis Fusi-Pecci, Episcopi Senogalliensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Didacus Ventaja Milán, Emmanuel Medina Olmos et septem Socii, Petrus Poveda Castro verde, Victoria Diez y Bustos de Molina, Maria Francisca Rubatto et Maria Crucifixa Satellico Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Didaci Ventaja Milán et Emmanuelis Medina Olmos die tricesimo mensis Augusti; septem Fratrum Scholarum Christianarum die decimo sexto mensis Novembris; Petri Poveda Castroverde die vicesimo octavo mensis Iulii; Victoriae Diez y Bustos de Molina die duodecimo mensis Augusti; Mariae Franciscae Rubatto die nono mensis Augusti et Mariae Crucifixae Satellico die octavo mensis Novembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quibus sic rite sollemniterque prolatis vocibus alacriter etiam, Noster ut ferebat mos, eandem Caelitem Beatam propriis suscepimus celebrandam sermonibus, cum virtutes ipsius operumque merita in exemplum hodie pariter imitandum extolleremus deprecationemque illius cunctis Christifidelibus fidenter deposceremus.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et posthac rata et firma volumus esse, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 336.737

IV

Beata Maria Virgo titulo « Mater Misericordiae » invocata Patrona principalis atque sanctus Casimirus et sanctus Maximilianus Maria Kolbe, presbyter et martyr, Patroni secundarii apud Deum dioecesis Crodnensis Latinorum confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Probe novimus Christifideles Grodnensis Latinorum dioecesis peculiari cultu prosequi beatam Mariam Virginem titulo « Mater Misericordiae » invocatam, necnon sanctum Casimirum, qui Grodni mortuus est, et sanctum Maximilianum Mariam Kolbe, qui in eadem urbe sacrum ministerium suum inivit. Qua re Venerabilis Frater Alexander Kaszkiewicz, Episcopus Grodnensis Latinorum, communia cleri populique vota excipiens, electionem beatae Mariae Virginis memorato titulo invocatae in Patronam principalem, atque sancti Casimiri et sancti Maximiliani Mariae Kolbe, presbyteri et martyris, in Patronos secundarios apud Deum dioecesis suae rite probavit atque, litteris die xni mensis Aprilis hoc anno datis, petivit ut huiusmodi electio et approbatio secundum Normas de Patronis constituendis et ad normam Instructionis « De Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis » n. 30, ab hac Apostolica Sede confirmentur. Nos vero enixis eius Venerabilis Fratris precibus libentissimo obsecundantes animo, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum beatam Mariam Virginem titulo « Mater Misericordiae » invocatam Patronam Principalem atque sanctum Casimirum et sanctum Maximilianum Mariam Kolbe, presbyterum et martyrem, Patronos secundarios apud Deum dioecesis Grodnensis Latinorum confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus secundum rubricas consequentibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Novembris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 338.592

ALLOCUTIONES

I

Ad praesides Conferentiarum episcoporum ab omni Europa.*

Venerati Fratelli nell'episcopato!

1. La liturgia di questi giorni propone alla nostra riflessione l'invito della Prima Lettera di Pietro a costruire « un edificio spirituale », per offrire sacrifici graditi a Dio.[1]

Sono parole che ci aiutano a comprendere, ancor più a fondo, il valore e la portata dell'impegno della Chiesa in questo singolare periodo della storia europea: impegno di rinnovata evangelizzazione e di fattivo concorso alla costruzione della « nuova Europa », aperta alla solidarietà universale. In tale contesto, il presente incontro può definirsi, in un certo senso, « storico », giacché non solo imprime al Consiglio delle Conferenze Episcopali d'Europa (CCEE) un deciso impulso nella linea della sua azione ormai consolidata da molti anni, ma contribuisce ad adeguarlo ai « segni » e alle «sfide» del momento presente, in modo da renderlo efficace strumento per la nuova evangelizzazione in vista del terzo Millennio del Cristianesimo. Si tratta di ricercare insieme le vie più idonee per evangelizzare l'Europa, e di promuovere un autentico rinnovamento sociale fondato su Cristo risorto, « pietra viva, rigettata dagli uomini, ma scelta e preziosa davanti a Dio ».[2] I Pastori si stringono perciò a Cristo, in lui pongono la loro fiducia, su di lui, e solo su di lui, fondano i loro progetti apostolici e missionari.

Con questi intendimenti ci siamo incontrati nell'Assemblea Speciale del Sinodo dei Vescovi per l'Europa, svoltasi nell'autunno del 1991, ed « uniti nel nome di Cristo, abbiamo pregato affinché potessimo ascoltare ciò che lo Spirito dice oggi alle Chiese d'Europa[3] ed esse sappiano discernere le vie per la nuova evangelizzazione del nostro continente ».[4]

2. Da quell'importante assemblea sinodale sono scaturiti orientamenti e proposte che il CCEE, nella sua nuova composizione, dovrà approfondire e realizzare.

* **Die 16 m. Aprilis a. 1993.**

[1] Cf. *1 Pt 2,* 5.

[2] *Ibid.* 2, 4.

[3] Cf. *Ap 2,* 7. 11. 17,

[4] *Dichiarazione conclusiva,* proemio.

Si è già iniziato a studiare tutto ciò nella riunione tenutasi qui, in Vaticano, all'inizio dello scorso dicembre, e della quale il presente incontro può considerarsi eco e prolungamento. I Presidenti delle Conferenze Episcopali Europee, chiamati ora a fare parte del rinnovato CCEE, ne hanno eletto il nuovo Presidente nella persona di Monsignor Miloslav Vlk, Arcivescovo di Praga, un Paese dell'Est europeo. Come non rimarcare questo dato altamente significativo, che fino a qualche anno fa sarebbe stato difficile anche soltanto immaginare? E come non ringraziare ancora una volta Iddio per aver reso ciò possibile, rinsaldando i rapporti fra le Chiese dell'Europa occidentale ed orientale? Mentre cordialmente saluto ciascuno di voi, venerati Fratelli nell'episcopato, esprimo di cuore a Mons. Miloslav Vlk e ai due Vice Presidenti, Mons. Karl Lehmann, Vescovo di Mainz e Mons. István Seregély, Vescovo di Eger, i miei sentimenti di stima e di affetto, uniti a vive felicitazioni per la fiducia in loro riposta dai Pastori che qui rappresentano l'intero continente europeo.

Con gioia adempio inoltre il dovere di indirizzare, in questo momento, un pensiero riconoscente a quanti negli anni precedenti hanno guidato, con la loro esperienza, il CCEE: il Card. Roger Etchegaray, Presidente dell'Organizzazione dalla sua nascita fino al 1979, il Card. Basil Hume, che l'ha diretto dal 1980 al 1987 ed il Card. Carlo Maria Martini, attivo e stimato suo responsabile dal 1987 ad oggi.

3. La storia del CCEE prende il suo avvio negli anni immediatamente successivi al Concilio come risposta al bisogno, avvertito da molti, di opportune forme di collaborazione fra le Chiese d'Europa. Dopo i primi simposi — nel 1967 a Noordwijkerhout (Paesi-Bassi) e nel 1969 a Coirà (Svizzera) — che erano aperti ai vescovi dell'intero continente europeo, fu fondato a Roma, nell'incontro del 23-24 marzo 1971, il « Consilium Conferentiarum Episcopalium Europae », i cui statuti vennero approvati il 10 gennaio 1977 dalla Congregazione per i Vescovi. Seguirono altri simposi, tutti svoltisi a Roma, mentre, grazie a regolari contatti fra i rappresentanti delle varie Conferenze Episcopali, soprattutto dell'Europa occidentale, che potevano fra loro facilmente comunicare ed incontrarsi, si è sempre più intensificato lo scambio di informazioni, di esperienze e di punti di vista sui principali problemi pastorali di ogni nazione, favorendo l'affermarsi di uno spirito di reale collaborazione e fraterna comunione a dimensione europea.

Né va sottaciuto il contributo dato al dialogo ecumenico con le diverse Confessioni cristiane mediante un apposito gruppo di lavoro misto creato

nel 1971 tra il CCEE e la Conferenza delle Chiese Europee (KEK). Speciale attenzione è stata riservata anche alle problematiche delle altre religioni. I frutti di tale paziente opera di ascolto e ricerca fraterna sono consolanti: è, infatti, maturato un clima di reciproco rispetto e si è estesa la collaborazione tra i cristiani dell'intero continente, preoccupati tutti di recare agli uomini del nostro tempo l'annuncio evangelico della salvezza.

4. Se ci si ferma ad analizzare gli argomenti affrontati nelle varie assemblee generali del CCEE si nota nel tempo una certa evoluzione: nei primi anni l'accento è posto sulle tematiche tipiche del post-Concilio, in seguito l'interesse viene rivolto a problemi più specificamente europei. A fronte delle profonde e complesse trasformazioni della società negli ambiti culturale, politico, etico e spirituale, è maturata sempre più la coscienza di una nuova evangelizzazione.

Dopo gli eventi del 1989, che hanno visto crollare ideologie per lunghi anni dominanti e cadere storiche barriere fra i popoli dell'Europa, l'Assemblea Speciale del Sinodo dei Vescovi per l'Europa svoltasi nel 1991 ha rappresentato in tale prospettiva una tappa importante e provvidenziale. « L'Europa — ricorda la Dichiarazione conclusiva — non deve oggi semplicemente fare appello alla sua precedente eredità cristiana: occorre infatti che sia messa in grado di decidere nuovamente del suo futuro nell'incontro con la persona e il messaggio di Gesù Cristo ».[5]

L'Europa è pertanto chiamata ad una necessaria opera di coraggiosa « autoevangelizzazione », missione a cui la Chiesa intende provvedere nel contesto delle mutate situazioni sociali e politiche, che favoriscono sicuramente un più proficuo incontro e « scambio dei doni » fra le Comunità ecclesiali dell'Est e dell'Ovest.

Auspico di cuore, e per questo prego, che il Signore benedica gli sforzi sin qui profusi dal vostro organismo ed infonda sempre più aperto slancio alla vostra azione quanto mai importante per il futuro del continente.

5. Il CCEE si trova, in effetti, di fronte a delicati compiti in ordine alla nuova evangelizzazione dell'Europa: occorre provvedere alla promozione di una sempre più intensa comunione fra le diocesi e fra le Conferenze Episcopali Nazionali, all'incremento della collaborazione ecumenica tra i cristiani e al superamento degli ostacoli che minacciano il futuro della pace e del progresso dei popoli, al rafforzamento della collegialità affettiva ed effettiva e della « communio » gerarchica.

[5] N. 2.

Venerati Fratelli nell'episcopato, mi sia permesso di offrirvi qui qualche riflessione che spero utile per meglio impostare i vostri lavori, in questa fase di rinnovamento e di programmazione.

Alla luce della positiva esperienza degli anni passati, il CCEE, che è un organismo continentale, si occuperà dei problemi connessi con la situazione ed i compiti della Chiesa in Europa. Se è vero che, in base alle esigenze della sussidiarietà, ciascuna Conferenza nazionale si dedica a quanto è di sua precipua competenza, così come il Pastore di una diocesi si consacra al servizio della porzione di popolo cristiano affidata alle sue cure, è tuttavia facilmente intuibile che essa non può ridurre il suo orizzonte ai confini della Nazione, dal momento che la realtà riveste sempre un particolare « taglio » europeo. Il compito del CCEE è allora quello di analizzare le problematiche da tale angolatura, valutandone le implicazioni sovranazionali e con questo fornendo un valido aiuto agli Episcopati di ogni regione ed ai Pastori delle Chiese locali.

6. Conoscere l'uomo europeo e quanto lo concerne è indispensabile per l'adempimento della missione salvifica del popolo di Dio nel continente. Ma una tale e aggiornata conoscenza è ugualmente importante perché il CCEE possa autorevolmente presentarsi dinanzi all'opinione pubblica, nelle diverse sue istanze, come testimone e portavoce di una incisiva presenza della Chiesa. La comunità dei credenti ha così modo di far sentire la sua voce anche negli ambiti civili, voce di una comunità concorde e tutta protesa ad annunciare il vangelo della speranza e della carità.

Da questo punto di vista risulta quanto mai opportuno il dialogo con le altre Confessioni cristiane, riunite nel KEK. La collaborazione, tuttavia, deve essere coltivata soprattutto in vista del ristabilimento progressivo della piena unità fra i cristiani nel « vecchio » continente, nel quale si sono prodotte da principio le divisioni e le sofferte lacerazioni.

Così, oltre che alla sussidiarietà, il CCEE deve ispirare la propria azione alla solidarietà, nei suoi molteplici aspetti: solidarietà fra gli Episcopati cattolici, solidarietà nella ricerca dell'unità fra tutti i cristiani, solidarietà, infine, con l'Europa, continente nel quale popoli diversi sono incamminati sulla strada dell'intesa politico-sociale ed economica. Mediante il CCEE, la Chiesa cercherà di infondere alla comunità continentale un « supplemento d'anima », ravvivando in essa quella che potrebbe dirsi « l'anima dell'Europa ».

7. Come non rendersi conto, venerati e carissimi Fratelli nell'episcopato, che tutto ciò si collega strettamente con la svolta storica del nuovo

Millennio? Una missione evangelizzatrice di vaste dimensioni tutti ci incalza. Occorre riscoprire e rinsaldare le radici cristiane delle diverse nazioni e dell'intero continente; occorre far emergere il lievito cristiano che ha permeato le molteplici espressioni del suo patrimonio culturale e promuovere la presenza del fermento evangelico nell'« oggi » e nel « domani » dell'Europa, specialmente dinanzi ai tentativi, non così nascosti, di emarginare la fede e la verità salvifica da ogni manifestazione della vita pubblica.

E non si potrebbe pensare, proprio nell'ottica di questa urgenza evangelizzatrice, ad un « programma » europeo in vista del prossimo giubileo della fede dell'anno 2000?

8. La solidarietà, che deve animare le relazioni fra le diverse componenti della società ecclesiale e civile, non mancherà di spingere il CCEE ad allargare gli orizzonti e ad avviare contatti ed intese anche con le Chiese ed i popoli « fuori dell'Europa ». Non si tratta soltanto di un problema organizzativo e di rapporti permanenti da tessere con analoghe organizzazioni operanti negli altri continenti. L'obiettivo è ben più alto e più essenziale è il compito che lo attende. Si tratta, infatti, di mettere in luce la stretta solidarietà che esiste fra l'Europa e i Paesi dell'Africa, dell'Asia e delle Americhe, nei confronti dei quali il continente europeo, e le Chiese in esso operanti, hanno meriti ma anche debiti da assolvere. Crescere in questa coscienza e far maturare nella solidale consapevolezza di essere gli uni responsabili degli altri, soprattutto dei più poveri e meno fortunati, sarà la vostra ansia costante, in adempimento di quel Vangelo della carità e della pace che in questo tempo di Pasqua il Risorto proclama con potenza per l'intera umanità.

9. Ci rivolgiamo, allora, a Cristo vincitore della morte e del peccato per riaffermare la nostra disponibilità a costruire con l'offerta di noi stessi quell'« edificio spirituale » in cui regna la sua giustizia ed il suo amore.

Certo, grande è la consapevolezza del nostro limite, ma altrettanto potente è la certezza della sua presenza e del suo costante intervento salvifico.

La missione dei credenti, venerati Fratelli nell'episcopato, è sempre e dappertutto rivolta al futuro. Verso il futuro escatologico, del quale siamo certi nella fede, e verso il futuro storico, del quale possiamo essere umanamente incerti. Pensiamo ai primi evangelizzatori del continente europeo, ai Santi Pietro e Paolo; a San Benedetto, Padre del monachesimo in occidente, che tanto rilievo ha avuto nella formazione dell'Europa cristiana; pensiamo ugualmente a quanti hanno spianato le vie del Vangelo verso nuovi

perrexerunt, cotidianam sibi providerunt Missae celebrationem, ad paenitentiae accedebant sacramentum et aliquantum apostolatus pro vicinis explicarunt. Interim autem inimici eas inspiciebant atque iniuriis contumeliisque affecerunt; eas praeterea obstrinxerunt sibimet vestes conficere. Sed tamen magnam servaverunt pacem interiorem et, prorsus Dei voluntati obsequentes, se paratas esse ad vitam pro Christo fundendam affirmabant. Die 20 mensis Novembris anno 1936 comprehensae sunt et impulsae ad conscendendum in autocinetum onerarium. Suos persecutores sunt secutae sicut agni ad occisionem ducti et quasi oves, quae coram tondentes se, obmutuerunt (cf. *Is* 53, 7). Cum consciae sortis essent, quae eas manebat, non solum minime obstiterunt, sed manifeste serenae erant et patientes. In itinere invicem hortabantur, ut usque ad supremum sacrificium erga vocationem suam fideles essent, deprecabantur atque veniae sensus in suos inimicos significabant. Postquam ad lanienam loci *Picadero de Paterna,* non longe ab urbe Valentía siti, pervenerunt, omnes glandibus metallicis necatae martyrii coronam sunt adeptae. Eae fuerunt:

— Angela a Sancto Ioseph Lloret Marti in vico *Villajoyosa* nata, intra fines dioecesis Oriolensis-Lucentinae, die 16 mensis Ianuarii anno 1875, quae Congregationem Doctrinae Christianae ingressa anno 1903, muneribus est iuncta secretariae generalis, antistitae localis et demum antistitae generalis. Suum Institutum suasque Sorores sodales dilexit, quibus exemplo caritatis in omnes fuit, fidelitatis erga regulam et constitutiones, ferventis in Sacrum Iesu Cor pietatis.

— Maria a Suffragio Orts Baldó, in oppido *Altea* nata, intra fines dioecesis Oriolensis-Lucentinae, die 9 mensis Februarii anno 1888, quae iuvenis operibus caritatis se dederat et catecheticae institutioni, quoad anno 1922 in Congregationem Doctrinae Christianae introivit. Antistita localis fuit, vicaria generalis et novitiarum magistra. Caritate sua coniunctionem fovebat inter Sorores semperque de egenis se sollicitam ostendit. Quamvis ad propinquos confugiendo incolumis esse posset, cum Sororibus sodalibus elegit manere, quibuscum egregie terrenam conclusit vitam.

— Maria a Monserrato Llimona Planas, postridie Calendas Novembres nata anno 1860 in loco *Molins de Rey,* ad Barcinonensem archidioecesim pertinente, anno 1882 Congregationem Doctrinae Christianae ingressa. Accepta a Conditrice Michaela Grau, antistita generalis fuit per annos tres et triginta, peritiam in gubernando ostendens, simplicitatem, humilitatem, patientiam et indolis amabilitatem.

— Teresia a Sancto Ioseph Duart Roig, orta in loco *Benifayó de Espioca,* in archidioecesi Valentina posito, die 21 mensis Maii anno 1876. Con-

gregationem Doctrinae Christianae introivit anno 1899. Novitiarum magistra fuit et antistita localis. Ad picturam aperte inclinabat et ad artem insignesque tabulas pinxit et mira aulaea. Delicatae erat conscientiae et in labore indefatigabilis. Eximie deprecationem coluit, castigationem, silentium et regulae observantiam. Cum potuisset ad fratrem fugere, maluit cum Sororibus sodalibus manere et mortem subire.

— Elisabetha Ferrer Sabriá, nata in oppido *Villanueva y Geltrú,* intra fines archidioecesis Barcinonensis, die 15 mensis Novembris anno 1852. Una fuit ex primis Congregationis Doctrinae Christianae sodalibus, quam anno 1880 introierat. Optime Conditricis spiritum concoxit et caritate eminuit in pauperes, humilitate, sacrificii spiritu atque pietate erga Virginem Mariam. Antistita fuit localis. Cum rerum conversio est orta, in domo principe vitam solitariam agebat.

— Maria ab Assumptione Mongoche Horns, in oppido *Ulldecona* nata, in dioecesi Dertosensi posito, die 12 mensis Iulii anno 1859, a familia religiosissima, in qua plures floruere vocationes ad vitam consecratam. Anno 1885 Congregationem Doctrinae Christianae introivit. Antistita fuit nonnullarum Instituti domorum, diligens in suis muniis explendis, altae vitae interioris manifestaeque in Dei Matrem religionis. Postquam in domum principem se abdidit, in consuta incubuit inque túnicas pro Sororibus sodalibus conficiendas.

— Maria a Conceptione Martí Local, nata in vico *Garlet,* in finibus sito archidioecesis Valentinae, die 9 mensis Novembris anno 1861. Congregationem Doctrinae Christianae intravit anno 1885 magnamque vitae partem egit in Communitate Sollanensi, ubi caesionem docuit et consuta. Soror simplex fuit, humilis et fervoris plena. Multum suum diligebat Institutum et Sorores sodales, quas semper laudibus extollebat.

— Maria Gracia a Sancto Antonio, Valentiae nata Calendis Iuniis anno 1869. Congregationem Doctrinae Christianae anno 1900 ingressa institutioni se dedidit, magnum ostendens discipularum educationis studium. Infirmos visitabat et aptissima erat in eis praeparandis ad ultima sacramenta accipienda. Regulae observans fuit, parata semper ad Dei voluntatem faciendam, patiens et multae religionis in Domini passionem atque in Virginem Mariam Perdolentem. Magnopere ab incolis dilecta est loci *Turis,* ubi vitae religiosae magnam vixit partem.

— Corazón de Jesús (Cor Iesu) Gómez Vives, Valentiae nata postridie Nonas Februarias anno 1881. In Congregationem Doctrinae Christianae introivit anno 1906 et per totam vitam in institutionem incubuit. Discipulis verum inculcavit deprecationis pietatisque spiritum. Moderatrix fuit Ephe-

bei oppidi *Molins de Rey* (in territorio Barcinonensi posito). Multum diligebatur, quia affabilis erat et materna erga omnes atque piissima.

— Maria a Subsidio Jiménez Baldoví, nata die 13 mensis Martii anno 1885 in vico *San Martín de Provensals,* ad archidioecesim Barcinonensem pertinente. Anno 1907 intravit Congregationem Doctrinae Christianae. Officium ei concreditum est parvulos curandi, quos semper cum benignitate ac matris spiritu tractavit. Propria eius virtus humilitas fuit.

— Maria Dolorosa Suris Brusola, Barcinone nata die 17 mensis Februarii anno 1899. Congregationem Doctrinae Christianae ingressa est anno 1918 seque institutioni tradidit tam multis cum fructibus, ut eius discipulae semper optimae essent. Humilis fuit et benigna atque egregie paupertatem coluit.

— Ignatia a Sanctissimo Sacramento Pascual Pallardó, Valentiae nata anno 1862. In Congregatione Doctrinae Christianae introivit anno 1889. Vitam egit in humili coquae Communitatis Sollanensis ministerio, peritiam ostendens et gaudium. Piissima fuit et deprecationis atque silentii studiosa.

— Maria a Rosario Calpe Ibáñez, Suecae orta in archidioecesi Valentina die 25 mensis Novembris anno 1855. Congregationem Doctrinae Christianae ingressa anno 1893, magnam partem vitae suae consecratae in Communitate Valentina vixit coquae munere fungens. Indole gravis, considerata et amabilis, omnibus cara fuit. Silentii, regularis observantiae lectionisque librorum pietatis atque historiae fuit studiosa.

—- Maria Pacis López García, orta in vico *Turis,* in archidioecesi Valentina pridie Idus Augustas anno 1885. Congregationem Doctrinae Christianae introivit anno 1911 incubuitque prius in coquinae labores, deinde in Sororum infirmarum curam. Dei amans fuit, spiritu abnegationis, sacrificii et oboedientiae ornatissima. Caritas eius virtus propria fuit.

— Marcella a Sancto Thoma Aurea Navarro, orta in provincia Albasitensi die mense annoque ignotis ob tabulariorum destructionem. Constat tamen eam in Congregationem Doctrinae Christianae ingressam esse quadraginta quinque annos natam anno 1934. No vitia fuit humillima et amabilis, bene morata et urbana in more inque agendi rationibus et, quamvis grandis esset aetate, cum simplicitate agebat, humilitate et oboedientia. Tempore martyrii novitia erat.

Praeter quindecim religiosas supra memoratas, duae aliae Congregationis Doctrinae Christianae Sorores suam vitam pro Christo de voverunt. Ambae sodales erant Communitatis Ephebei Valentini pagi *Carlet.* Die 19 mensis Septembris, anno 1936, comprehensae sunt et nocte inter diem 26 atque diem 27 eiusdem mensis interfectae. Eae fuerunt:

— Maria a Rifugio Rosat Balasch, Mislatae orta in archidioecesi Valentina Idibus Octobribus anno 1873. Ingressa est Congregationem Doctrinae Christianae anno 1896, fuitque plurium Instituti domorum antistita; tempore mortis antistita erat Communitatis pagi *Carlet.* Religiosa fuit impensae vitae interioris et magnae caritatis; generosissima in Sorores sodales, erga se rigida et austera. In persecutione animosam se ostendit et fortem.

— Maria a Calvaria Romero Clariana, nata die 11 mensis Aprilis anno 1871 in pago *Carlet,* ad archidioecesim Valentinam pertinente. Congregationem Doctrinae Christianae introivit anno 1892 et cum suavitate, diligentia humilitateque coquae munere est iuncta in diversis Instituti domibus. Occultationem coluit, silentium et oboedientiam.

Harum septemdecim Sororum mors illico verum est habitum martyrium; quam ob rem Archiepiscopus Valentinus canonizationis Causae initium fecit per celebrationem processus ordinarii informativi (annis 1965-1967), cuius auctoritas probata est per decretum pridie Idus Ianuarias promulgatum anno 1990. Apparata Positione super martyrio, secundo cum exitu actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris postridie Idus Martias anno 1993. Patres Cardinales porro et Episcopi in Sessione Ordinaria subsequentibus Calendis Iuniis habita, Causae Ponente Exc.mo Domino Angelo Palmas, Archiepiscopo titulari Vibianensi, professi sunt Servae Dei Angelae a Sancto Ioseph et sedecim Sociarum mortem verum martyrium esse ducendum.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servarum Dei rite conscriberetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servarum Dei Angelae a Sancto Ioseph Lloret Marti et XVI Sociarum, e Congregatione Doctrinae Christianae, anno 1936 interjectarum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. *B* S.

£fi Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

III

VICTORIEN. VENETORUM

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servi Dei Claudii Granzotto (in rei.: Richardi), laici professi Ordinis Fratrum Minorum (1900-1947).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Servus Dei Claudius Granzotto ortus est Sanctae Luciae ad Plavim, in provincia Tarvisana, die 25 mensis Augusti anno 1900. Artes fecit sutrinam, fabri lignarii, caementarii, donec, suas sequens facultates suaque vota, artes est aggressus delineandi et ungendi estque in eis diplomata adeptus. Opera est exsecutus praestantissima. Anno 1933 Ordinem Fratrum Minorum intravit tamquam frater laicus, in quo primum temporaneam fecit professionem, deinde perpetuam. Virtutum christianarum et votorum religiosorum exercitium cum statuarii professione coniunxit. Paucis annis est perfectionem assecutus in Christi imitatione et, fama sanctitatis insignis, pie Patavii mortuus est die 15 mensis Augusti anno 1947.

Beatificationis atque canonizationis Causa inita est apud Curiam episcopalem Victoriensem Venetorum. Rebus peractis iure statutis, coram Summo Pontifice Ioanne Paulo II, die 7 mensis Septembris anno 1989 decretum promulgatum est super virtutibus heroum in modum exercitis.

Deinde, ad beatificationem obtinendam, mira coniecta sanatio iudicio permissa est Congregationis de Causis Sanctorum, effecta in pago Sancto Ioanne Barione, in dioecesi Vicentina sito, atque memorati Servi Dei intercessioni ascripta. Sanatio pertinet ad puerulum Brunonem Pozza, anno 1948 natum, qui duorum ferme mensium trium ve oculo sinistro laborare coepit, qui lacrimabat et pus secernebat. Cum condicio in peius mutaretur, infans, qui ad id tempus methodis empiricis curatus erat, est a medico oculario visitatus, qui therapiam praescripsit, numquam tamen adhibitam. Cogitatum est etiam de sectione chirurgica. Postea infantuli condiciones peiores etiam factae sunt. Ineunte mense Iunio anno 1950 febri aestuabat, sacci lacrimalis tumore affectus, vehementibus loci doloribus, puris ab oculo effusione copiosa, palpebrarum inflatione. Haec symptomata aucta

sunt vesperi diei 7 mensis Iunii, qua re infirmus continenter fiebat. Pater, insequenti mane, campum petens opus rusticum facturus, pro filio intercessionem invocavit Servi Dei Claudii Granzotto. Per idem mane parvulus Bruno celerrime sanatus est, perfecte et perpetuo.

De hac sanatione processus canonicus est instructus apud Curiam Vicentinam annis 1965-1966, de cuius auctoritate decretum editum est die 19 mensis Septembris anno 1986. Consilium Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, in sessione Calendis Aprilibus habita anno 1992 confessum est pro scientia inexplicabilem esse Brunonis Pozza sanationem a « dacryocystite chronica cum iterata irritatione phlegmonea in oculo sinistro ». Die 9 mensis Octobris eodem anno Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus et die 22 mensis Iunii anno 1993 Patrum Cardinalium et Episcoporum Sessio Ordinaria, Causae Ponente Em.mo Cardinali Iosepho Caprio. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Servo Dei Claudio Granzotto, laico professo Ordinis Fratrum Minorum, videlicet de celérrima, perfecta et mansura sanatione pueruli Brunonis Pozza a « dacriocistite cronica con riacutizzazione flemmonosa in occhio sinistro ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 68 S.

68 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

FODIANAE-BOVINENSIS et SANCTI SEVERI

DECRETUM

de finium mutatione.

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit, Exc.mi PP. DD. Iosephus Casale, Archiepiscopus Fodianus-Bovinensis, et Caesar Bonicelli, Episcopus Sancti Severi, ab Apostolica Sede expostulaverunt, ut religiosa domus, vulgo « Convento Maria SS.ma di Stignano » appellata, intra fines sita municipii civilis vulgari nomine *S. Marco in hamis* nuncupati, a dioecesi Sancti Severi separaretur et archidioecesi Fodianae-Bovinensi iungeretur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P.D. Caroli Furno, Archiepiscopi tit. Abaritani et in Italia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem animarum bono profuturam, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia Pp. II, sibi tributarum, oblatas preces benigne accipiendas censuit.

Quapropter praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a dioecesi Sancti Severi distrahit partem memorati municipii *S. Marco in Lamis* in eadem dioecesi patentem atque archidioecesi Fodianae-Bovinensi adnectit ita ut integrum territorium eiusdem municipii huic archidioecesi pertineat.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum P.D. Iosephum Casale, Archiepiscopum Fodianum-Bovinensem, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem authenticun exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 1 mensis Ianuarii anno 1994.

83 BERNARDINUS card. GANTIN, *Praefectus*

L. 83 S.

83 Iustinus Rigali, *a Secretis*

In Congr. pro Episcopis tab., n. 526/93

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 2 Februarii 1994. — Cathedrali Ecclesiae Sanctae Catharinae in Ontario, Exc.mum P. D. Ioannem Aloisium 0'Mara, hactenus Episcopum dioecesis Sinus Tonitralis.

die 8 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Pariensi in Proconsulari, R. D. Eduardum Petrum Cullen, e clero archidioecesis Philadelphiensis Latinorum, Vicarium generalem et moderatorem Curiae, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. *D.* Antonii Iosephi S. R. E. Cardinalis Bevilacqua, Archiepiscopi Philadelphiensis Latinorum.

die 12 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Reconquistensi R. D. Ioannem Rubén Martínez, hactenus rectorem Seminarii maioris Resistentiae.

die 14 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Sancti Iacobi Equitum, noviter erectae, Exc.mum P. D. Ioannem Antonium Flores Santana, hactenus Episcopum eiusdem sedis episcopalis.

NOMINATIONES

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis Ioannes Paulus Pp. II nominavit:

die 13 Ianuarii 1994. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Pauli Vincentii Dudley Episcopi Siouxormensis, Exc.mum P. D. Robertum J. Carlson, hactenus Episcopum titularem Avioccalensem et Auxiliarem archidioecesis Paulopolitanae et Minneapolitanae.

die 9 Februarii. — Coadiutorem dioecesis Sinopensis R. D. Gentilem Delázari, hactenus Vicarium generalem dioecesis Sanctae Crucis in Brasilia.

COLLATIO DIGNITATIS ARCHIEPISCOPALIS

die 7 Februarii 1994. — Exc.mo P. D. Stephano Wesoly, episcopo tit. Dragonariensi, auxiliari archiepiscopi Gnesnensis, curae pastorali Polonorum in exteris regionibus commorantibus addicto.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 6 Decembris 1993. — Cathedrali Ecclesiae Bokunguensi-Ikelaensi R. D. Iosephum Mokobé Ndjoku, in praesens Vicarium generalem Basankusuensem.

— Cathedrali Ecclesiae Kurnoolensi R. D. Ioannem Gorantla, professorem Seminarii regionis Haiderabadensis.

— Cathedrali Ecclesiae Guruaensi, noviter erectae in Mozambico, R. D. Emmanuelem Chuanguira Machado, e clero archidioecesano Beirensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bencennensi, R. P. Leonem Laba Ladjar, Ordinis Fratrum Minorum sodalem, hactenus Ministrum provincialem, quem constituit Auxiliarem Iayapuraënsem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Scampinensi R. D. Silvestrum Monteiro, in praesens Vicarium generalem Nagpurensem, quem constituit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 20 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Tarahumarensi, noviter erectae in Mexicana regione, R. D. Iosephum Aloisium Dibildox Martinez, parochum in oppido vulgo Tequizquiapan.

— Titulari episcopali Ecclesiae Fallabensi R. P. Laurentium Ceresoli, Vice-Superiorem Provinciae Italicae Missionariorum Combonianorum Cordis Iesu, quem constituit Vicarium Apostolicum Avasanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vanarionensi R. D. Philippum Neri Antonium Sebastianum do Rosario Ferrao, directorem apostolatus Christifidelium laicorum in urbe Goa, quem constituit Auxiliarem patriarchatus Goani et Damanensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Avioccalensi R. *D.* Philippum Za Hawng, oeconomum dioecesanum et directorem nationalem Pontificalium Operum Missionalium, quem constituit Auxiliarem Myitkyinaënsem.

NOMINATIO

Peculiari lato decreto, Congregatio pro Gentium Evangelizatione ad suum beneplacitum renuntiavit:

die 21 Decembris 1993. — R. P. Carolum Noel O'Regan, Societatis Missionum ad Afros sodalem, hactenus parochum in oppido vulgo Kabompo, Administratorem Apostolicum « sede plena et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Solveziensis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 10 Febbraio 1994, S. E. il Signor TADAO ARAKI, Ambasciatore del Giappone presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Lunedì, 31 Gennaio 1994, S. E. il Signor FRANCISQUE RAVONY, Primo Ministro del Madagascar.

Venerdì, 4 Febbraio 1994, S. E. il Signor MATE GRANIÓ, Vice-Primo Ministro e Ministro degli Affari Esteri di Croazia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

27 gennaio 1994. Gli Em.mi Signori Cardinali Anthony J. Bevilacqua, Antonio M. Javierre Ortas; le LL. EE. i monsignori Angelo Scola, Vescovo di Grosseto; Joseph Cheng Tsai-fa, Vescovo di Tainan, *Membri della Congregazione per il Clero.*

» » » S. E. mons. Renato Corti, Vescovo di Novara; mons. Luigi Giussani, mons. Francisco López Illana; il sac. Max Thurian; P. Maciel Degollado, *Consultori della Congregazione per il Clero.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Michele Giordano, Giovanni Canestri, Edmund C. Szoka, Eduardo Martínez Somalo, Angelo Felici, *Membri della Congregazione per il Clero « in aliud quinquennium ».*

31 » » Mons. Romano Penna, *Consultore della Congregazione per la Dottrina della Fede.*

31 gennaio 1994. Gli Em.mi Signori Cardinali Jaime L. Sin, Miguel Obando Bravo, Lucas Moreira Neves, Adrianus Johannes Simonis, Pio Laghi, *Membri della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Bernardin Gantin, Paul Zoungrana, Maurice Michael Otunga, Hyacinthe Thiandoum, William Wakefield Baum, Aloisio Lorscheider, ' George Basil Hume, Carlo Maria Martini, Jean-Marie Lustiger, Bernard Francis Law, James Aloysius Hickey, Edmund Casimir Szoka, Lászlo Paskai, Hans Hermann Groër, Jozef Tomko, *Membri della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica « in aliud quinquennium ».*

5 febbraio » Il dott. Pier Giuseppe Magnani, *Consultore della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede « in aliud quinquennium ».*

9 » » Mons. Paul Canart, *Vice Prefetto della Biblioteca Apostolica Vaticana.*

10 » » Suor Lucia dell'Immacolata, della Congregazione di Nostra Signora di Belém, *Membro del Consiglio Internazionale per la Catechesi.*

12 » » Mons. José Luis Gutiérrez Gómez, *Relatore della Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium ».*

» » » P. Yvon Beaudoin, O.M.I., *Relatore della Congregazione delle Cause dei Santi « ad biennium ».*

» » » Mons. Giuseppe De Andrea, *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti « ad quinquennium ».*

NECROLOGIO

7 febbraio 1994. Mons. Sebastiano Rosso, Vescovo em. di Piazza Armerina *(Italia).*

9 » » Mons. Urbain-Marie Person, Vescovo tit. di Cime.

10 » » Mons. Johannes Vonderach, Vescovo em. di Chur *(Svizzera).*

11 » » Card. Joseph Cordeiro, del titolo di S. Andrea delle Fratte, Arcivescovo di Karachi *(Pakistan).*

16 » ,» Card. François Marty, del titolo di San Luigi de' Francesi.

20 » » Mons. Franz Zauner, Vescovo em. di Linz *(Austria).*

22 » » Mons. Germain Berthold, Vescovo em. di Ubon Ratchathani *(Tailandia).*

» » » Mons. Alfred Kostelecky, Vescovo tit. di Wiener Neustadt.

23 » » Mons. Charles Msakila, Vescovo di Sumbawanga *(Tanzania).*

An. et vol. LXXXVI 11 Aprilis 1994 N. 4

ACTA APOSTOLICAE S

COMMENTARIUM OFFICIALE \s\ C
io. BIS'-

Directio: PALAZZO APOSTOLICO - CITTÀ DEL VATICANO - *Administratio:* LIBRERIA EDITRICE VATI^&RA^.

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Beatus Claudius La Colombière, professus Societatis Iesu sacerdos, cáeles renuntiatur sanctus.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Notum feci eis nomen tuum et notum faciam, ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis » *(Io* 17, 26).

Hisce vocibus discipulis suis patefacit Dominus Iesus Amoris se templum divini esse qui idcirco hominibus impertitur ut redemptionis simul participes fiant vitaeque et sanctitatis. Sic autem aperit una etiam arcanum cordis sui quod cum Verbi Dei coniunctum persona Altissimi est tabernaculum atque ardentis pariter fornax caritatis fonsque inexhaustus unde universi salutis profluunt thesauri.

In iis vero qui homines vehementius impulerunt divinum ad contemplandum et compensandum amorem quique vires impenderunt plenas in Sacratissimi Cordis Iesu cultum dilatandum, quod interminatae eius caritatis insigne est et intimae item vitae, oportet beatus Claudius La Colombière plane numeretur.

Altero die mensis Februarii, anno millesimo sexcentésimo quadragesimo primo ortus est apud oppidum St. Symphorien d'Ozon in Delphinatu actuarii Bertrandi La Colombière ac Margaritae Coindat filius. Cum autem

eadem domus omnis Viennam deinde commigrasset, primis ibidem scholarum elementis est tinctus ac Lugduni post rhetorices philosophiaeque peregit studia. Septendecim natus annos Societatis Iesu ingressus est novitiatum apud Avenionem situm.

Anno millesimo sexcentésimo sexagesimo sexto Lutetiam ut theologicis operam daret disciplinis transiit. Quo eodem tempore crediderunt illi docendi officium liberos administri a nummariis negotiis regis Ludovici XIV. Presbyteratus auctus ordine die sexto mensis Aprilis anno millesimo sexcentésimo undeseptuagesimo Lugdunum remeavit magistri primum munere honoratus deindeque opere praedicandi ac Marianae Congregationis gubernandae. Quod quidem ministerium maxima pastorali caritate explevit necnon fervido studio ac singulari efficacitate, non solum únicas naturae dotes commonstrans sed supernaturales etiam virtutes praecipuas et solidam ad Deum perducendi homines facultatem. Fidelis servus Iesuque amicus perfectus aliud non concupiscebat quidquam quam ut humili liberali perseveranti animo eius exsequeretur voluntatem atque omnibus prorsus viribus maiorem Dei gloriam procurare niteretur Ecclesiamque aedificare. Quo autem in se apostolatus speciem a Sancto Ignatio depictam certius effingeret, votum nuncupavit cunctas se Regulas Constitutionesque Societatis Iesu completurum. Sollemnia tunc pronuntiavit vota die secundo mensis Februarii anno millesimo sexcentésimo septuagesimo quinto ac rector postmodum est Collegii Paray-le Monial destinatus. Non tamen deerant qui ita excellentem virum mirarentur in urbem tam procul amotam amandatum. Facile vero id inde explicatur quod noverant probe ipsius antistites ibidem apud Visitationis Monasterium demissam sororem religiosam Margaritam Mariam Alacoque, cui Cordis sui divitias paulatim recludebat Dominus, in dubitationibus versari acerbissimis et exspectare praeterea quoad suam idem Dominus impleret promissionem, missurum se nempe aliquem suum « fidelem servum amicumque perfectum » qui ipsam adiuvaret ad commendatum peragendum opus: ut imperscrutabiles universo orbi reseraret amoris illius divitias. Peracri sic beatus Claudius rerum divinarum perspicienda prudentiaque supernaturali consiliarius prudens illius Sanctae Margaritae evasit tum etiam additus, provido Dei motu, adiutor in Cordis Sacratissimi Iesu proferenda pietate. Designatus autem comitissae Eboracensis in Britannia praedicator Londinium processit, ubi adsiduum ac frugiferum maxime egit apostolatum quo plurima etiam cum sui consolatione multos in Ecclesiae catholicae revocavit sinum. Ardua tamen industria illa caelique haud secunda temperie valetudinem interea eius evertentibus indicia paulatim pergravis pulmonum morbi emergebant.

Exeunte anno millesimo sexcentésimo septuagesimo octavo per calumniam accusatus repente coniurationis Summi Pontificis fautricis, comprehenderunt illum ac tres quidem hebdomadas in horrífico continuerunt carcere « King's Bench » nuncupato.

De Britannia eiectus in Galliam rediit adiecta penitus salute. Aestate igitur anno millesimo sexcentésimo octogesimo primo, cum aegritudo ingravesceret, remissus in civitatem est Paray-le-Monial ubi pientissime suum supremum obiit diem scilicet decimum quintum mensis Februarii anno millesimo sexcentésimo octogesimo secundo, sanctitatis insignis fama. Quae licet post mortem aequabiliter vigeret, canonizationis tamen est causa duobus dumtaxat post saeculis instituta.

Omnibus quidem iis servatis canonicis normis quae illa valebant aetate Decessor Noster Pius XI die decimo sexto mensis Iunii anno millesimo nongentesimo undetricesimo titulum ei caelitis Beati indidit. Post illa apud Angelopolitana»! Curiam in California canonica peracta est inquisitio de coniecta sanatione prodigiosa quae in urbe Duarte die vicesimo quinto mensis Februarii anno millesimo nongentesimo nonagésimo patrata erat atque deprecationi ipsius beati Claudii La Colombière adsignata. Feliciter casu ex more apud Congregationem pro Causis Sanctorum inspecto decretum de miro coram Nobis die vicesimo primo mensis Decembris prodiit anno millesimo nongentesimo nonagésimo primo. Adsentientibus deinceps Cardinalibus atque Episcopis in Consistorio globatis die duodetricesimo mensis Aprilis anno millesimo nongentesimo nonagésimo altero ipsi Nos censuimus sollemnem canonizationis ritum Romae peragendum pridie Kalendas Iunias eodem ipso anno.

Hodie igitur in templo S. Petri, Romae, fidelibus utriusque ordinis referto, sollemnissima caerimonia Missam celebravimus, ac suetam formulam pronuntiavimus, sic ut sequitur: « Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, beatum Claudium La Colombière Sanctum esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eum in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

His verbis prolatis, iussimus ut hae Litterae Decretales conficerentur; ac deinde sermonem habuimus de vita et egregia S. Claudii virtute, quem fidelibus imitandum proposuimus.

Hae vero Litterae nunc et in posterum ratae habeantur, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die tricesimo primo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*



Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 324.346

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

KANKANENSIS

In Guinea Praefectura Apostolica Kankanensis ad gradum et dignitatem dioecesis attollitur immutatis finibus et nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum in Apostolica Praefectura Kankanensi intra fines Guineae sita catholica religio missionariorum et cleri illius regionis Africae opera haud parva incrementa suscepisset, ut iisdem ministris Evangelii meritum tribueretur testimonium laudis simulque eorum pastorales firmarentur labores, Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales atque Praesules Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi, re mature perpensa auditisque pariter eorum, quorum interest, faventibus votis, censuerunt nuper ut eadem ad gradum et dignitatem dioecesis eveheretur. Nos vero de totius Dominici gregis bono solliciti, talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate harumque Litterarum virtute memoratam Praefecturam Apostolicam Kankanensem ad gradum et dignitatem dioecesis attollimus immutatis finibus et nomine. Quam insuper novam dioecesim metropolitanae Sedi Konakriensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus; cuius episcopalem sedem in urbe « Kankan » ponimus ac templum ibidem exstans Deo dicatum in honorem Deiparae Virginis titulo « Notre Dame des Victoires » invocatae dignitate cathedralis ecclesiae honestamus. Cetera quidem secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perficienda committimus Venerabili Fratri Aloisio Travaglino, Archiepiscopo titulo Litterensi atque in Guinea Apostolico Pronuntio, vel ab eo delegato sacerdote, factis nempe necessariis facultatibus.

Re autem acta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur. Has denique Apostolicas Litteras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die septimo decimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri sexto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Cascone, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco 33 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 341.685

II
TARAHUMARENSIS

In Mexico Vicariatus Apostolicus Tarahumarensis ad gradum et dignitatem dioecesis attollitur immutatis finibus et nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum esset notum Vicariatum Apostolicum Tarahumarensem in Mexico situm et Societatis Iesu sodalium curis creditum hisce recentioribus annis in catholica religione haud parum feliciter profecisse, Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales atque Praesules Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi, re mature perpensa auditisque pariter eorum, quorum interest, faventibus votis, censuerunt nuper ut idem ad gradum et dignitatem dioecesis eveheretur. Nos vero existimantes id in animarum bono esse cessurum atque cupientes simul iisdem sodalibus meritum laudis testimonium tribuere eorumque pastorales labores confirmare, talem sententiam ratam nunc habemus summaque Apostolica potestate harumque Litterarum virtute memoratum Vicariatum Apostolicum Tarahumarensem ad gradum et 'dignitatem dioecesis attollimus immutatis finibus et nomine. Quam insuper novam dioecesim metropolitanae Sedi Chihuahuensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus; cuius episcopalem sedem in urbe « Guachochi » ponimus

et templum ibidem exstans Deo dicatum in honorem Deiparae Virginis titulo « Nuestra Señora de Guadalupe » invocatae dignitate cathedralis ecclesiae honestamus. Cetera quidem secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum Venerabilis Frater Hieronymus Prigione, Archiepiscopus titulo Lauriacensis atque in Mexico Apostolicus Nuntius, vel ab eo delegatus sacerdos, factis nempe necessariis facultatibus. Re autem acta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur. Has denique Apostolicas Litteras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri sexto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Cascone, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 341.498

LITTERAE APOSTOLICAE

Venerabili Servo Dei Mauritio Tornay Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAUIUS PP.II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Christus passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius » *(1 P e* 2, 21). Exemplum Domini Iesu, boni pastoris qui suam pro grege vitam immolavit, prompta cum generositate secutus est etiam Venerabilis Servus Dei Mauritius Tornay, qui omnia reliquit ut Evangelium nuntiaturus Sinas peteret ac deinde Tibetum, ubi, missionalis plenus ardoris, in animarum salutem incubuit et sanguine effuso suum amorem suamque fidelitatem erga Christum atque Ecclesiam testificatus est.

Intrepidus hic regni Dei servus in loco Rosière est natus, parvo pago paroeciae oppidi Orsières in Helvetiae dioecesi Sedunensi, die xxxi mensis Augusti anno MCMX. Boni parentes illum ad magnos vitae ac fidei valores educaverunt, quos puer cordis nitore et indolis vi appropriavit. Ab anno MCMXxv ad annum MCMXXXI ephebei Abbatiae Sancti Mauritii alumnus fuit; ibi, dum in sapientia crescebat et in gratia, Dei vocationem animadvertit, atque anno MCMXXXI ingressus est inter Canonicos Regulares sancti Augustini Congregationis sanctorum Nicolai et Bernardi Montis Iovis. Die VIII mensis Septembris anno MCMXXXV sollemnem fecit professionem et subsequenti anno, proposito impulsus animas ad Deum ducendi, profectus est ad Missionem sancti Bernardi, quae sedem habebat in oppido Weisi, pertinente ad Vicariatum Apostolicum Tatsienluensem, qui postea est factus dioecesis Camtimensis (in Sinis). Ordinatione presbyterali accepta die xxiv mensis Aprilis anno MCMXXXVIII, cum fervore et se devovendi studio institit in vinea Domini colenda, primum tamquam rector probandorum Seminarii alumnorum loci Houa-lo-pa, deinde uti parochus parvae communitatis christianae oppidi Yerkalo in Tibeto libero. Ut homines ad Christum adduceret, fideliter in sua vocatione vivebat suumque pastoris munus magno cum fervore et caritate explicabat. Fieri coepit Tibetanus cum Tibetanis, eorum sermoni discendo se dedit et inter Christifideles, suae curae commissos, vixit sicut qui ministrat (cf. *Lc* 22, 27). Mense Ianuario anno MCMXXXXVI Christi religionis inimici, Missionem depraedati, eum ab oppido Yerkalo pepulerunt, sperantes fore ut id eveniret, quod Sacra Scriptura dicit: « Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis » *(Mt* 26, 31). Etsi a suo populo seiunctus, illum amare non desiit nec propter eius fidem trepidare in gravi periculo apostasiae versantem. Frustra nisus est iterum se iungere cum sua communitate: idcirco, suorum superiorum permissu peregrinationem suscepit ad urbem Tibeti caput, ut obtineret se in dilectissimae paroeciae moderationem restitui. Pluries iter faciens dixit ad vitam devovendam pro christianis Tibetanis se esse paratum, et occidi periclitans pro fide, nec fugit nec se abdidit. Ita, die xi mensis Augusti, anno MGMIL, apud saltum Choula, insidiis factis, pyroballista christiani nominis hostes eum necaverunt, dum ultimum exsequebatur caritatis actum pro famulo suo, qui primus ceciderat ab interfectoribus ictus.

Huius dignissimi missionarii mors ilico est verum martyrium habita et eiusmodi fama sequentibus annis vulgata est atque confirmata; quam ob rem Episcopus Sedunensis anno MCMLIII Causae canonizationis initium fecit. Die xi mensis Iulii anno MCMXCII, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum ac deinde Sessionis Ordinariae Patrum Cardinahum et Epi-

scoporum sententiis habitis faventibus, coram Nobis est super martyrio decretum promulgatum. Statuimus porro ut Beatificationis ritus Romae celebraretur die **xvi** mensis Maii insequentis anni.

Hodie igitur, in Vaticana Basilica Beato Apostolo Petro dicata, inter Missae sollemnia hanc ediximus formulam: « Nos, vota Fratrum nostrorum Henrici Cardinalis Schwery, Episcopi Sedunensis, Francisci Garnier, Episcopi Lucionensis, Camilli Cardinalis Ruini, Vicarii Nostri pro Romana Dioecesi, et Peregrini Thomae Ronchi, Episcopi Civitatis Castelli, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque Christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Mauritius Tornay, Maria Aloisia a Iesu Trichet, Columba Ioanna Gabriel et Florida Cevoli Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Mauritii Tornay die duodecimo mensis Augusti; Mariae Aloisiae a Iesu Trichet die septimo Maii; Columbae Ioannae Gabriel die vicesimo quarto Septembris et Floridae Cevoli die duodecimo Iunii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae autem per has Litteras decrevimus nunc et in reliquum tempus firma esse volumus et rata, rebus contrariis haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **xvi** mensis Maii, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 330.362

HOMILIA

In Vaticana basilica habita ob decretos Dei servis Mauritio Tornay, Mariae Aloisiae a Iesu Trichet, Columbae Ioannae Gabriel et Floridae Cevoli Beatorum caelitum honores.*

1. « Acclamate a Dio da tutta la terra ».*

Il salmo responsoriale dell'odierna liturgia costituisce un gioioso invito alla lode. Dice il Salmista: « Venite e vedete le opere di Dio, mirabile nel suo agire sugli uomini ».[2] Il riferimento è anzitutto all'esodo: la liberazione del popolo eletto dalla schiavitù d'Egitto e l'intervento salvifico operato in suo favore nel passaggio del Mar Rosso.

Si tratta di un motivo tipicamente pasquale. Dalla Pasqua dell'antica Alleanza la liturgia passa all'Alleanza nuova stipulata nel sangue di Cristo: « Cristo è morto una volta per sempre per i peccati, giusto per gli ingiusti, per ricondurvi a Dio ».[3] Ecco, fratelli e sorelle, il nuovo « esodo », così come **10** presenta l'apostolo Pietro, che esclama: « Adorate il Signore, Cristo, nei vostri cuori ».[4] In questo tempo pasquale giunge a noi rinnovato e insistente l'annuncio di Pietro, primo tra i testimoni del Mistero pasquale di Cristo.

2. In questo medesimo tempo, la liturgia torna frequentemente anche alle parole pronunciate da Cristo alla vigilia della sua morte in Croce. Parole pre-pasquali, che la Chiesa rilegge nella luce della Pasqua. Prima della morte e risurrezione di Cristo, esse erano annuncio e promessa. Ora, dopo la Pasqua, la Comunità dei credenti — come narrano gli Atti degli Apostoli — riconosce la realtà della salvezza: le promesse si sono adempiute. Ecco **11** tempo per gioire delle parole prima ascoltate e custodite nella memoria degli apostoli e dei discepoli del Risorto. Quant'è mirabile il modo in cui esse si sono verificate!

Cristo assicura ai suoi: « Non vi lascerò orfani, ritornerò da voi. Ancora un poco e il mondo non mi vedrà più; voi invece mi vedrete, perché io vivo e voi vivrete ».[5]

Io vivo, perché sono nel Padre mio; anche voi vivrete, perché siete in me e io in voi.[6]

* **Die 16 m. Maii a. 1993.**

[1] ***Sai* 66 (65) „ 1.**

[2] ***Ibid.* 66 (65), 5.**

[3] **2 Pi 3, 18.**

[4] ***Ibid.* 3, 15.**

[5] ***Gv* 14, 18-19.**

[6] **Cf. *ibid.* 14, 20.**

3. Durante il tempo di Pasqua, in modo particolare, la Chiesa intera è chiamata a riconoscere e sperimentare le opere mirabili che Dio compie tra gli uomini,[7] specialmente in coloro che « amano Cristo » in maniera eroica accogliendo senza riserve i suoi comandamenti e osservandoli fino in fondo.[8] Dio stesso ama questi suoi figli con singolare predilezione, e viene a loro: il Padre e il Figlio prendono dimora in essi mediante lo Spirito Santo. A quanti sono stati pienamente disponibili alla sua parola, il Figlio ha rivelato se stesso e il Padre, poiché ama con un amore particolare coloro che lo amano.

Oggi, carissimi fratelli e sorelle, la Chiesa ha la gioia di proclamare « beati » quattro di questi discepoli, così disponibili alla parola del Signore da ricevere in se stessi la pienezza dell'amore del Padre e del Figlio.

Ecco i loro nomi: Maurice Tornay, Marie-Louise de Jésus Trichet, Colomba Gabriel, Florida Cevoli.

Essi provengono da vari Paesi, da diversi popoli. Davvero in essi e per essi « tutta la terra acclama il Signore ».[9]

4. Pour répondre généreusement à l'appel de Dieu, Maurice Tornay découvre qu'« il faut aller jusqu'au bout », vivre l'amour héroïquement. L'amour de Dieu n'éloigne pas des hommes. Il pousse à la mission. Dans l'esprit de sainte Thérèse de Lisieux, Maurice Tornay n'a qu'un désir: « Conduire les âmes à Dieu ». Dans l'esprit de son Ordre, où chacun risque sa vie pour arracher des hommes à la tempête, il demande à partir au Tibet pour gagner des hommes au Christ.

Il commence par se faire Tibétain avec les Tibétains: il aime ce pays, qui devient sa seconde patrie; il s'attache à en apprendre la langue, afin de mieux communiquer le Christ. Comme le bon Berger qui donne sa vie pour ses brebis, Maurice Tornay aime son peuple, au point de ne jamais vouloir l'abandonner.

Frères et soeurs, implorons l'Esprit Saint. L'Église et le monde ont besoin de familles qui, comme la famille Tornay, soient des creusets où les parents transmettent à leurs enfants les appels du Christ à la vie chrétienne, sacerdotale ou religieuse. Rendons grâce pour les germes d'espérance dans la terre d'Asie. La mission et la passion du Père Tornay, et de ses prédécesseurs des Missions étrangères de Paris et des Chanoines du Grand Saint-Bernard, portent des fruits, silencieusement, dans la lente maturation. On ne peut que se réjouir du dialogue respectueux entre les

[7] Cf. *Sal* 66 (65), 5.
[8] Cf. *Gv* 14, 21.
[9] Cf. *Sal* 66 (65), 1.

moines tibétains et les moines catholiques, pour découvrir Celui qui est la voie, la vérité et la vie. Des vocations se lèvent, comme en témoigne l'ordination récente d'un élève du bienheureux; des chrétiens poursuivront l'œuvre du Père Tornay qui souhaitait instruire les enfants et les conduire à la sainteté; car seule une vie sainte mérite d'être vécue.

5. LrÉvangile nous a fait entendre les paroles de Jésus: « Si quelqu'un m'aime, il gardera ma parole ».[10] Garder la parole du Christ, Sagesse éternelle de Dieu, rester fidèle à ses commandements, c'est apprendre, comme l'a fait Mère Marie-Louise Trichet à l'école de saint Louis-Marie Grignion de Montfort, à méditer la richesse infinie de sa présence et de son action dans le monde.

Marie-Louise de Jésus s'est laissée saisir par le Christ, elle qui a recherché passionnément l'alliance intérieure de la sagesse humaine avec la Sagesse éternelle. Et le déploiement naturel de ce lien d'intimité profonde, ce fut une action passionnément dévouée aux plus pauvres de ses contemporains. L'adoration de la Sagesse du Père, incarnée dans le Fils, porte toujours à servir quotidiennement ceux qui n'ont rien pour plaire aux yeux des hommes, mais qui demeurent très chers au regard de Dieu.

Ce matin, frères et sœurs, rendons grâce au Seigneur pour la fondation de la grande famille religieuse des Filles de la Sagesse, fruit de la sainteté personnelle de saint Louis-Marie et de la bienheureuse Marie-Louise de Jésus. Leur eminente charité, leur esprit de service, leur aptitude à conserver, comme la Vierge Marie, « toutes choses en leur cœur »,[11] nous sont désormais donnés en exemple et en partage.

6. Quando una persona si rende disponibile interamente al soffio dell'amore di Dio, viene coinvolta in una « avventura » spirituale, che sfugge ad ogni umana previsione. La sua anima come vela s'apre al vento dello Spirito e Dio può spingerla secondo gli imperscrutabili disegni della sua provvidenziale Misericordia.

Così è stato per Madre Colomba Gabriel, che già dalla prima adolescenza pronunciò il suo « sì » pieno e sincero a Cristo, decisa a « non anteporre nulla al suo amore », secondo, l'insegnamento del grande Padre Benedetto. Lo Spirito Santo, attraverso la via della sofferenza, la distaccò dalla terra d'origine, la condusse a lasciare tutto e a ricominciare da capo. In lei, infatti, il Signore aveva posto .un carisma speciale: il dono dell'apostolato attivo della carità, da innestare sul tronco contemplativo della regola benedettina.

[10] *Jn* 14, 23.
[11] Cf. *Lc 2,* 51.

Com'è attuale, Madre Colomba, la missione da te vissuta e trasmessa alle tue Figlie! Oggi più che mai le nuove generazioni hanno bisogno di guide che siano testimoni fedeli di Dio: esse vanno alla ricerca di persone che chiamino alla vita con la voce del Cristo vivente. I giovani domandano — magari in modo implicito — educatori veri, animati da un profondo senso di maternità e paternità spirituale, né possessiva né dimissionaria, ma liberante con la forza della verità e dell'amore, con quella forza dolcissima che Dio solo può donare.

7. Un profondo desiderio di piena conformazione alla volontà di Dio caratterizzò anche l'intera vita di consacrazione della beata Florida Cevoli, formata alla scuola spirituale di santa Veronica Giuliani. Animata dallo Spirito di Verità, che conduce i credenti ad interiorizzare la Parola di Dio trasformando e santificando dall'interno la loro esistenza, la nuova Beata, nel suo ufficio di abbadessa, seppe vivere con stile evangelico il suo compito, come vera serva delle consorelle. Con l'esempio trascinò l'Ordine delle Clarisse Cappuccine alla generosa osservanza della regola francescana, in modo speciale per quel che riguarda la povertà, l'austerità e la semplicità della vita.

La riservatezza della clausura e il desiderio del raccoglimento in Dio non le impedirono tuttavia di accogliere e condividere i problemi della società circostante. L'intimità spirituale rese anzi maggiormente convinto ed efficace il suo interessamento, come testimonia sia la corrispondenza che tenne con alcuni personaggi influenti del suo tempo, sia l'autorevole mediazione da lei offerta per la pacificazione della popolazione di Città di Castello.

L'espressione « Iesus amor, fiat voluntas tua », con cui costantemente iniziavano le sue lettere, ben riassume il senso profondo dell'intera sua esistenza, totalmente orientata all'amore di Gesù crocifisso e al servizio dei fratelli.

The pastoral ministry of Bishops and priests constantly comes up against a failure to recognize the full truth about the human person. As you have rightly pointed out, a onesided and distorted anthropology présents the Ghurch in America with a serious pastoral challenge.[17] What can be done to help Priests, Religious and laity to have a true and balanced sense of what it means to be unfaithful to God, and therefore to sin? Certainly, proper teaching is required. Undoubtedly the first stage in renewing the practice of the Sacrament of Penance is to preach clearly what Saint John tells us: "If we say we have no sin, we deceive ourselves, and the truth is not in us".[18] By stirring up in people's hearts an ardent desire for forgiveness and the consolation of meeting the Father who is "rieh in mercy",[19] those who preach the Gospel of salvation will help the faithful to redisco ver "the beauty and joy of the Sacrament of Penance".[20] But knowledge needs to be accompanied by efforts to make as readily available and as helpful as possible the practice of the Sacrament of Penance. Despite some hopeful signs, this remains a grave and urgent pastoral problem. I urge you to respond to it with concrete initiatives. Düring your 1988 *ad Limina* visit, I emphasized that "in something as sacred as this Sacrament sporadic efforts are not enough to overeóme the crisis".[21] Once again I renew my appeal to you to implement pastoral plans with the explicit purpose of encouraging fréquent, devout and joy fui célébration of Penance.

5. One of the responsibilities of your Episcopal ministry is that of overseeing the observance of the doctrinal and liturgical norms governing the célébration of Penance.[22] For Catholics in a state of mortal sin, individual and integral confession and absolution remains the ordinary way of being reconciled with God and the Church.[23] The absolving word of the Divine Physician—"your sins are forgiven"[24]—spoken by the priest acting *in persona Christi Capitis,* is addressed personally to the individual pénitent. Any exceptions to this practice are governed by the conditions of *gravis necessi-*

[17] Cf. *NCCB,* Committee for Pastoral Research and Practices, *Reflections on the Sacrament of Penance in Catholic Life Today.*

[18] *1 Jn* 1:8.

[19] *Eph* 2:4.

[20] *Pastores dabo vobis,* 48.

[21] *Address to the Bishops of the United States,* 31 May 1988, 8.

[22] Cf. *Christus Dominus,* 15.

[23] Cf. *Catechism of the Catholic Church,* 1484; *CIC,* canon 960; *Reconciliatio et paenitentia,* 17.

[24] *Mk* 2:5.

tas required for granting general absolution,[25] to be understood according to the Church's clearly expressed mind in this regard.

Essential to the renewal of sacramental practice is the generosity of priests, zealous to serve as ambassadors of Christ's mercy,[26] and wise in the ways in which the Holy Spirit leads the soul to ever greater love of God. Programs of formation should provide priests with the training necessary to become good and holy confessors. Seminarians need to have a full grasp of dogmatic, spiritual and moral theology. Inspired by the example of fervent priests, they should develop a pastoral sensibility founded on a sound psychology of the human person. They should grow to have a welcoming attitude and a deep compassion towards all those who seek God's mercy. Confessors, who are instruments of divine forgiveness, must be patient, never hurrying pénitents or, as sometimes happens, restricting the number of sins they can confess. Parishes should guarantee scheduled times for Penance or, when pastoral need recommends it, make the Sacrament available to the faithful before Mass. Advent, Lent and the days of the Sacred Triduum are especially appropriate times for evoking conversion and celebrating the Sacrament of Penance.

6. We cannot speak of the spiritual renewal of your Diocèses without carefully examining also the state of your people's faith and participation in the Eucharist, which is the source, center and culmination of the Church's life.[27] Jesus' "sincere gift" of himself offered on the Cross is made présent and applied in the Eucharist which "créâtes" his body, the Church.[28] It follows that stewarding this great mystery is among the greatest privilèges and responsibilities of your Episcopal Office. Regrettably, it can sometimes happen that the Liturgy is seriously marred by illicit omissions or additions to the approved texts. In such instances, "it is for the Bishops to root out such abuses, because the régulation of the Liturgy dépends on the Bishop within the limits of the law".[29]

Because a Parish is essentially a Eucharistie community, it should have a priest who has the "utterly irreplaceable" role of offering Mass for the faithful.[30] Some of you are confronted with the situation of not being able

[25] *CIC,* canon 961; cf. *Catechism of the Catholic Church,* 1483.

[26] Cf. *2 Cor* 5:20.

[27] Cf. *Lumen gentium,* 11; *Catechism of the Catholic Church,* 1324-1327.

[28] Cf. *Lumen gentium,* 28; *Mulieris dignitatem,* 26.

[29] *Vigesimus quintus annus,* 13.

[30] Cf. *Pastores dabo vobis,* 26.

to provide a priest for every community that has traditionally had one. As an interim and emergency measure—for Catholic doctrine would admit no other judgment—, it has become necessary in some places to conduct a Sunday célébration in the absence of a priest, and for this the Holy See has issued appropriate norms.[31] Such situations offer only a temporary solution. While greatly appreciating the generous assistance of Religious and members of the laity in this regard, a truly living community cannot resign itself to being without a priest to offer the Eucharist for them. Conscious of the urgent need of priests for the Church's continuing life and mission, I urge you to promote prayer for vocations, to become personally in volved in inviting young men to consider this call, t o appoint suitable priests as Vocations Directors in your Diocèses, and to give them the support they need. In the meanwhile, such assemblies, which are "in expectation of a priest",[32] are an occasion of many blessings for their participants.

7. My final thoughts this morning turn to Denver and the World Day of Youth, when I will have the opportunity to meet young men and women from ali over America and the rest of the world. I wish t o express my deep gratitude to the Bishops and all those involved in preparing this event. Thanks to your enthusiastic encouragement, many young men and women will be in Denver, where they will proclaim that Jesus Christ is their Companion on their pilgrim way[33] and the Giver of the fullness of life.[34] We must pray that, from the heart of your beloved Nation, the world's youth will be stirred to accept the mission of proclaiming that they "have been born anew to a living hope through the résurrection of Jesus Christ from the dead".[35]

Entrusting you, and ali the priests, Religious and faithful of your Diocèses to the loving protection of Mary, the Virgin Mother of Mercy, I cordially impart my Apostolic Blessing.

[31] Cf. CONGRÉGATION FOR DIVINE WORSHIP, *Directori/ for Sunday Célébrations in the Absence of a Priest.*

[32] *Directory,* 27.

[33] Cf. *Jn* 15:15.

[34] Cf. *ibid.* 10:10.

[35] *1 Pt* 1:3.

V

Ad quosdam Americae Septemtrionalis episcopos in visitatione sacrorum liminum.*

Dear Brother Bishops,

1. "Grace to you and peace from him who is and who was and who is to come".[1] I welcome you this morning, pastors chosen to shepherd the Lord's flock[2] in Arizona, Colorado, New Mexico and Wyoming. This *ad Limina* meeting testifies to the responsibility we have in common for all the Churches,[3] and to our shared duty to guard the truth that has been entrusted to us by the Holy Spirit who dwells within us.[4] We are experiencing this moment of fraternal union as the Church prepares to celebrate the Solemnity of the Body and Blood of the Lord. This solemn Feast affords us the opportunity to reaffirm that communion between the particular Churches in the universal Church is rooted above ali in the Eucharist, "by which the unity of the Church is both signified and brought about".[5] In this way we are reminded that only by being one with Christ in his self-offering t o the Father, made présent and applied at the Altar of Sacrifice, can we be worthy and effective instruments of the sanctification of God's beloved people.

In fact, in these *ad Limina* dialogues with the United States Bishops I have been referring to the Bishop's duty to preach the call to holiness. My conversations with the members of your Conference strengthen me in the conviction of the urgent need for a genuine spiritual renewal in the life of the Church in your country. You too must be convinced that the principal aim of your ministry is to lead the people entrusted to you to "put on the new nature, created after the likeness of God in true righteousness and holiness".[6] Ali the other demands made on you take their sense and purpose from this fundamental task.

2. Last week I spoke to another group of Bishops about some aspects of Baptism, Penance and the Eucharist. Today I wish to say something

* **Die 8 m. Iunii a. 1993.**

[1] ***Rev* 1:4.**

[2] **Cf. *Lumen gentium,* 21.**

[3] **Cf. *2 Cor* 11:28.**

[4] **Cf. *2 Tim* 1:14.**

[5] ***Unitatis redintegratio, 2.***

[6] ***Eph* 4:23.**

about Marriage and Holy Orders, two sacraments ordained to the corporate life of the ecclesial community. Those who receive these Sacraments are consecrated by the Holy Spirit for a special mission in the Chúrch, either as Christian spouses and parents or as pastors of souls.[7] The general crisis of values in society has had an especially harmful effect on the way these two Sacraments are considered and lived. But the Church, as a living and dynamic reality whose strength is the Gospel, "the power of God for salvation to every one who has faith",[8] must react to défend the whole truth and support the rightful application of God's intentions for marriage and the priesthood.

3. An outlook expressing the supposed absolute autonomy of personal judgement claims to see the family as just one of many freely chosen and disposable institutions whose purpose is to foster the individual's self-fulfillment. This outlook gives rise to efforts to legitimize other so-called "domestic partnerships" which claim rights that properly belong only to families. Instead, for the Church, marriage and the family are sacred realities. They are not simply a personal lifestyle, the personal project of the individuáis involved. Respect for God's will so clearly revealed in the order of création[9] demands that the Church oppose any attempt to redefine marriage and the family on any other basis. The Church continues to proclaim that authentic family values can only be built upon marriage between man and woman as ordained "in the beginning".[10] Pastors should encourage the laity to assume their full responsibility for promoting civil laws, national policy and social institutions that défend and foster the rights and duties of the family in its originai truth.[11]

In a recent statement of the National Conference of Catholic Bishops, you noted with alarm that the United States has "the highest divorce rate, the highest teen-age pregnancy rate, the highest child poverty rate and the highest abortion rate in the Western world".[12] These indications of social and moral breakdown provide a serious challenge for the Catholic community to respond with pastoral realism. Serious attention should be given to strengthening the sense of marriage and family life among Catholics themselves, especially among young couples preparing for marriage.

[7] *Catechism of the Catholic Church,* 1534-1535.
[8] *Rom* 1:16.
[9] Cf. *Gen* 1:26-28.
[10] Cf. *Mt* 19:4.
[11] Cf. *Familiaris consortio,* 44.
[12] *Putting Children and Families First* (1991), H.A.

A rich and demanding program of préparation for catechumens has given excellent results in many Diocèses of the United States. Given the importance of marriage as the vocational sacrament through whose grace most men and women are sanctified, and children are schooled in life as well as in faith, an analogous spiritual préparation for those who are to be married "in the Lord"[13] is surely needed. A strengthening of Pre-Cana and other programs, and the personal involvement of priests in the spiritual préparation of couples will help provide the foundation for stronger marriages. Moreover, just as the catechumenate is followed by a period of *mystagogia,* so also sustained pastoral care should be offered to the newly married.

4. This year the Church célébrâtes the twenty-fifth anniversary of *Humanae vitae,* in which Pope Paul VI reaffirmed the teaching on the immorality of separating—intentionally and by artificial means—the two intrinsic meanings of the marital act: the unitive and the procreative.[14] This teaching has been repeated over and over again in the Church during the past twenty-five years.[15] The "Catechism of the Catholic Church" clearly reaffirms it.[16] However, inadequate and insufficient explanation is at least partially responsible for the fact that many Catholics have difficulty in applying that teaching. The challenge is to make better known and appreciated the dignity and joy of human sexuality li ved according to the truth of the body's nuptial meaning. In programs for marriage préparation, and other pastoral efforts directed to the support of marriage and family life, couples should be presented with the full truth of God's pian for living their conjugal love with integrity.

Again, I encourage you and your Brother Bishops of the United States to give generous support to naturai family planning programs. Each Diocèse should candidly examine its priorities to determine whether it provides the necessary means to make better known the naturai methods of regulating fertility.[17] Likewise, in your ministry you should inspire confidence and hope in parents, emphasizing the joys and challenges of their vocation. Pastoral charity requires that Church agencies be particularly concerned with families in difficulty, broken families, one parent families,

[13] Cf. *1 Cor* 7:39.
[14] Cf. no. 14.
[15] Cf. for example, *Familiaris consortio,* 29-33.
[16] Cf. no. 2370.
[17] Cf. *Familiaris consortio,* 35.

but it also demands that the central object of the Church's pastoral attention should be the traditional, stable family where éducation, socialization and transmission of Catholic faith and values is accomplished. The Holy See, acknowiedging the value of the United Nations proposai to make 1994 the Year of the Family, has willingly adhered to that initiative. At the local level, Diocèses and Catholic institutions are called to take this opportunity in order to increase their efforts to défend and promote family life.

5. Recognizing the new challenges to be met in preparing men to be priests for the Third Millennium of Christianity, the last Synod of Bishops dealt at length with the question of priestly formation. Garnering the fruits of this discussion, I subsequently issued the Apostolic Exhortation *Pastores dabo vobis* to guide Pastors and all concerned in their task of revitalizing the human, spiritual, intellectual and pastoral préparation of seminarians. I am encouraged too by your Conference's approvai of the revised "Program of Priestly Formation". That document provides a solid framework for formation insofar as it clearly présents the sacramental consécration of the priest as a configuration to Jesus Christ so that he can truly act *in persona Christi Capitis* and in the name of the Church.[18] No other way of conceiving the priesthood does justice to the Church's understanding of the Lord's intentions. It only remains for me to urge you to be demanding in the sélection of candidates, to provide well-qualified priests for seminary ministry, and not to compromise the standards required by the challenges facing priests today. Only the Ordinary can cali a candidate to the diaconate and priesthood. He must therefore feel personally responsive before the Lord and before the Church for the décisions he makes in this regard.

I pray that the increase in candidates to the priesthood, apparent in some Diocèses, will be the beginning of a trend that will spread to all corners of your great country. Bishops who know their seminarians and who take time to shepherd them as spiritual sons will build Churches strong in fraternity and spiritual communion. The consistent witness of your own zeal for soûls, your own fidelity to the Gospel transmitted in the Church, your interior joy and simple life style, will so often provide the example from which men are first able to recognize their call to priesthood.

[18] Cf. *Catechism of the Catholic Church,* 1548-1553.

For the new evangelization to bear fruit, the Church will need priests whose spiritual life has been shaped by asceticism, interior discipline, a spirit of sacrifice and self-denial.[19] Where a culture of self-centeredness and self-indulgence has made inroads, these essential virtues and dispositions need to be given specific attention in spiritual formation. The ministerial priesthood marks a man permanently and indelibly in his inner being.[20] It is not a profession or a "career" in the secular sensé. A certain worldliness, exaggerated financial concerns and secular attitudes towards "retirement" are among the factors that work against fostering a genuine pastoral charity which flows from an interior life enlivened by the Spirit.[21] Bishops and priests together must face these demands and rise to the challenges involved. Similarly, associations whose purpose is to support priests by providing opportunities for fraternal support and spiritual growth, thus rejuvenating enthusiasm for their ministry, deserve your encouragement.

Permit me a few words of confidence about situations that profoundly grieve you and so many others, and whose bürden we ail feel deeply.[22] As a "fellow eider and a witness of the sufferings of Christ",[23] I share your sadness and disappointment when those entrusted with the sacred ministry fail in their commitment, becoming a cause of public scandai that undermines people's trust in the Church's Pastors and damages priestly morale. These failures are tragic for the victims and for the clerics involved. We must pray ardently for ail those affected by this misconduct, knowing that our Redeemer is close to those who suffer injustice from the hands of others, and that his mercy reaches the contrite of heart.

The failures of a small number of clerics make it all the more important that seminary formation discern scrupulously the charism of celibacy among candidates for the priesthood. This requirement is not just a passing legal norm or an externally imposed condition for ordination, but a value profoundly linked with the priest's sharing in the Bridegroom's care of his Body, the Church.[24] By supporting their healthy psychosexual development, a sound human formation and growth in grace and virtue will enable seminarians to accept joyfully and live serenely this "precious

[19] *Pastores dabo vobis,* 48.
[20] Cf. *ibid.,* 70.
[21] Cf. *ibid.,* 19.
[22] Cf. *Gal* 6:2.
[23] *1 Pt* 5:1.
[24] Cf. *Pastores dabo vobis,* 50.

gift of God",[25] by which they share in Christ's spousal self-giving to the Church,[26] whereby he loves his People with a pure, generous and constant heart.[27]

7. Finally, my thoughts turn to the World Youth Day in Denver, which is fast approaching. There we will join young people from ali over the world to profess with Peter: "You are the Christ, the Son of the living God";[28] "You have the words of eternai life".[29] This is a pilgrimage of faith and friendship to encounter Christ in the City—in his Eucharistie self-offering, in the sufferings of our brothers and sisters, in the prayers of his People. May the Savior who gave himself "for the life of the world"[30] find a youth prepared to meet him, encouraged by your generous assistance and enthusiasm. Young people are special gifts t o the Church, her aids of hope and protagonists of Christianity's new springtime.[31]

In this era of the Church, the Holy Spirit perpétuâtes the grace of Pentecost, preserving unity, guiding Christ's disciples into the fullness of truth[32] and enlivening the communion of ali the faithful.[33]

Yet, like her Spouse and Lord, the Church must also pass through an earthly "hour"[34] of dedicated commitment and work, even of suffering. I pray that Our Lady of Guadalupe, Protectress of the Americas, to whom I entrust the priests, Religious and lay faithful of your Diocèses, will accompany and strengthen you in your ministry. Through her maternal médiation may she obtain for you a share in her unfaltering faith, constant hope and fervent love. With my Apostolic Blessing.

[25] *Optatam totius,* 10.
[26] Cf. *Eph* 5:25-27.
[27] Cf. *Pastores dabo vobis,* 22.
[28] *Mt* 16:16.
[29] *Jn* 6:68.
[30] *Ibid.* 6:51.
[31] Cf. *Redemptoris missio,* 86.
[32] Cf. *Jn* 16:13.
[33] Cf. *Dominum et Vivificantem,* 25.
[34] Cf. *Jn* 17:1.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

CARACEN.

DECRETUM

Beatificationis Servae Dei Aemiliae a Sancto Ioseph (in saec.: Mariae Aemiliae Chapellín Istúriz), Fundatricis Congregationis Parvarum Servarum Pauperum de Maiquetia (1858-1893).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Humanae aegritudinis ambitus continenter quodammodo alium postulat, qui in caritate humana consistit; quodammodo dolor causa est ut homo, suae utilitatis immemor, hoc amore in animo suo et operibus excitetur. Non licet homini "proximo" neglegenter pertransire aliorum dolores videns, propter hominum necessitudinem fundamentalem, eo minus ei licet propter amorem erga proximum. Debet ille "consistere", "animo commoveri, ita se gerere sicut Samaritanus in parabola evangelica" » (IOANNES PAULUS II, Epistula Apostolica *Salvifici doloris,* 29: *AAS* 76 [1984] 244).

Evangelica doctrina illuminata et caritate impulsa, Serva Dei Aemilia a Sancto Ioseph Domini laudi necnon pauperum aegrotorumque ministerio vitam consecravit, in quibus Christi patientis videbat praesentiam, et pro eorundem spiritali ac materiali bono novam condidit congregationem religiosam, quam exemplo suo proximum egenum amare docuit ad donum usque sui.

Dei Serva Caracis in Venetiola orta est die 7 mensis Decembris anno 1858, nobili diviteque familia. Pii parentes, Raimundus Chapellin Ochoteco et Trinitas Istúriz Pérez eam paucos post dies baptizandam curaverunt nomenque ei Mariam Aemiliam indiderunt. Duos ferme annos nata, ex temporis illius consuetudine, Confirmationis sacramentum accepit et postea se eucharistico Pane assidue alere coepit. Educationi, qua erat imbuta, docilis, cito pietatem incepit et virtutem colere, erga indigentes et aegros opera misericordiae exercere, puerulos christiana doctrina instituere et modeste atque simpliciter vivere, mundi inania vitans et oblectationes. Matre mortua (anno 1885) se Deo consecrare statuit et, cum in Venetiola Ordines religiosi aboliti essent, patria relicta in insula *Curaçao* ingressa est in Sororum Tertiariarum Franciscanarum Nederlandiensium Congregationem. At gracilis infirmaque valetudo eam ibi manere non sivit; quam ob rem invita in Venetiolam rediit, appetitione se totam Deo dedendi non deposita. Hoc votum ad effectum adduxit in urbe *Maiquetia,* quo cum familiaribus se contulerat ut se curaret. Spiritaliter recta a loci parocho Iacobo Machado, particeps facta est Consociationis a Sancto Ioseph, quae aegrotis pauperibus assiduitatem in eorum domibus praebebat cuiusque est praeses facta. Deinde cum sociis curam adhibuit de infirmis qui in parvo valetudinario iacebant, ab eodem alacri sacerdote instituto. Ibi, cum archiepiscopi Caracensis approbatione, condidit, die 25 mensis Septembris anno 1889, Parvarum Servarum Pauperum de Maiquetia Institutum, quod prima fuit Congregatio Venetiolana feminina. Paulo post vestem religiosam induit et nomen cepit Sororem Aemiliam a Sancto Ioseph. Die 19 mensis Aprilis anno 1890 vota religiosa nuncupavit temporanea et die 11 mensis Decembris anno 1892 perpetua.

Cum prudentia et summa cum diligentia Communitatem rexit, Constitutionibus instruxit et Regula atque eius prospexit confirmationi et incremento. Anno 1892, etsi parvae erant opes, potuit Caracis quoque domum aperire. Materna cum sollicitudine, benignitate et firmitudine formationi consuluit Sororum sodalium, quibus continenter fidelitatis erga vocationem splendido fuit testimonio pariterque heroicae perfectionis in religiosis votis christianisque virtutibus colendis. Solidae namque et vivae fuit fidei, quae eius cogitationum lumen fuit, eius verborum et actuum. Mente et corde assensa est divinae revelationi atque Ecclesiae magisterio et etiam in difficilioribus casibus Dei est confisa bonitate et Providentiae auxilio.

Sine exceptione et cum gaudio Christum pauperem, oboedientem et castum est secuta, et eius regni aedificationi, animarum saluti, fidei propa-

gationi, praesertim per misericordiae spiritalis et materialis opera, impigre interfuit. Dominum a iuventute omnibus viribus dilexit, eius divina mandata et Ecclesiae praecepta perfecte servavit, peccatum vitavit omneque vitii genus; sine intermissione progredi exoptavit in Domini imitatione, intimam cum Deo coluit coniunctionem; assidua fuit in deprecatione, ardens in pietate erga Eucharistiam, Christi Passionem et Virginem Mariam. Peculiarem Sancti Ioseph nutrì vit fiduciam, quem invocabat ut adiuvaretur in serviendo membris Christi patientibus, quae eius pretiosi fuerunt thesauri, pro quorum bono se devovit, eos in necessitatibus consolando et adiuvando. Pro eis familiae suae commoda relinquere non dubitavit nec eam puduit in viis Caracensibus stipem corrugare. Pro eis, salutem neglexit suam, iam infirmam, persuasum habens proximum usque ad donum sui amandum esse, praeceptum sequens et exemplum Magistri, qui dixit: « Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos » *(Io* 15, 12). Cum spem suam in Deo collocasset in eiusque misericordia, aequo animo difficultates tulit, incommoda, egestatem et indignitates, semperque praemium aeternum appetivit. Viribus suis non est confisa nec terrestribus bonis et omni tempore humile se habuit instrumentum in Domini manibus. Plane temperans fuit, in Deum iusta et in proximum, in fidelitate erga suam vocationem fortis, constans in munere exsequendo, diligens in officiis conficiendis, patiens in aerumnis et in morbis, prudens in rebus adhibendis ad vitam aeternam consequendam et in sua Congregatione moderanda. Phthisi affecta, studiose perrexit se Operi suo dedere, et etiam cum fuit ei Communitas aliquandiu relinquenda, ut se curaret, nec pauperes est oblita nec cum perfectione ex sua religiosa consecratione vivere. Plene Dei voluntati obsequens, Macuti obiit die 18 mensis Ianuarii anno 1893, pie Sancta accepta Eucharistia.

Cum fama sanctitatis, qua viva fuit insignis, post eius mortem duraret, Archiepiscopus Caracensis Causae canonizationis initium fecit per processus ordinarii informativi celebrationem (annis 1957-1959). Decretum super Causae introductione est die 24 mensis Februarii promulgatum anno 1979. Celebrationis processus apostolici vacatione concessa, instrumenta collecta sunt ad Servam Dei pertinentia. Apparata Positione super virtutibus, die 22 mensis Iunii anno 1993 prospero cum exitu actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Deinde, die nempe 16 mensis Novembris subsequentis, Patres Cardinales et Episcopi in Sessionem Ordinariam congregati, Causae Ponente Em.mo Cardinali Antonio Innocenti, agnoverunt Servam Dei Aemiliam a Sancto Ioseph heroum in modum virtutes coluisse théologales, cardinales iisque adnexas.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandos, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Aemiliae a Sancto Ioseph (in saec.: Mariae Aemiliae Chapellin Istúriz), fundatricis Congregationis Parvarum Servarum Pauperum de Maiquetia, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

£B Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

II

CURIEN.

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servae Dei Mariae Theresiae Scherer (in saec.: Annae Mariae Catharinae), Confundatricis et Primae Moderatricis Generalis Congregationis Sororum a Caritate S. Crucis ab Ingenbohl (1825-1888).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Maria Theresia Scherer mensis Octobris die 31 nata est anno 1825 in oppido patrio sermone *Meggen* appellato, in Helve-

tica Basileensi dioecesi posito. Anno 1845 inter Sorores Magistrarum a Sancta Cruce introivit, paulo ante a P. Theodosio Fiorentini conditas. Cum Institutum in duas distinctas autonomasque congregationes divisum est (anno 1856), facta est Antistita Generalis Sororum a Caritate Sanctae Crucis, domum principem habentium Ingenbohlii. Omnibus viribus summaque cum prudentia in suae religiosae familiae bonum incubuit, cui continua splendidaque exempla praebuit fidelitatis erga voluntatem Dei, erga Evangelium atque vocationem et vota religiosa. Maternam adhibuit curam de Sororibus sodalibus, aegrotis, pauperibus, orphanis, grandibus natu, operariis, sacerdotibus infirmis. Pie mortua est die 16 mensis Iunii anno 1888.

Fama sanctitatis durante, Episcopus Curiensis Causae canonizationis initium fecit et annis 1941-1942 processus ordinarius informativus celebratus est. Iis peractis, quae ius canonicum statuit, postridie Calendas Apriles anno 1993 Summus Pontifex Ioannes Paulus II declaravit Matrem Mariam Theresiam Scherer heroum in modum coluisse virtutes théologales, cardinales iisque adnexas.

Ad beatificationem obtinendam Causae Postulatio Congregationi de Causis Sanctorum iudicandam permisit coniectam miram sanationem Venerabilis Servae Dei deprecationi tributam. Sanatio pertinet ad puellam Brunam Hötzel, triennem, quae die 20 mensis Augusti anno 1951, dum parvulorum puerorum ludum frequentabat Sororum a Caritate Sanctae Crucis Laxenburgi (in territorio Vindobonensi) obiter in labrum cecidit aquae pluvialis. Nemo rem animadvertit donec puella candidata circiter horam undecimam ante meridiem, pusae corpus exanime et gelidum collegit, cuius oculi aperti erant et immoti. Soror, cui statim corpusculum traditum est, decem vel quindecim horae momenta nisa est illam redanimare, sed frustra. Arcessitus deinde est medicus qui, hora undecima et semihora advenit repperitque Brunam sensu carentem, quae faciem habebat cineream, cadaverosam, nec respirabat. Eius arteriarum pulsus non percipiebatur nec cordis palpitationes; pupillae, maxime dilatatae, luci non respondebant et oculorum tunica obscurior erat. Idem medicus, quamvis iudicavisset mortem demersione evenisse, respirationem artificiosam facere perrexit. Interim ludi Sorores multa cum fide et instantia Matris Mariae Theresiae Scherer intercessionem invocabant, et cum pusa est in diaetam valetudinarii delata, sub eius cervicali eiusdem Servae Dei reliquiae positae sunt. Meridie et semihora Bruna sponte coepit respirare, etsi inaequabiliter; paulo post arteriarum pulsus leviter animadvertebatur itemque cordis palpitationes. Circiter horam quartam postmeridianam sensus rediit nec quaequam apparebat perturbatio motoria aut psychica. Orta est tamen febris, et me-

dicus diagnosim fecit de peripneumonia duplici, et penicillinam praescripsit. Postridie pusam visitans, eam naturalem deprehendit, quae quinto die assurgere coepit iocaque resumpsit, eamque sanatam declaravit.

Eventus hic tractatus est in processu apostolico apud Curiam Vindobonensem celebrato anno 1955 et ex iure valido habito per decretum die 21 mensis Februarii anno 1992 promulgatum. Consilium Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum in sessione diei 27 mensis Aprilis anni 1993 sic elocutum est: « Puera in suffocationem incidit ex demersione cum morte clinica, et subiecta est tractationibus quae a morte revocarent, sed imperfectis, tardis atque inefficacibus. Suffocatio diutius hora duravit. Idcirco motuum vit alium recuperatio, perfecta et mansura paucis horis facta est: pro nostris praesentibus cognitionibus inexplicabilis ». Die 22 mensis Iunii anno 1993 Congressus Peculiaris est actus Consultorum Theologorum et die 16 mensis insequentis Novembris Patrum Cardinalium et Episcoporum Sessio Ordinaria, Causae Ponente Exc.mo Domino Ottorino Petro Alberti, archiepiscopo Calaritano. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Maria Theresia Scherer, Confundatrice et Prima Moderatrice Generali Congregationis Sororum a Caritate S. Crucis ab Ingenbohl, videlicet de perfecta et mansura sanatione puellae Brunae Hötzel ab « asfissia da annegamento con morte clinica ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

EB Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

III

FOROLIVIEN.

DECRETUM

Beatificationis Servae Dei Benedictae Bianchi Porro, iuvenis saecularis (1936-1964).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

«... Licet is, qui foris est, noster homo corrumpitur, tamen is, qui intus est, noster renovatur de die in diem » *(2 Cor* 4, 16).

Haec Apostoli verba bene in terrenam Benedictae Bianchi Porro experientiam adhibentur: infaustorum eventuum series, qui eius corporis valetudinem affecerunt, interiori maturitati ac spiritali magnitudini in ea coniuncta fuit, adeo ut hominibus exemplo sit animum movente.

Benedicta, ex sex filiis secundo loco nata, in oppido *Dovadola* orta est, tunc in dioecesi Mutilensi sito, nunc vero Poroliviensi, die 8 mensis Augusti anno 1936, ex machinatore hydraulico Vidone Bianchi Porro et Elisabetha Giammarchi. Cum pusa recens nata esset haemorrhagia correpta, est ab ipsa matre domi baptizata; baptismi ritus est postea completus in ecclesia Sanctissimae Mariae Annuntiatae Idibus Augustis. Diebus mensis Maii 7 et 21 anno 1944 primam Communionem accepit et Confirmationem.

In oppido *Dovadola* ludum frequentava, deinde Fori Livii apud Sorores Dorotheas; scholas medias Fori Livii et lyceum Desentiani, quo cum familia anno 1951 migraverat.

Morborum et sectionum chirurgicarum, quas subiit, horrendus est numerus. Vix trium mensium est poliomyélite arrepta, unde est eius corpus notatum: per totam namque brevem vitam suam clauda mansit. Anno 1945 ei orthopaedicis calceamentis utendum fuit, gravibus et acerbis; inde a tredecim annorum aetate fuit ei strophium induendum orthopaedicum. Arthritidis generibus laboravit, quae eam impediebant quominus scriberet, genus doloribus, febribus, cephalaeis, etc. Puella indolem ostendebat mol-

lissimam, multam intellegentiam; studiosa erat; patienter dolores tolerabat et, praesertim, indignitates quae ex his malis proveniebant.

Sedecim annorum prima animadvertit surditatis signa, et in suis commentariis scripsit: «... Sed semper vocem audiam animae meae, et haec vera est dux mihi sequenda ». Mediolani, quam urbem bene noscebat, cum ibi multos pueritiae annos egisset, nomen professa est in Studiorum Universitatem, post inceptum physicae, medicinae ordine electo.

Serva Dei, prius quam medici, suum existimaverat morbum: nervorum fibromatosim, vel morbum a *Recklinghausen* denominatum, nempe minusculorum turnorum irruptionem, qui gradatim paralyticas reddunt nervorum sedes actionis sensoriae et motoriae; qui tumores, praeter mentis aciem, omnes auferunt facultates. Anno 1957 in cerebro est secta. Chirurgus per imprudentiam nervum laesit facialem, dimidiam vultus partem alienans. Benedicta aequo animo notitiam excepit. Dolores multiplicati sunt, utque ambularet baculo inniti debebat. Interea, etsi naturalibus difficultatibus onerata, ex condicione eius valetudinis proficiscentibus, et praecipue ex integra surditate, prospero exitu studia pergebat et ad ultimum pervenit periculum, quod tamen superare non potuit.

Anno 1959 initialis est coorta paresis utriusque lateris artuum inferiorum: fere plane est paralytica facta, sensu quoque totius corporis amisso, praeter faciei partem et brachium dextrum. Omnes dentes ei sunt postea evulsi. Mense Maio anno 1962 Lapurdum iter fecit, prorsus voluntati Dei commissa, voto nuncupato se religiosam esse facturam, si consanuisset. Reversa scripsit: « Ivi sanationem petitura: sed Dei consilium est nostro superius isque semper pro nostro agit bono ».

Die 27 mensis Februarii anno 1963 postremum est ei caput sectum. Subsequens dies atrocissimus fortasse et maximus eius vitae fuit. Sacerdoti, qui Missam apud eius lectum celebraverat, dixit: « Pater, serena sum tantamque in me habeo lucem, etsi nuper plane lumina oculorum amisi ». Ad quendam amicum suum scripsit: « Mea haec obscuritas gravis est mihi; sed illam praefero, si pretium est hoc ut ambulem maiore cum lumine intus in corde ». Caecitas ei status gratiae esse videbatur, ad gaudium via et ad lucem.

Unus modus, ut cum mundo externo communicaret, Benedictae erat iam dextrae manus usus, per quam, peculiari alphabeto a matre et ab amicis adhibito, cum ea hi « colloqui » poterant: quorum aliqui cum ea fuerunt eamque sustinuerunt; sed iustius est dicere illos, ex Benedictae exemplo et supernaturali visione, multo magis accepisse, quam quod ipsi poterant dare. Spiritus contemplationis, simplicitas eius apostolatus, ipse naturae

amor et creatxirarum, ei non iam aspectabilium nec auditu sensibilium, tum in epistulis apparent, quas scripsit, tum in amicorum recordationibus.

Die 24 mensis Iunii anno 1963 est iterum Lapurdum vecta. Ante cryptam, cui nomen *Massabielle,* non sanationem postulavit, sed gratiam crucis mysterium altius perdiscendi; ita condicionis suae divitias intellexit eamque servare exoptavit.

Vivebat conscia se, dolore suo, accepto ac Deo oblato, Regno Dei cooperari; idcirco vicissim aliis consolandis et adiuvandis se dedidit, utilem et fructuosum explicans apostolatum. Dum eius corpus magis in dies debilitabatur, ipsa continuos faciebat progressus in imitatione Christi crucifixi et miram adipiscebatur interiorem pulchritudinem magnamque in exercitio christianarum virtutum perfectionem.

Virtus fidei cum tota vita Servae Dei coniuncta est; etenim ad fidem educata et gratia fulta, vivum ostendit a pueritia pietatis religiosae sensum, spiritum deprecationis, sacramentorum frequentiam, religionem in Virginem Mariam, multam in accipiendis doloribus et indignitatibus magnanimitatem.

Fides eam sustinuit in noctibus sensuum ac spiritus obscuris, in temptationibus animi demissionis atque desperationis ante taetros futurorum prospectus ob violentum gravissimi morbi ortum, adeo ut cuidam amicae patefecerit futurum fuisse ut se de fenestra praecipitaret, nisi fidem habuisset.

Fidei virtus evidentissimum eius vitae testimonium fuit, siquidem toti suae condicioni rebusque omnibus, quae ei accidebant, nullam nisi fidei quaesivit responsionem. Temporibus vitae suae maturioribus ex fide vivebat et Deus exsistentiae eius res ipsa erat.

In suis commentariis scripsit: « Fides est vivere sinendo sensum vitae nostrae. Ille solus sciat et cognoscat faciatque ut illum prospiciamus, si hoc Ei placeat ». « Fides pinnaculum est, quod omnia circumspicit ». « Maxima est medicina, quam Deus dedit nobis ».

Spei exercitium in Servae Dei vita potissimum fulsit ex quo tempore in lecto, inhabilis ad omnia et per omnia alieno indigens auxilio, tota Deo nisa est omnemque suum dolorem significatione supernaturali notavit, statum gratiae illum ducendo. Benedictae vita tota, spei vita fuit, pieni erga Divinam Providentiam obsequii, fidens exspectatio praemii Domini, terrestri itinere confecto.

Tamque viva eius spes fuit, ut eam disseminaret et in eorum corda diffunderet, qui illam adibant vel illi scribebant, ac famosas, ante et post mortem, conversiones efficeret. « Semper — aiebat — puto me non amplius

valere; sed Dominus, qui magna facit, misericors me sustentat, egoque semper ad crucem stantem me invenio ».

Spes Benedictae non in consideratione humana, etsi spiritali, collocata erat, sed in actu altae fidei et vehementis amoris.

Fidei atque spei exercitio in Serva Dei exercitium caritatis respondit, cum plena et prompta divinae voluntatis acceptione, quae ab ea sensim documenta acerbiora usque poscebat. Et quo duriora erant documenta, eo laetiorem et tranquilliorem se ostendebat, adeo ut cruciatam vitam suam iucundum reddiderit amoris cantum in Deum. Et pridie mortis suae Benedicta vel ad lectum suam matrem arcessivit ab eaque petiit ut genibus niteretur, quo Domino gratias ageret propter omnia, quae ab eo acceperat, et matre recusante, institit: « Minime, minime, mater: Deo gratias age, quia fecit mihi magna qui potens est ».

Amor Dei in Benedicta res fuit continua, tamquam responsio ad consortiones et dulcedines, quibus a Deo, etiam in tot doloribus, donabatur. Voluit Domino placere, voluitque animam suam amore eius invadi, ita ut per suam docilitatem omnino se posset seipsa exuere, donec physice Dei manibus se traderet.

Amor erga proximum in Serva Dei ex amore in Deum exuberanti manavit. Cum plene Deum amaret eumque in omnibus videret, in suis commentariis scribere potuit caritatem esse se demittere in fratrum nostrorum dolores propter amorem Dei; est alios in aliis habitare: et ipsa quidem cupiebat posse in aliis habitare, ut in eorum cordibus ille Dei amor arderet, quo cor eius inflammabatur.

In lecto, ubi dolens iacebat, oblivionem sui ipsius semper quaesivit, ut alios animadverteret; de aliorum difficultatibus curam adhibebat; dubitationibus, doloribus corporis et animi eorum consulebat, qui ad eam confugiebant, et pro peccatorum conversione precabatur. Usque ad mortis suae diem animas Christo est enisa lucrari; hocque maximum est amoris in proximum exercitium.

Ex caritate, in hac anima insigni, virtutes cardinales floruere: prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia. Singulariter in his eminet fortitudo, ratione habita gravissimorum corporis maiorum, quae eam vexaverunt, tot chirurgicarum sectionum acrium ac difficilium, quas obiit, illiusque progredientis deminutionis facultatum, quae eam non impedivit animose pergere studia; et deinde ferme integrae immobilitatis acceptionis, quam semper serena tulit, patiens, quin etiam laeta et felix cum Christo dolente dolere.

Epistularum liber praeparationem testatur ad occursum cum Deo. Scribit Benedicta: « Dicit Canticum Canticorum: "Amor est morte fortior"; et

etiam — dico ego — longinquitate... Immo nunc, cum in me dolor habitet, omnia purificata sunt... Tranquilli esse debemus, quod ad ea omnia attinet, quae Deus a nobis vult, quod ad omnia quae nobis aufert et donat. Namque aufert, ut donet. Omnia gratia sunt, etiam malum. Aequo animo sitis. Si in hac terra non conspiciemur inter nos, nihil refert. In caelo nos invicem videbimus. Ibi me exspectate, aut ego exspectabo vos ».

Die 23 mensis Ianuarii anno 1964 Sirmione ad Benacum, sola sicut Iesus in cruce, Benedicta tranquille suum perfecit martyrium.

Sanctitatis fama, qua in vita floruit, post mortem aucta et confirmata est; quapropter episcopus Foroliviensis canonizationis Causam iniit. Anno 1976 inchoatus est processus canonicus, qui est anno 1977 conclusus; eius auctoritas agnita est per decretum die 5 mensis Iunii anno 1981 editum. Apparata positione, inspectae sunt pro normis virtutes. Mensis Maii die 11 anno 1993 factus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales porro et Episcopi in Sessione Ordinaria die 19 mensis Octobris anno 1993 collecti, Causae Ponente Exc.mo Domino Paulino Limongi, archiepiscopo titulari Nicaeensi in Haemimonto, Servam Dei Benedictam Bianchi Porro théologales, cardinales eisque adnexas virtutes heroum in modum coluisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Benedictae Bianchi Porro, iuvenis saecularis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

IV

LAUS ANNEN. -GENE VEN. -FRIBURGEN.

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servae Dei Margaritae Bays, mulieris laicae Tertii Ordinis Saecularis S. Francisci (1815-1879).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Margarita Bays orta est in paroecia pagi *Siviriez* ad regionem Friburgensem in Helvetia pertinente, die 8 mensis Septembris anno 1815. Ex baptismi vixit officiis magna cum alacritate, perseverantia ac perfectione, intimam cum Christo coniunctionem coluit et cum fervore apostolatui se dedidit. Solitudinis studiosa fuit atque deprecationis, peculiarem aluit erga Eucharistiam et Virginem Mariam religionem, puerorum christianam curavit formationem, pauperibus, aegrotis et moribundis assiduitatem praebuit et operibus missionalibus interfuit. Physice passionis Domini dolores communicavit. Fama sanctitatis clara die 27 mensis Iunii mortem obiit anno 1879.

Canonizationis Causa inchoata est anno 1927 ab Episcopo Lausannensi, Genevensi et Friburgensi. Rebus peractis iure statutis, die 10 mensis Iulii anno 1990 Summus Pontifex Ioannes Paulus II declaravit Margaritam Bays heroum in modum virtutes théologales, cardinales et his adnexas servavisse.

Ut optata obtineretur beatificatilo Venerabilis Servae Dei, Causae Postulator Congregationi de Causis Sanctorum iudicandum permisit mirum coniectum eventum, eius deprecationi tributum, quod anno 1940 accidit. Hoc factum. Die 25 mensis Martii eiusdem anni, id temporis seminarii alumnus Marcellus Ménétrey, undeviginti annos natus, quamvis omnino imperitus esset rerum ad montes attinentium, sequi assensus est sacerdotem Augustum Davet, paroeciae *Siviriez* cappellanum, in ascensu montis *Dent-de-Lys* vocati, qui est in Helvetia. Eorum socii in incepto, difficili reddito frigore et nive, quae copiosa ceciderat, fuerunt sacerdotis neptis Margarita et puer sacris ministrans Aloisius Aubert, quattuordecim annorum. Ascensus sine difficultatibus effectus est, et ad summum montem per-

ventum est circiter horam 14. Ad horam 16, postquam ientaverunt seque omnes religaverunt, sicut montis ascensus postulant normae, viae periculosae inierunt descensum. Primus descendit seminarii alumnus, qui longe a sacerdote Davet octo vel novem constitit metra, areolam nactus in qua considere potuit; deinde Aloisius, qui ferme quattuor metra restitit longe a Marcello; postea Margarita, et ipsa admodum territa difficultate ex ni ve orta recenti. Ea, cum subsistere nequivisset, delapsa est, super Aloisium ruens; ambo violenter praecipitaverunt, prope exterritum Marcellum transeuntes. In lapsum est sacerdos quoque tractus. Seminarii alumnus, qui per diem tutelam postulaverat Venerabilis Servae Dei Margaritae Bays, tunc cum fiducia invocationem iteravit, ut a mortifero servaretur periculo, quod in illum impendebat. Potius quam volveretur, traxit ad se restim, qua sociis colligabatur delapsis eamque inexplicabiliter funditus recisam invenit, nulla eiusdem restis quassatione animadversa, quae in nulla rupe implicata nec congelata erat, ita ut facilius rumperetur. Paulo post Marcellus descensum redintegravit, prope trium sociorum corpora exanimata transiens. Circiter horam 20 ad deversorium pervenit, *Hôtel des Paccots* appellatum, et casum narravit. Modus abruptionis restis et consequens vitatum mortis periculum statim Servae Dei deprecationi tributa sunt, quae expresse et sola invocata erat.

De hoc eventu celebrati sunt processus canonicus apud Curiam Lausannensem, Genevensem et Friburgensem annis 1987-1988, et processus additionis anno 1990, audito testimonio Marcelli Ménétrey, qui interim factus erat sacerdos. Horum actuum auctoritas est per decretum pridie Idus Apriles anno 1991 editum probata. Die 25 mensis Februarii anno 1993 Consilium Technicum est actum, quod una voce enuntiavit non posse se ratione id declarare, quod iuveni Marcello Ménétrey die 25 mensis Martii anno 1940 contigerat in monte *Dent-de-Lys.* Postridie Calendas Iulias anno 1993 factus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 16 insequentis mensis Novembris, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Gagnon, Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum. In utraque congressione agnitum est eventum supra memoratum verum habendum esse miraculum, intercessioni Margaritae Bays tributum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicto miro eventu conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Con-

gregationis ceterisque de more convocandos, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Margarita Bays, muliere laica Tertii Ordinis Saecularis S. Francisci, de incolumitate scilicet Marcelli Ménétrey anno 1940 a mortis certae periculo liberati, in monte Helvético « Dent-de-Lys ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

SB Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

V

MARACAYEN.

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servae Dei Mariae a S. Ioseph (in saec.: Laurae Evangelistae Alvarado Cardozo), Fundatricis Sororum Augustinianarum Recollectarum a Sacro Corde (1875-1967).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Maria a Sancto Ioseph (in saeculo: Laura Evangelista Alvarado Cardozo) orta est die 25 mensis Aprilis anno 1875 in parvo portu maritimo *Choroni* patrio sermone appellato, intra Venetiolanae civitatis Araguae fines.

Anno 1901 novam familiam religiosam ad adiuvandos pauperes, infirmos orphanosque condidit, quae hodie Congregatio Augustinianarum Recollectarum a Sacro Corde denominatur. Usque ad annum 1960 Antistitae Generalis munus in Instituto suo obtinuit, quo simplicitate, prudentia atque sollicitudine est iuncta. Ultimos vitae annos in urbe Maracayensi egit, ubi, sancta habita, piam mortem obiit die 2 mensis Aprilis anno 1967.

A Sancta Sede «nihil obstat» obtento ad normam M. P. *Sanctitas clarior,* Episcopus Maracayensis canonizationis Causae initium fecit per processus cognitionalis celebrationem annis 1983-1986. Consuetis disceptationibus prospere peractis, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 7 mensis Martii anno 1992, edixit Matrem Mariam a Sancto Ioseph heroum in modum virtutes coluisse théologales, cardinales iisque adnexas.

Nonnullis annis ante, in urbe Maracayensi coniecta mira sanatio evenit, quam Causae Postulatio nuper Congregationi de Causis Sanctorum ad iudicandum misit. Res pertinet ad Sororem Teresiam Silva, Congregationis Sororum Augustinianarum Recollectarum a Sacro Corde sodalem, quae anno 1960 ex crure et gluteo sinistro laborare coepit, 28 annos nata, ac praeterea deambulane!! difficultate affecta est. Anno 1966 post fortuitum lapsum, infirmae condiciones ita in peius versae sunt, ut ei strophium orthopaedicum suaserint. Permulti fuerunt medici qui eam perscrutati sunt, permulta quoque fuerunt examina quae tum patefecerunt eam osteoarthrite, osteoporosi, hernia discali, vesicis radicularibus necnon atrophia musculorum sinistra affectam esse. Laminarum sectio facta est anno 1978. Condicionibus ex parte in melius versis, post menses duos et dimidiatum, dolores revixerunt in inferiore artu sinistro atque difficultates deambulandi auctae sunt, sed etiam asymmetria artuum propter atrophiam est orta, ita ut sellae paralyticorum usus necessarius fuerit. Examen « myelographicum » anno 1979 factum, gravem laesionem neurogenam ostendit. Dolores et atrophia musculorum graviores facti sunt, adeo ut medici sanationem fieri non posse putaverint. Die 14 mensis Septembris anno 1982 infirma in sella paralyticorum se ad Matris Mariae a Sancto Ioseph sepulcrum vehi iussit eiusque intercessionem apud Deum imploravit ad sanationem consequendam. Nocte inter diem 16 et diem 17 eiusdem mensis, Soror Teresia plane sanatam se animadvertit: dolores atque atrophia musculorum desierant, vires recuperaverat et deambulare sine difficultate poterat.

De hac sanatione anno sequenti apud Curiam Maracayensem processus canonicus celebratus est, cuius validitas iuridica agnita est per decretum die 3 mensis Aprilis anno 1992 promulgatum. Deinde Consilium medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, in sessione die 10 mensis Februarii anno 1993 acta, sanationem perfectam, subitaneam, mansuram et pro nostrae aetatis scientiarum cognitionibus inexplicabilem esse declaravit. Die 7 mensis Maii anno 1993 actus est Theologorum Consultorum Congressus Peculiaris et die 5 mensis Octobris subsequentis effecta est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Martínez Somalo. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive

Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Maria a Sancto Ioseph (in saec.: Laura Evangelista Alvarado Cardozo), Fundatrice Sororum Augustinianorum Recollectarum a Sacro Corde, videlicet de perfecta, subitanea et mansura sanatione Sororis Teresiae Silva a « sindrome irritativa compressiva delle radici L5, SI a sinistra per stenosi del canale vertebrale da protusioni discali multiple, rotoscoliosi, osteoartrosi del rachide lombare ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 83 S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VI

MARIANOPOLITANA

DECRETUM

Beatificationis Servae Dei Aemiliae Tavernier vid. Gamelin, Fundatricis Congregationis Sororum a Providentia (1800-1851).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Beata Virgo in peregrinatione fidei processit, suamque unionem cum Filio fideliter sustinuit usque ad crucem, ubi non sine divino consilio stetit (cf. *Io* 19, 25), vehementer cum Unigenito suo condoluit et sacrificio Eius se materno animo consociavit, victimae de se genitae immolationi amanter consentiens » (CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 58).

Imaginem contemplans Virginis Perdolentis, quae iuxta crucem Filii passiones spiritaliter communicat, Serva Dei Aemilia Tavernier, vidua Gamelin, intellexit se a Domino vocari ad vitam suam dedendam amori atque servitio membrorum Christi patientium. Quocirca omnia reliquit et usque ad mortem, maxima cum alacritate, sacrificii spiritu ac perseverantia, in opera caritatis incubuit pro pauperibus, aegrotis, senibus, omnibus splendidum praebens testimonium fidelitatis erga evangelium et christianae de proximo indigenti sollicitudinis.

Serva Dei, quindecim filiorum ultima, nata est die 19 mensis Februarii anno 1800 Marianopoli in Canadia, ex Antonio Tavernier et Iosepha Maurice, divitibus civibus et piis christianis, qui cito eam orbam reliquerunt; quapropter eius educatio a quibusdam propinquis et a Sororibus Dominae Nostrae perfecta est. Etiam tum indolem ostendit gravem, aequabilem, docilem, et curam de pauperibus atque aegris. Anno 1823 nupsit Ioanni Baptistae Gamelin, a quo tres habuit filios; sed paucos post annos vidua facta est et filiis priva, quandoquidem omnes mortui sunt. Sola relicta, non in suo dolore se tenuit; quin eam Providentia delegit ad diffundendam in societate eius aetatis Christi caritatem utque lapis angularis esset novae religiosae familiae. Eo tempore, ante imaginem Virginis Perdolentis, statuit, propter amorem Dei pauperibus servire et dolentibus. Recusavit igitur iterum matrimonium inire et variis consociationibus laicis nomen dedit, beneficentiae operibus deditis. Anno 1828 domum suam aperuit mulieribus grandibus natu et pauperibus. Per choleram morbum anni 1832 et bellum civile annorum 1837-1838 multam explicavit caritatis industriam. Haec cura existimationem in eam et admirationem suscitavit, sed etiam murmurationes et falsas interpretationes. Auxilio Providentiae et Virginis Perdolentis confisa, difficultates non timuit, non obtrectationes, non incommoda, et Dei voluntati obsequens, munus perrexit sibi caelitus concreditum, nonnullarum mulierum cooperatione utens, quae eius consilia participabant. Ecclesiae filia oboediens, praecepta superiorum ecclesiasticorum sequebatur et cum Episcopus Marianopolitanus Opus, quod ipse condiderat et rexerat, Filiabus Caritatis Sancti Vincentii de Paul concredidit, Serva Dei humiliter obtemperavit et fideliter se consociavit in propositi exsecutionem, quod

tamen non est ad effectum adductum, quia Filiae Caritatis consentire non potuerunt. Tum idem Episcopus constituit novam Congregationem religiosam condere et statim eius novitiatum in domo Aemiliae posuit, sed ea non est inclusa in numerum septem primarum novitiarum. Quasi advena in domo propria, vitam et pietatis exercitia novitiarum communicabat sine ulla auctoritate et in inferiore condicione.

Anno 1843 una novitiarum communitatem reliquit. Serva Dei hoc ex Providentia proficisci animadvertit, a qua vocabatur ut locum occuparet vacantem. Episcopi et confessoris audito consilio, petivit et obtinuit ut novitiatum ingrederetur. Insequenti anno, cum ceteris, professionem religiosam fecit et postridie electa est prima antistita Congregationis Sororum a Caritate, quae **hodie** Sorores a Providentia vocantur, cuius iure conditrix habetur. Novum Institutum diligenter ac prudenter rexit, quod celeriter crevit novis domibus apertis, in quibus excepti sunt parentibus orbatae, mulieres senes, sacerdotes infirmi, mente capti, surdi mutique aliique egeni. Ubicumque erant personae male affectae, illuc Serva Dei eiusque Sorores portare nisae sunt suae caritatis solacium. Etiam ad institutionem et educationem puellarum se contulerunt. Hic operum flos multis alebatur sacrificiis Servae Dei, cuius vita religiosa verus cruciatus definita est. Nec paucae enim nec leves ei obeundae fuerunt difficultates tum in Congregatione tum extra. In sua vocatione firma et erga suam missionem fidelis, Aemilia omnia magno animo, patienter et humiliter toleravit. Ut in Christi imitatione progrederetur et Virginis Perdolentis, seipsam abnegavit, suam voluntatem, sua delectamenta et plene assensa est consiliis divinis et auctoritatis ecclesiasticae praescriptionibus. Voluntas Dei regula suprema fuit vitae eius eiusque navitatis, nec unquam voluit ab hac norma discedere, ne in casibus quidem difficilioribus et acerbioribus. Vera Christi testis, eum nuntiavit operum bonitate et sanctitate vitae; Iesum portare ad pauperes, eorum interesse saluti, levare dolores, efficere ut se a Deo amari et ab Ecclesia sentirent propositum fuit indefessi eius apostolatus. Ita efficaciter cooperata est Christi regni aedificationi et Ecclesiae incremento in Canadia. Simul autem se sedulo, perseveranter ac spiritali cum laetitia exercebat in christianis virtutibus, altum perfectionis gradum adipiscens: Enituit enim fidei firmitate, spei robore, caritatis erga Deum et proximum ardore, tranquillitate in difficultatibus, paupertatis atque humilitatis amore, facilitate in oboedientia, spiritu deprecationis et sacrificii, pietate in Eucharistiam, in Domini Passionem, in Virginem Mariam, in sanctos Vincentium de Paul et Elisabettiani Hungariae.

Ad finem usque dierum suorum cum Deo ambulavit, et cum morte est de improviso correpta, die 23 mensis Septembris anno 1851, accensa cum lucerna aeternitatem introivit. His ultimis verbis Sorores suas erat adhortata: « Humilitas, simplicitas, caritas, praesertim caritas ».

Eius eminentium virtutum memoria diu in eius Congregatione mansit, apud clerum et populum Canadensem. Sanctitatis famae addita est signorum fama. Anno 1980 Congregatio de Causis Sanctorum, ad normam M. P. *Sanctitas clarior,* introductionem Causae canonizationis permisit. Processus cognitionalis celebratus est apud Curiam Marianopolitanam anno 1983 et est ex iure validus habitus per decretum anno 1984 promulgatum. Exitu cum secundo die 29 mensis Maii anno 1990 sessio acta est Consultorum Historicorum et die 27 mensis Aprilis anno 1993 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Insequentis mensis Octobris die 19 Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria congregati, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Gagnon, professi sunt Matrem Aemiliam Tavernier heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Aemiliae Tavernier viduae Gamelin, Fundatricis Congregationis Sororum a Providentia, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

© Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VII

MERCEDEN.

DECRETUM

Beatificationis Servae Dei Eleonorae López de Maturana, Sororis professae Congregationis Sororum Carmelitarum a Caritate (1884-1931).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Gaudete in Domino semper. Iterum dico: Gaudete! Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope » *(Phil* 4, 4-5).

Inter notas, quae Dei Servam Eleonoram López de Maturana designant, fulgor allicit qui ex ea manat, eius laetitia «contagiosa», hilaritas spiritalis, orientes, ut patet, ex flamma quae in corde eius ardet, « quasi ignis exaestuans claususque in ossibus » *(Ier* 20, 9). In eius vultu, in habitu, in omnibus actibus, quaedam apparebat animae effusio vel illius munditiae repercussus, quam Serva Dei in suo alebat spiritu et qua tota eius persona illuminabatur.

Eadem Eleonora est, quae se dicit esse « indolem parum ad maestitiam propensam », quae « undique exsultationem emittit », quae « in deprecatione gaudet et quiescit in Deo ». In suis scriptis affirmat se « in statu glorioso » vivere, et simul « confringi » vellet, « ut mundus totus Christum sequeretur ».

Brevis Servae Dei vita sine magnis eventibus fuit. Flaviobrigae (in Hispania) orta est die 25 mensis Iulii, sollemnitate Apostoli Iacobi, Hispaniae Patroni, anno 1884. Eius parentes, Vincentius López de Maturana et Ioanna Ortiz de **Zarate,** ob suam sanam solidamque christianam pietatem noti erant. Soror gemina fuit Venerabilis Margaritae Mariae, conditricis Mercedariarum Missionariarum urbis *Bérriz* (in *Vizcaya).* Haec naturalis coniunctio gemellaris alte totam insignivit earum historicam atque spiritalem vitam. Ambae baptismum acceperunt die 26 mensis Iulii et die 6 mensis Iulii anno 1886 Confirmationem. Deinde cum sorore gemina initialia studia

exercuit in schola Filiarum a Cruce Flaviobrigae. Suam perrexit formationem in litteris et in artibus — perita clavicymbali fuit — sorore maiore moderante, incumbens praesertim in linguas discendas et musicam, quae perutilia eius futuro muneri instrumenta fuerunt.

Undecim annorum, anno 1895, permissu sui magistri spiritus, P. Raphaelis Vicente, S. I., castitatis votum nuncupavit. Inde a tenera aetate, tum propter suam educationem, tum ob peculiarem indolem atque exquisitum sensum, ex eius facultatibus in arte proficiscentem, Serva Dei dici potest natura fuisse praedita peculiari modo prompta, apta ad actionem gratiae. Haec naturae cum gratia coniunctio a prima Communione incepit. Ipsa testante scimus post lectam vitam Sanctae Margaritae Mariae Alacoque eam esse cupidine tractam se Domino totam in vita religiosa consecrandi.

Ut Dei voluntati commissa viveret et aliena ab omni humano affectu, noluit ipsa Institutum religiosum eligere nec sororem geminam sequi, sed suo spiritali moderatori electionem permisit. Eleonora communitatem religiosam « observantem » quaerebat: quam ob rem ei est proposita Congregatio iam tunc matura, nempe Sorores Carmelitae a Caritate, a Sancta Ioachima de Vedruna (quae annis vixit a 1783 ad 1854) institutae iuventuti educandae et aegrotis curandis. Haec Congregatio, cum Serva Dei eam est ingressa, iam sanctitatis fructibus adfluebat.

Novitiatum introivit Idibus Iuliis anno 1903 in urbe *Vitoria* et priorem fecit professionem die 15 mensis Augusti anno 1905. Duos annos in novitiatu mansit tamquam Magistrae novitiarum adiutrix. Anno 1907 missa est ad Collegium Guernicae (in *Vizcaya)* uti musicae atque linguarum praeceptrix. Pridie Nonas Septembres anno 1908 in perpetuum se Domino «inenarrabili cum consolatione» consecravit. Appetitu sanctitatis crescente, anno 1911 votum suscepit omnia vitandi peccata venialia deliberata, hocque consilium quotannis in festo Conversionis Sancti Pauli iterabat.

Anno 1912, cum eius Congregatio novas domus aperire statuisset in America Latina, Eleonora, quae magno flagrabat animarum studio, voluntariam se obtulit. Eius petitione accepta, cum aliis Sororibus sodalibus est ad Argentinam profecta pridie Nonas Apriles anno 1913. Eiusdem mensis die 22 Bonaëropolim pervenit. Tribus diebus post cum aliis quinque Sororibus vicum *Suipacha* attigit, centum quinquaginta milia passuum ab urbe *Lujan* distantem, in quo sine intermissione usque ad mortem habitavit.

Rectrix fuit Collegii Carmeli, antistita communitatis Sororum et musicae atque linguarum magistra versatissima. Eius vita instructa fuit spiritu

deprecationis, laboris magnis dotibus paedagogicis iuncti, oboedientiae, sacrificii, ardoris gloriae Dei, et magna laetitia. Eius religiositas in fundamento posita erat ferventis Christi amoris, Eucharistiae, simulque in tenera et illuminata pietate erga Virginem Mariam: idque vehementi cum sensu Ecclesiae operam navandi. Eius decor habitusque in deprecatione omni tempore indicabat eam alte Domino adhaerere in ipsa praesenti.

Anno 1920 Servae Dei apostolicus ardor novam est adeptus mensuram: per Patres Albos necessitudinem iniit cum Opere Propagationis Fidei et Sanctae Infantiae, et in corde eius incendium exarsit, quod ad totam Americam sese extendit atque ad totam eius Congregationem. « Apostolam apostolorum » eam definivit missionologus P. Zameza, S. I. Eius animi aestus « contagiosus » Collegium vici *Suipacha* affecit, alia multa totius Argentinae, Collegia eius Congregationis in Hispania ipsamque Congregationem qua talem. Ad ampliores usque fines semper aperta multimodis huic motui interfuit, uti scriptrix, linguarum interpres et etiam uti efficax auctrix operis missionalis. Prompta ad incepta capienda et in difficultatibus perseverans, « tota fuit pro Dei gloria lux et ignis ». Poterat sicut Apostolus dicere: «Vae mihi est si non evangelizavero » *(1 Cor* 9, 16). Hoc missionale propositum, quod tam fortiter in spiritum suum ipsa indiderat, propositum fuit distinens, fructus et via incrementi spiritalis habuitque magistram sanctam Teresiam a Iesu Infante, cuius « parva via » ab initio vitae religiosae eam allexit. Multa a scriptis et exemplis hausit huius Sanctae, quae illis ipsis annis est ab Ecclesia publice glorificata atque Patrona renuntiata Missionum. Vehementer optavit in numero esse parvarum victimarum Amoris misericordis et ad supremum amoris gradum pervenire.

Impensa iis annis arsit in illa cupiditas sanctitatem consequendi. Ducente Patre Corominas, S. I., post longam et attentam considerationem, die 19 mensis Martii anno 1923 votum fecit semper quod esset perfectius faciendi.

Eius dynamismus collocatus erat in eo, quod ipsa definiverat « raptus ». Deus prorsus animam eius potitus erat et ceperat. Nihil omittebat ut sanctitatem assequeretur: magnam animi docilitatem in superiores, moderatores, impigerrimam in exercendis omnibus virtutibus generositatem. Dux semper erat Dei amor, cui respondere omnibus viribus nitebatur. Eius epistulae elocutionibus redundant, quae de eius immensa donatione loquuntur.

Haec continui auctus via in simplicitate et in amore vere fuit eius religiositatis proprietas. Multa eius cura fuit continentiae ac paenitentiae. Semper gravitatem atque prudentiam ostendit in consiliis dandis et in

agendo, magnam aequabilitatem ac moderationem necnon tranquillitatem et benignitatem. Eius indoles admodum effusa fortem illecebram atque admirationem excitabat. Singularis fuit in actibus ordinariis, felicitate semper et serenitate permeata, qua continenter afficiebatur. A sodalibus Societatis Iesu recta, didicerat « Deum in omnibus rebus invenire », semper « in actione contemplativa », sicut Sanctus Ignatius volebat.

Anno 1930 stomachi tumore inducta est ad urgentem sectionem chirurgicam subeundam in valetudinario Ribadaviae (Bonaëropolis). Propter morbi gravitatem ad Collegium Dominae Nostrae a Sacro Corde traducta est, ubi placide est mortua die 28 mensis Ianuarii anno 1931.

Corpus eius est ad vicum *Suipacha* relatum, in quo funus est factum magna cum populi frequentia, qui pro certo habebat « sanctam esse mortuam ».

Haec sanctitatis fama subsequentibus annis crescere perrexit; quocirca Episcopus Mercedensis anno 1953 canonizationis Causae initium fecit per processus ordinarii informativi celebrationem, qui est anno 1969 conclusus, cuique additi sunt processus rogatoriales Cochabambensis et Montisvidei: de quorum processuum auctoritate et vi decretum promulgatum est Idibus Decembribus anno 1985. Praeparata Positione super virtutibus, die 23 mensis Februarii anno 1993 prospero cum exitu actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Die autem 5 insequentis mensis Octobris Patres Cardinales et Episcopi, in Sessionem Ordinariam congregati, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Francisco Pironio, agnoverunt Servam Dei Eleonoram López de Maturana heroum more virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandos, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Eleonorae López de Maturana, sororis professae Congregationis Sororum Carmelitarum a Caritate, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. & S.

E8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VIII
NEAPOLITANA

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servi Dei Modestini a Iesu et Maria (in saec.: Dominici Mazzarella), Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Alcantarinorum (1802-1854).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Servus Dei Modestinus a Iesu et Maria (in saeculo: Dominicus Mazzarella) in oppido *Frattamaggiore,* ad Aversanam dioecesim in Italia pertinente, Nonis Septembribus ortus est anno 1802. Ordinem Fratrum Minorum Alcantarinorum ingressus, anno 1824 sollemnem fecit professionem et anno 1827 sacerdotalem accepit ordinationem. Pluribus praefuit conventibus, confessionum ministerio cum fervore se dedidit atque apostolatui, pro pauperibus praesertim atque aegrotis. Pietatem propagavit erga Virginem Mariam Matrem a Bono Consilio. Cholera morbo correptus dum terribilis pestilentiae huius victimis assiduitatem praebebat, Neapoli obiit anno 1854, die 24 mensis Iulii, fama sanctitatis clarus.

Canonizationis Causa inita est anno 1870 apud Curiam archiepiscopalem Neapolitanam. Rebus perfectis iure statutis, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 9 mensis Iunii anno 1983, enuntiavit Patrem Modestinum a Iesu et Maria heroum in modum virtutes coluisse théologales, cardinales iisque adnexas.

Ad beatificationem obtinendam nuper Causae Postulatio Congregationi de Causis Sanctorum coniectam miram sanationem iudicandam permisit, in oppido *Frattamaggiore* patratam et Venerabilis Servi Dei Modestini a Iesu et Maria deprecationi tributam. Sanatio pertinet ad puellulam Paschalinam Cimmino, sex menses natam, quae Idibus Augustis anno 1922 fortuito duodecim metra de podio domus suae corruens, violenter caput ad subiacentem viam stratam offendit. Statim est sensu deiecta et vomuit. Cum mater, quae in vicinia erat, casum cognovit, in domum mulieris propinquae se abdidit exitus poenales timens, et fervide invocare coepit et instanter Patrem Modestinum, in illa plaga notum ob supernaturales pro infantibus interventus. Interea Paschalina, quae mortua esse videbatur, est a medico visitata, qui diagnosim fecit de cerebri commotione repperitque haemorrhagicam effusionem in regione temporali capitis dextra. Unica therapia adhibita simplicia fuerunt fomenta glaciei capiti admota. Mater magna cum fiducia Patrem Modestinum invocare perrexit, nec est decepta, siquidem hora fere post casum filia eius resipuit, atque matris lactis suetum repetivit. Insequenti mane medicus bonas generales condiciones Paschalinae animadvertit nullumque factum esse calvae et cerebri vulnus nec membrorum internorum nocumenta.

Annis 1926-1927 de hoc eventu apud Curiam Neapolitanam est processus apostolicus celebratus, cuius auctoritas probata est per decretum die 31 mensis Maii anno 1991 promulgatum. Consilium Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum in sessione diei 9 mensis Ianuarii anni 1992 declaravit ex scientia illustrari non posse Paschalinam Cimmino in lapsu nullam accepisse fracturam aut calvariae et viscerum nocumentum. Die 10 subsequentis mensis Aprilis Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus. Patres Cardinales et Episcopi, Causae Ponente Em.mo Cardinali Iosepho Caprio, casum inspexerunt in Sessionibus Ordinariis dierum 7 mensis Iulii anni 1992 et 9 mensis Novembris anni 1993, et concluserunt sanationem illam verum fuisse miraculum utque tale tribuendum esse deprecationi Patris Modestini a Iesu et Maria, instanter et unice invocati.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Servo*

Dei Modestino a Iesu et Maria, Sacerdote professo Ordinis Fratrum Minorum Alcantarinorum, pro puellula Paschalina Cimmino, quae a duodecim metrorum altitudine in viam stratam praecipitavit incolumitate servata, id est « senza gravi lesioni di alcun organo e apparato, stato commotivo di breve durata con completo recupero in poche ore ».

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

© Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

IX

REMEN.

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servi Dei Nicolai Roland, Sacerdotis dioecesani, Fundatoris Congregationis Sororum a Sancto Puero Iesu (1642-1678).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Servus Dei Nicolaus Roland Remis in Gallia natus est die 8 mensis Decembris anno 1642. Diaconus etiam est canonicus ecclesiae cathedralis urbis suae nominatus, ubi, post sacerdotalem ordinationem, multum ac fervidum explicavit apostolatum. Ministerio se dedidit praedicationis, confessionum audiendarum, moderationis spiritalis laicorum et personarum consecratarum; in agris missiones praedicavit curavitque cleri formationem. Caritate impulsus rectionem suscepit orphanotrophii atque educationi institutionique puellarum consuluit, pro quibus communitatem religiosam condidit, quae postea facta est Congregatio Sororum a Sancto Puero Iesu. Remis obiit, ferme ex improviso, die 27 mensis Aprilis anno 1678, fama sanctitatis ornatus.

Canonizationis Causa inchoata est anno 1941. Die 21 mensis Decembris anno 1992 Summus Pontifex Ioannes Paulus II declaravit Servum Dei Nicolaum Roland virtutes théologales, cardinales et iis adnexas heroum in modum coluisse.

Nuper Causae Postulatio iudicio Congregationis de Causis Sanctorum miram permisit coniectam sanationem anno 1981 patratam et precibus ascriptam sacerdotis Nicolai Roland. Haec attinet ad Sororem Ioannam Régnier, Congregationis Sororum a Sancto Puero Iesu sodalem, quae anno 1955 laborare coepit ex arteriarum hypertensione. Undequinquaginta annos nata, est hysterotomiae subiecta ob immanes haemorrhagias ex utero, tumore fibrato affecto. Ab anno 1964 ad annum 1970 quaedam passa est phaenomena orta ex nimio sanguinis pressu, vehementi cephalaea notata ac vertiginibus; eodem temporis spatio crebros subiit praecordiorum dolores. Peritissimus medicus, qui eam visitavit mense Ianuario anno 1980, diagnosim fecit de cardiopathia et ischaemia cum exitibus necrosis anteroseaptalis et diaphragmaticae. Mense Iunio eodem anno affici coepit gradiendi difficultate, libramenti amissione et asthenia. Subsequenti mense Iulio repentino cecidit caput offendens; indeque multa secuta est sanguinis e naribus distillatio: quam ob rem oportuit eam in valetudinarium deduci. Post aliquantam salubrem mutationem, mense Decembri iterata est gradiendi difficultas et mense Ianuario anno 1981 apparuit mutabilitas psychomotoria et plena gradiendi impossibilitas. Diagnosis facta est de syndrome extrapyramidali ac piramidali; ostensus est etiam status lacunaris, laesionis vascularis cerebralis proprius. Maxima facta est gravitas die 7 mensis Februarii anno 1981 ob statum confusionis mentis, hemiparesim dextram, turbores bulbares. Eodem illo die Antistita Generalis Sororum a Sancto Puero Iesu et quaedam Soror sodalis, administra generalis, sui conditoris deprecationem invocare coeperunt, cuius reliquiae sub pulvino Sororis Ioannae positae sunt, quae non conscia erat. Insequenti mane, die 8 mensis Februarii, eius condiciones ex improviso meliores factae sunt et perfectae, adeo ut e lectulo surgere potuerit atque cum Sororibus sodalibus in ecclesiam se conferre.

Huius inopinatae sanationis, ilico intercessioni tributae Servi Dei Nicolai Roland, annis 1989-1990 apud Curiam Remensem recognitio canonica celebrata est, ex iure valida habita per decretum postridie Calendas Octobres anno 1992 promulgatum. Consilium Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, in sessione diei 27 mensis Aprilis, anno 1993, haec dixit: Diagnosis: « Hypertensio arteriarum; cardiopathia ischaemica. Gravis casus difficultatis vascularis cerebralis cum evidenti statu lacunari ac signifi-

cationibus clinicis multiplicibus pyramidalibus et extra pyramidalibus »; Prognosis: « Valde suspensa quoad valetudinem »; Therapia: « Idonea »; Sanationis ratio: « Celérrima et mansura, perfecta; pro nostris scientiae cognitionibus inexplicabilis ». Die 22 mensis Iunii eodem anno Congressus Peculiaris est actus Consultorum Theologorum et die 19 mensis subsequentis Octobris Patrum Cardinalium et Episcoporum Sessio Ordinaria, Causae Ponente Exc.mo Domino Paulino Limongi, archiepiscopo titulari Nicaeensi in Haemimonto. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Servo Dei Nicolao Roland, Sacerdote dioecesano, Fundatore Congregationis Sororum a Sancto Puero Iesu, videlicet de celérrima, mansura et perfecta sanatione Sororis Ioannae Régnier a « ipertensione arteriosa, cardiopatia ischemica; grave episodio di insufficienza vascolare cerebrale con evidente stato lacunare ed espressioni cliniche multiple piramidali ed extrapiramidali ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

h. ©S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETA

I

MOLDOVENSIS

de Administrationis Apostolicae erectione

DECRETUM

Quo aptius provideretur spiritualibus necessitatibus Christifidelium versantium in territorio Rei publicae Moldovae, opportunum visum est, ut nova pro ipsis circumscriptio ecclesiastica erigeretur.

Quapropter Summus Pontifex Ioannes Paulus, divina Providentia Pp. II, de plenitudine Apostolicae potestatis, praesenti Congregationis pro Episcopis Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, in praefato territorio Administrationem Apostolicam, Moldovensem appellandam, erigit.

Praelato Ordinario novae erectae Administrationis Apostolicae, cuius sedes in urbe vulgo nuncupata Chisinau erit, tribuit omnia iura, facultates et officia quae Episcopis dioecesanis, congrua congruis referendo, ad normam iuris, competunt.

Ad haec perficienda Summus Pontifex Exc.mum P. D. Franciscum Colasuonno, Archiepiscopum titulo Truentino, deputat eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 28 mensis Octobris anno 1993.

© BERNARDINUS card. GANTIN, *Praefectus*

© Iustinus Rigali, *a Secretis*

L. © S.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 898/93

II

CAUCASI LATINORUM

de Administrationis Apostolicae erectione

DECRETUM

Quo aptius provideretur spiritualibus necessitatibus fidelium latini ritus versantium in parte dioecesis Tiraspolitanae, quae in territorio Armeniae, Azerbaigian et Georgiae dicionibus invenitur, opportunum visum est, ut nova pro ipsis circumscriptio ecclesiastica erigeretur.

Quapropter Summus Pontifex Ioannes Paulus, divina Providentia Pp. II, de plenitudine Apostolicae potestatis, praesenti Congregationis pro Episcopis Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, praefatum territorium ab ipsa dioecesi Tiraspolitana distrahit et in Administrationem Apostolicam, Caucasum Latinorum appellandam, erigit.

Praelato Ordinario novae erectae Administrationis Apostolicae, cuius sedes apud Nuntiaturam Apostolicam in Rebuspublicis Caucasicis erit, tribuit omnia iura, facultates et officia quae Episcopis dioecesanis, congrua congruis referendo, ad normam iuris, competunt.

Ad haec perficienda idem Summus Pontifex Exc.mum P. D. Ioannem Paulum Gobel, Archiepiscopum titulo Calatinum, Nuntium Apostolicum in Armenia, Azerbaigian et Georgia, deputat eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 30 mensis Decembris anno 1993.

68 BERNARDINUS card. GANTIN, *Praefectus*

Ioannes M. Rossi, *Subsecr.*

L. © S.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 68/94

III

THORUNIENSIS

de Concathedralis erectione

DECRETUM

Ut spirituali Populi Dei bono aptius consulatur utque pastorale suum munus efficacius adimplere valeat, Exc.mus P. D. Andreas Adalbertus Suski, Episcopus Thoruniensis, ab Apostolica Sede expostulavit, ut basilica minor, in urbe vulgo Chelmza exstans, Deo in honorem Ss.mae Trinitatis dicata, ad dignitatem et fastigium Ecclesiae concathedralis eveheretur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Iosephi Kowalczyk, Archiepiscopi titularis Heracleensis et in Polonia Apostolici Nuntii, vigore specialium facultatum sibi, a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia, Pp. II, tributarum, oblatas preces benigne accipiendas esse censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, decernit, ut, servata dioecesis Thoruniensis Cathedrae episcopalis dignitate, templum Deo in honorem Ss.mae Trinitatis in urbe nuncupata Chelmza exstans dicatum, titulo ac fastigio Ecclesiae concathedralis decoretur, cum omnibus iuribus, honoribus et privilegiis ac oneribus et obligationibus quae huiusmodi Ecclesiis sunt propria.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis memoratum Exc.mum P. D. Iosephum Kowalczyk deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum onere imposito ad eandem Congregationem, ubi primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis transmittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 10 mensis Decembris anno 1994.

& BERNARDINUS card. GANTIN, *Praefectus*

68 Georgius Mejia, *a Secretis*

L. & S.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 237/94

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 8 Februarii 1994. -— Titulari episcopali Ecclesiae Cenanensi, R. D. Thomam Curry e clero archidioecesis Angelorum in California, quem deputa vit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tamascaniensi, R. D. Gabinum Zavala e clero archidioecesis Angelorum in California, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Oliviensi, R. D. Iosephum Sartoris e clero archidioecesis Angelorum in California, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 12 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Cabimensi R. *D.* Fridericum Fuenmayor Suárez, e clero dioecesis Tequinensis, hactenus Seminarii interdioecesani « Santa Rosa de Lima » rectorem.

die 15 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Placentinae in Hispania, R. D. Carolum López Hernández, hactenus Vicarium iudicialem Abulensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Obbensi, R. D. Iosephum Eduardum Velázquez Tarazona, in dioecesi Huarazensi Pro-Vicarium generalem ac Seminarii maioris rectorem, quem Auxiliarem praefatae dioecesis constituit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Pocofeltanae, R. D. Carolum J. McDonnell, e clero archidioecesis Novaricensis, ibique Vicarium generalem et moderatorem Curiae, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 19 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Liberaliensi R. D. Hyacinthum Jezierski, Seminarii maioris Varmiensis moderatorem spiritus, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Sanctae Mariae Angelorum Exc.mum P. D. Michaelem Caviedes Medina, hactenus Episcopum Osornensem.

die 22 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Timicitanae R. D. Franciscum Cases Andreu, hactenus rectorem Seminarii theologici Oriolensis-Lucentini, quem constituit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Carolinanae, Exc.mum P. D. Villelmum Georgium Curlin, hactenus Episcopum titularem Rosamarkensem et Auxiliarem archidioecesis Vashingtonensis.

die 25 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Posadensi Exc.mum P. D. Alfonsum Delgado Evers, hactenus Episcopum Sancti Thomae in Argentina.

— Metropolitanae Ecclesiae Portus Veteris, noviter erectae, Exc.mum P. D. Iosephum Marium Ruiz Navas, hactenus Episcopum eiusdem sedis episcopalis.

die 5 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Sanctissimae Conceptionis in Paraguay R. D. Ioannem Baptistam Gavilán Velásquez, in dioecesi Caacupensi parochum et Vicarium pastoralem.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Petri Apostoli R. P. Ferdinandum Lugo Méndez, e Societae Verbi Divini, hactenus Superiorem provincialem eiusdem Instituti religiosi in Paraquaria.

die 9 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Ioinvillensi R. D. Rolandum Brandes, Seminarii theologici Lagensis rectorem.

— Cathedrali Ecclesiae Parintinensi R. P. Hyginum Malvestio, Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris sodalem, paroeciae Sancti Ioseph in oppido Parintinensi curionem.

NOMINATIO

Lato decreto a Congregatione pro Episcopis Ioannes Paulus Pp. II per Apostolicas sub plumbo Litteras nominavit:

die 22 Februarii 1994. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Ioannis Roberti Roach, Archiepiscopi Paulopolitani et Minneapolitani, Exc.mum P. D. Henricum J. Flynn, hactenus Episcopum Lafayettensem.

COLLATIO DIGNITATIS ARCHIEPISCOPALIS

die 5 Martii 1994. — Exc.mo P. D. Georgio Mariae Mejia, Episcopo titulari Apolloniensi, Congregationis pro Episcopis a Secretis.

CONGREGATIO
PRO GENTUM EVANGELIZATIONE

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 3 Februarii 1994. — Metropolitanae Ecclesiae Antananarivensi Exc.mum P. D. Armandum Caietanum Razafindratandra, hactenus Episcopum Mahagianganum.

— Cathedrali Ecclesiae Batouriensi, noviter erectae in Camaruniensi regione, R. P. Rogerum Pirenne, Missionariorum Combonianorum Cordis Iesu sodalem, parochum paroeciae cathedralis et Vicarium generalem dioecesis Yokadumanae.

— Coadiutorem Carolinensium Exc.mum P. D. Amandum Samo, Episcopum titularem Libertinensem, hactenus Auxiliarem Carolinensium.

— Titulari episcopali Ecclesiae Buffadensi, R. D. Alexandrum Cheongduk Sye, Cancellarium archiepiscopalem, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Taikuensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Flumenpiscensi, R. D. Andream Changmu Tchoi, rectorem Seminarii maioris regionalis in urbe Seulensi, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Seulensis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Visita Ufficiale:

Giovedì, 3 Marzo 1994, S. E. il Dottor RICHARD VON WEIZSÄCKER, Presidente della Repubblica Federale di Germania.

Lunedì, 7 Marzo 1994, S. E. il Signor WACLAW HAVEL, Presidente della Repubblica Ceca.

Giovedì, 17 Marzo 1994, S. E. il Signor GUNTIS ULMANIS, Presidente della Repubblica di Lettonia.

Ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Lunedì, 28 Febbraio 1994, S. E. il Signor CHRISTOPH CORNARO, Ambasciatore d'Austria presso la Santa Sede.

Giovedì, 10 Marzo 1994, S. E. il Signor BRUNO BOTTAI, Ambasciatore d'Italia presso la Santa Sede.

Ha altresì ricevuto in Udienza:

Giovedì, 17 Marzo 1994, S. E. il Signor YITZHAK RABIN, Primo Ministro dello Stato di Israele.

Venerdì, 25 Marzo 1994, S. E. il Signor MICHEL ROUSSIN, Ministro per la Cooperazione della Repubblica di Francia.

Giovedì 3 marzo 1994 il Santo Padre ha presieduto una riunione degli Em.mi Signori Cardinali Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

2 marzo 1994. S. E. mons. Luigi Dossena, Arcivescovo tit. di Carpi, ***Nunzio Apostolico con incarichi speciali e Nunzio Apostolico in Slovacchia.***

5 » » S. E. mons. Jorge María Mejía, Arcivescovo tit. di Apollonia, ***Segretario della Congregazione per i Vescovi.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

25 gennaio 1994. Gli **Em.mi Signori Cardinali Eduardo Francisco Pironio, Henryk Roman Gulbinowicz, Giovanni Saldarmi, Edward I. Cassidy; le LL.EE. i monsignori Luigi Poggi, arciv. tit. di Forontoniana; Luciano Angeloni, arciv. tit. di Vibo Valentia; il sac. Philippe Ouedraogo,** ***Membri della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli « ad quinquennium ».***

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Bernardin Gantin, Joseph Ratzinger, Stephen S. H. Kim, Eugenio **Sales de Araújo, Maurice M. Otunga, Hyacinthe Thiandoum, William W. Baum, Roger Etchegaray, Michael M. Kitbunchu, Alexandre do Nascimento, Alfonso Lopez Trujillo, Godfried Danneels, Thomas S. Williams, Ricardo J. Vidal, John J. O'Connor, Alexandre J. M. dos Santos, Simon I. Pimenta, Christian W. Turni, John Baptist Wu Cheng-chung, Eduardo Martínez Somalo, Achille Silvestrini, Angelo Felici; le LL.EE. i monsignori Gordon A. Pantin, Petero Mataca, Nicholas M. Fernando, Anthony S. Fernandez, Henry S. D'Souza, Francis X. K. Shimamoto, Dario Castrillón Hoyos, Faustin Ngabu, Javier Lozano Barragán, Paul Shan Kuo-hsi, Henry Goudreault; i padri Peter-Hans Kolvenbach, S.I.; Egidio** Vigano, **S.D.B.,** ***Membri della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli « in aliud quinquennium ».***

3 febbraio » Mons. Michael Sable, ***Difensore del Vincolo presso il Tribunale della Bota Romana.***

19 » » Il sac. Hanna Alwan, ***Promotore di Giustizia aggiunto con funzioni di Difensore del Vincolo del Tribunale della Rota Romana.***

T marzo 1994. Mons. Jozef Zlatñansky, *Sotto-Segretario della Congregazione per la Dottrina della Fede «usque ad 70um annum».*

» » » P. Charles A. Schleck, C.S.C., *Sotto-Segretario della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli « usque ad 70um annum ».*

» » » Mons. Milan Simcic, *Sotto-Segretario della Congregazione per il Clero « usque ad 70um annum ».*

» » » P. Jesús Torres Llórente, C.M.F., *Sotto-Segretario della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica « in aliud quinquennium ».*

Jesus went in search of the men and women of his time. He engaged them in an open and truthful dialogue, whatever their condition. As the Good Samaritan of the human family, he came close to people to heal them of their sins and of the wounds which life inflicts, and to bring them back to the Father's house. Young people of World Youth Day, the Church asks you to go, in the power of the Holy Spirit, to those who are near and those who are far away. Share with them the freedom you have found in Christ. People thirst for genuine inner freedom. They yearn for the Life which Christ came to give in abundance. The world at the approach of a new millennium, for which the whole Church is preparing, is like a field ready for the harvest. Christ needs laborers ready to work in his vineyard. May you, the Catholic young people of the world, not fail him. In your hands, carry the Cross of Christ. On your lips, the words of Life. In your hearts, the saving grace of the Lord.

[22] *1 Cor* 9:16.
[23] Cf. *Rm* 1:16.
[24] Cf. *Mt* 10:27.
[25] *Ibid,* 22:9.
[26] Cf. *ibid* 5:15-16.

7. At her Assumption, Mary was "taken up to Life" — body and soul. She is already a part of "the first fruits"[27] of our Savior's redemptive Death and Résurrection. The Son took his human life from her; in return he gave her the fullness of communion in Divine Life. She is the only other being in whom the mystery has already been completely accomplished. In Mary the final victory of Life over death is already a reality. And, as the Second Vatican Council teaches: "In the most holy Virgin the Church has already reached the perfection whereby she exists without spot or wrinkle".[28] In and through the Church we too have hope of "an inheritance which is imperishable, undefiled, and unfading, kept in heaven for us".[29]

You are blessed, O Mary! Mother of the Eternai Son born of your virghi womb, you are full of grace.[30] You have received the abundance of Life[31] as no one else among the descendants of Adam and Eve. As the most faithful "hearer of the Word",[32] you not only treasured and pondered this mystery in your heart,[33] but you observed it in your body and nourished it by the self-giving love with which you surrounded Jesus throughout his earthly life. As Mother of the Church, you guide us stili from your place in heaven and intercede for us. You lead us to Christ, "the Way, and the Truth, and the Life",[34] and help us to increase in holiness by conquering sin.[35]

8. The Liturgy présents you, Mary, as the Woman clothed with the sun.[36] But you are even more splendidly clothed with that Divine Light which can become the Life of ali those created in the image and likeness of God himself: "this life was the light of the human race; the light shines in the darkness, and the darkness has not overeóme it".[37]

O woman clothed with the sun, the youth of the world greet you with so much love; they come to you with ali the courage of their young hearts. Denver has helped them to become more conscious of the Life which your Divine Son has brought.

[27] *1 Cor* 15:20.
[28] *Lumen gentium,* 65.
[29] Cf. *1 Pt* 1:4.
[30] Cf. *Lk* 1:28.
[31] Cf *Jn* 10:10.
[32] Cf. *Lk* 11:28.
[33] Cf. *ibid.* 2:19, 51.
[34] *Jn* 14:16.
[35] Cf. *Lumen gentium,* 65.
[36] Cf. *Rv* 12:1
[37] *Jn* 1:4-5.

We are all witnesses of this.

These young people now know that Life is more powerful than the forces of death; they know that the Truth is more powerful than darkness; that Love is stronger than death.[38]

Your spirit rejoices, O Mary,

and our spirit rejoices with you

because the Mighty One has done great things for you and for us,

—for all these young people gathered here in Denver—and holy is his name!

His mercy is from age to age.

We rejoice, Mary,

we rejoice with you, Virgin assumed into heaven.

The Lord has done great things for you!

The Lord has done great things for us! Alleluia. Amen.

[38] Cf. *Song* 6:8.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

ROMANA

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servi Dei Hyacinthi Mariae Cormier, LXXVI Magistri Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum (1832-1916).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Servus Dei Hyacinthus Maria Cormier est Aureliae *(Orléans)* ortus die 8 mensis Decembris anno 1832. Anno 1856 est ordinatus sacerdos eodemque Ordinem Fratrum Praedicatorum ingressus, in quo diversis est muneribus functus, et supremo etiam Magistri Generalis (annis 1904-1916). Alter conditor fuit Congregationis Sororum Dominicanarum Tolosanarum ab Immaculata Conceptione et Congregationis Dominicanarum Auxitanarum a Sancta Catharina Senensi. Romae Pontificium Athenaeum Angelicum instituit, quod nunc Pontificia Universitas a Sancto Thoma Aquinate appellatur. Ministerio praedicationis et spiritali moderationi fructuose se dedidit. Plures edidit libros naturae paedagogicae, asceticae atque hagiographicae. Studia theologiae fovit et spiritale culturaeque sui Ordinis augmentum, in quo est magni habitus ob vitae sanctitatem, regiminis prudentiam, caritatem in omnes, erga Ecclesiam, fratres sodales et animas amorem. Meritis ornatus et fama sanctitatis insignis Romae decessit die 17 mensis Decembris anno 1916.

Canonizationis Causa inita est anno 1935. Rebus peractis iure statutis, pridie Idus Maias anno 1983 Summus Pontifex Ioannes Paulus II declaravit Patrem Hyacinthum Mariam Cormier heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas coluisse.

Ad Venerabilis Servi Dei beatificationem obtinendam Causae Postulatio iudicio Congregationis de Causis Sanctorum coniectam miram sanationem permisit, anno 1955 patratam et deprecationi adscriptam eiusdem Patris Cormier. Haec attinet ad P. Georgium Vesely, O. P., qui, post abolitionem civilem Ordinum religiosorum in Cechoslovachia, anno 1950 una cum fratribus sodalibus in monasterium Zelivense, apud Pragam, in publicae custodiae campum mutatum, relegatus est. Ibi, paulo post, ei diagnosis facta est de phthisi pulmonea cavearum, ex qua consanuit. Ad ulcus intestini duodeni curandum, quo iam inde ab anno 1936 laborabat, mense Iunio anno 1955 liquores in eum infusi sunt, non servatis tamen praeceptis de valetudine tuenda. Ex hac therapia orta est febris magna et abscessus in clunibus, qui die 3 mensis Iulii anno 1955 secti sunt et ex eis multum pus foetidum est egressum. Condicio séptica non solum non defecit, sed contra etiam in aliis corporis partibus apparuit; quam ob rem medici diagnosim fecerunt de gravi sepsi generali. Quodlibet artis medicinae remedium inefficax fuit. Infirmi condiciones gradatim in peius sunt mutatae, donec prognosis infausta est facta quoad vitam. Interim ipse Pater Vesely, fratres sodales et multi sacerdotes in monasterio Zelivensi custoditi invocare coeperunt Servi Dei Hyacinthi Mariae Cormier deprecationem. Mensis Augusti die 4, anno 1955, cum aegroti obitus subesse videbatur, eius condiciones celeriter meliores fieri coeptae sunt, ratione pro scientia inexplicabili. Insequenti mense Decembri animadversum est sanationem esse perfectam.

Propter difficultates in quibus tunc Cechoslovachia versabatur, probationes collectae sunt apud Romae Vicariatum per processum instructum anno 1969 ac rite validae agnitae decreto die 27 mensis Septembris anno 1991 promulgato. Nonis Novembribus anno 1992 sessio acta est Consilii Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, quod affirmavit diagnosim sic exprimi posse: « Gravis sepsis cum multiplicibus abscessus definitionibus; syndrome nephrosica cum ingentibus oedematibus in persona parum nutrita cum antecedentibus phthisis pulmoneae cavearum et ulceris ». Idem Medicorum Consilium dixit inversionem processus clinici rapidam fuisse et sanationem progredientem, perfectam, mansuram, pro scientiae cognitionibus inexplicabilem. Pridie Idus Maias anno 1993 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris et die 19 mensis Octobris insequentis Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Exc.mo Domino Hieronymo Grillo, Episcopo Centumcellarum-Tarquiniensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Servo Dei Hyacintho Maria Cormier, LXX VI Magistro Generali Ordinis Fratrum Praedicatorum, videlicet de rapida inversione processus clinici ac progredienti, perfecta et mansura sanatione Patris Georgii Vesely, O. P., a « grave sepsi con localizzazioni ascessuali multiple, sindrome nefrosica con imponenti edemi in soggetto malnutrito con precedenti di tubercolosi polmonare cavitaria e di ulcera ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 8 S.

ffl Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

II

ROMANA

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servae Dei Iosephinae Vannini, Fundatricis Congregationis Filiarum S. Camilli (1859-1911).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Dei Serva Iosephina Vannini in Urbe nata est die 7 mensis Iulii anno 1859. Adiuvante Reverendo Patre Ludovico Tezza, Procuratore Generali Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmorum, Congregationem Filiarum Sancti Camilli ad aegrotos adiuvandos condidit anno

1892. Professione perpetua emissa, antistitae generalis munus ei creditum est, in quod valde incubuit cum prudentia atque amore sacrificii. Sororum institutioni spirituali earumque in arte medica profectui fovendo cum fervore peculiari se dedicavit eisque perpetuum exemplum praestantium virtutum praebuit. Fama sanctitatis fruens, animam suam Deo reddidit die 23 mensis Februarii anno 1911.

Canonizationis causa incepta, processus ordinarius informativus apud Vicariatum Urbis celebratus est anno 1955. Deinde, expletis investigationibus iure praescriptis, Summus Pontifex Ioannes Paulus II Servam Dei Matrem Iosephinam Vannini heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas coluisse die 7 mensis Martii anno 1992 sollemniter declaravit.

Praefatae Fundatricis beatificationem exspectans, haud multo ante Causae Postulatio assertam miram sanationem Congregationi de Causis Sanctorum examinandam misit, quae in civitate Bonaerensi evenit. Res ad mulierem Olgam Nuñez spectat, quae, 34 annos nata, ineunte anno 1958 ex capite valde laborare coeperat, qua de causa in nosocomium recepta est. Variis inquisitionibus factis, medici iudicium emiserunt eam tumore cerebrali affectam esse frontis ima in parte, linea media posito. Cuius indagationis causa die 23 subsequentis mensis Iulii statuerunt medici necesse esse, ut sectio chirurgica fieret, id est sectio « craniectomia » nuncupata; qua re vera melanoma malignum necnon metastaticum dein patefactum est. Interea, quod tumor exstirpari non potuit, aliquot tantum particulae detractae sunt, quibus biopsis fieret; unde iudicium clinicum verum quidem apparuit. Exinde provisio infausta emissa fuit de brevitate vitae illius mulieris. Morbus cum ingravescens patuerit neque medicina iam multum valuerit, nonnullae Sancti Camilli Filiae preces novendiales, die 25 mensis Iulii Matri fundatrici adhibuerunt, cuius ipsius aliquae reliquiae capiti mulieris Olgae Nuñez impositae sunt. Quattuor dies post, aegrotae status ita refici coeptus est, ut plenam quidem sanationem consecuta sit; quod scientiis nequaquam explicari potuit.

Ad eiusmodi eventum quod attinet, anno 1982 apud Curiam Bonaërensem processus canonicus celebratus est, qui decreto die 20 mensis Decembris anno 1985 edito ratus habitus est. Consultatio medica Congregationis de Causis Sanctorum in consilio, quod die 16 mensis Martii anno 1993 peractum est, declaravit sanationem fuisse comparate velocem, completam, diuturnam, neque explicari posse pro humana huius temporis scientia. Die 4 mensis Iunii anno 1993 actus est Theologorum Consultorum Congressus Peculiaris; die 5 mensis Octobris subsequentis effecta est Sessio Ordinaria

Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Exc.mo Angelo Palmas, Archiepiscopo titulari Vibianensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei losephina Vannini, Fundatrice Congregationis Filiarum S. Camilli, videlicet de comparate rapida, completa et mansura sanatione mulieris Olgae Nuñez a « metastasi cerebrali ed ossee di melanoma accertato istologicamente a partenza occulta; sindrome neurologica ingravescente con emiparesi sinistra ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 83 S.

£B Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

III

ROMANA SEU LEODIEN.

DECRETUM

Beatificationis Servae Dei Mariae a Iesu (in saec.: Aemiliae d'Ouitremont), Fundatricis Societatis Sororum a Maria Reparatrice (1818-1878).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Maria « Christum concipiens, generans, aiens, in templo Patri sistens, Filioque suo in cruce morienti compatiens, operi Salvatoris singulari prorsus modo cooperata est, oboedientia, fide, spe et flagrante caritate, ad vitam animarum supernaturalem restaurandam » (CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 61).

Exemplum secuta Beatae Virginis, Serva Dei Maria a Iesu naviter Christi regno aedificando cooperata est oboedientia caelestis Patris voluntati, amore in Iesum Salvatorem humili que et alacri servitio Ecclesiae praestito, cui novam dedit congregationem religiosam offensis contra Deum expiandis maloque hominum peccatis parto.

Serva Dei orta est die 11 mensis Octobris anno 1818 in castello *Wegimont* dicto, apud Leodium sito, nunc in Belgio, a comitibus Aemilio d'Oultremont et Maria de Lierneux de Presles, qui eam solida imbuerant christiana educatione. A pueritia, amore Dei tracta, virtutes excoluit et peculiarem pietatem erga Eucharistiam, Sacrum Iesu Cor et Virginem Mariam, quandam que animadvertit ad vitae consecrationem propensionem. Quamvis hanc vitam exoptaret, voluntati tamen parentum obtemperavit sicque, anno 1837, baroni Victorio Vanderlinden d'Hooghvorst nupsit, a quo duos habuit filios ac duas filias. Illis annis impensius deprecationi se dedidit et operibus caritatis, cum maritum haberet verum socium, qui eius christianam curam communicabat. Vitae societatis participatio eam non avertit a summorum spiritus bonorum inquisitione et a coniunctione cum Domino, qui eius affectuum factus est caput eiusque fons laetitiae. Prompte et generose vocationi divinae respondit, quae ei fugae mundi viam, paenitentiae et expiationis peccatorum hominum indicabat. Coniuge defuncto anno 1847, voto castitatis Deo se consecra vit ac diligenter in filiorum educationem incubuit. Eodem tempore fortius eius propositum fiebat omnia relinquendi, ut Dominum sequeretur et consolaretur. Qua re plus etiam a mundi vanitatibus est alienata, sumptuosas vestes deposuit pretiosaque monilia et acrius in deprecationem se immersit et in amorem piacularem. Cum Dei cognovit voluntatem in se, propinquorum tenaci repugnantia neglecta, Belgium reliquit cumque duabus filiabus sedem ac domicilium Lutetiae Parisiorum collocavit, ut novum conderet institutum religiosum, constans ex virginibus expiationi deditis culparum hominum peccatorum et Mariae imitationi, Filii sociae in redemptionis opere.

Patribus Societatis Iesu consilio adiuvantibus, qui iamdiu eius erant spiritales moderatores, die 21 mensis Decembris anno 1855 Societatem Sororum a Maria Reparatrice instituit, quae canonicam habuit approbationem ab episcopo Argentoratensi Calendis Maiis anno 1857, cum Serva Dei

vestem religiosam cum primis sociis induit. Postero anno vota nuncupavit, quae usque ad mortem observavit diligenter, constanter ac perfecte. Antistita Generalis studiose formationem Sororum curavit, quibus fidelitatem erga consecrationem, oboedientiam regulae, humilitatem et supernaturalem prudentiam inculcavit. Pari cum fervore sui Instituti direxit incrementum et diffusionem, novis apertis domibus in missionum terris (nempe in India, in Henoseos Insula, in Insula Mauriciana) et in pluribus Europaeis urbibus, inter quas Roma, ubi anno 1876 domum principem collocavit. Dum fervide bono suae religiosae familiae prospiciebat, sua erga filios officia non neglexit et hoc ei solacio fuit, quod in sua Congregatione filias Olympiam et Margaritam accepit, quae libere se Deo consecraverunt, ásperas parentum reprehensiones in eam convertentes. Forti animo harum falsarum interpretationum et aliarum multarum acerbitatum crucem tulit, quae non parum contulerunt ad eam similiorem reddendam Christo atque in dono sui Deo dando et proximo perfectiorem. Difficultates et dolores ei attulerunt etiam aliquae cooperatrices et praesertim Communitates Fernensis et Cordubensis atque Indicae, quae a Congregatione se disiunxerunt. Aliae doloris causae fuerunt mors Margaritae, gravis Olympiae morbus, fratris Caroli mors et acres magistri spiritus obiurgationes, qui eam rigide ac duriter moderatus est ad sui abnegationem. Ad haec omnia accesserunt aerumnae interiores et longa spiritus nox, quas accepit cum patientia ac divini auxilii fiducia, semper in sua vocatione firma et in voluntate Deo serviendi, Ecclesiae et animis, omnibus viribus. In difficilioribus etiam casibus lumine fidei et Dei voluntate sivit se duci, quae lex fuit suprema vitae eius et actionum. Evangelii doctrinam firmiter credebat et Ecclesiae magisterium semperque caritatis ignem accensum tenebat per arctam coniunctionem cum Christo, per eius Passionis contemplationem, piam Eucharistiae adorationem, deprecationem assiduam, religionem erga Sacrum Cor Iesu et Dei Matrem. Egregie misericordiae spiritalis et corporalis opera exercuit in pauperes, aegrotos, peccatores. Tamquam vera mater Sorores sodales dilexit et magnanimam se praebuit et ad veniam promptam in eos, qui difficultatum ac dolorum ei causa fuerunt. Actioni gratiae docilis, suam castigava indolem natura mollem, fortem et imperiosam atque paenitentiam exercuit et continentiam. Magnae prudentiae fuit in vitae suae spiritalis regimine suique Instituti; singularis fortitudinis in vocatione sequenda, in oboedientia Domino et ecclesiasticis auctoritatibus; perfectae iustitiae erga Deum et proximum. Per omnia temperans fuit, pauper et humilis. Paucis dici potest ea, amore mota Christi patientis, voluisse illum consolari vitae bonitate ac sanctitate et cotidiana sui ipsius oblatione.

Cum mors eam deprehendit Florentiae fere ex improviso die 22 mensis Februarii anno 1878, in Belgium iter facientem, eius virtutum gradus iam multos annos eminens erat et solida atque diffusa sanctitatis fama, qua erat insignis. Quae fama progrediente tempore mansit, quapropter Episcopus Leodiensis anno 1913 Causae canonizationis initium fecit celebratione processus informativi et postridie Calendas Iulias anno 1941 post consuetas pervestigationes decretum promulgatum est super Causae introductione. Postea celebratus est processus apostolicus Romanus (annis 1942-1943), cui additi sunt varii rogatoriales, quorum auctoritas est agnita anno 1946. Deinde, iuxta temporis illius praxim, inspectae sunt Servae Dei virtutes. Anno 1952 acta est Congregatio Antepraeparatoria et anno 1957 Congregatio Praeparatoria. Fidei Promotor Generalis anno 1958 « alias novas animadversiones » exhibuit, quibus responsum est in Positione super virtutibus, anno 1989 vulgata. Prospero cum exitu die 25 mensis Maii anno 1993 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris et die 16 subsequentis mensis Novembris Patres Cardinales et Episcopi, in Sessionem Ordinariam congregati, Causae Ponente Cardinali Eduardo Gagnon, confessi sunt Matrem Mariam a Iesu heroum more virtutes théologales, cardinales iisque adnexas observavisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae a Iesu (in saec.: Aemiliae d'Oultremont), Fundatricis Societatis Sororum a Maria Reparatrice, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

IV

SANCTI IACOBI IN CHILE

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servi Dei Alberti Hurtado Cruchaga, Sacerdotis professi Societatis Iesu (1901-1952).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Servus Dei Albertus Hurtado Cruchaga Vineae Maris ortus est, in Chile, die 22 mensis Ianuarii anno 1901. Doctoris gradum in iurisprudentia adeptus, Societatem Iesu ingressus est, in qua professionem religiosam fecit die 15 mensis Augusti anno 1925. Sacerdos ordinatus anno 1933, S. Iacobi de Chile se dedidit religioni atque paedagogiae docendae ac pastorali ministerio, praesertim pro iuvenibus, pauperibus et operariis. Fuit etiam adiutor nationalis Actionis Catholicae.

Pauperibus excipiendis et adiuvandis condidit Opus « El Hogar de Cristo », quod a Servo Dei cum cura rectum atque prudentia, multum est auctum et amplam explicavit beneficam et socialem navitatem. Pater Albertus, verus homo Dei, alacrem et multiplicem suum aluit apostolatum impensa vita interiore, posita in fideli voluntatis Dei exsecutione. Sancte interiit die 18 mensis Augusti anno 1952.

Canonizationis Causa inita est anno 1977, secundum normas M. P. *Sanctitas clarior.* Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 21 mensis Decembris anno 1991 enuntiavit Patrem Albertum Hurtado Cruchaga heroum in modum coluisse virtutes théologales, cardinales iisque adnexas.

Non multo ante S. Iacobi de Chile coniecta mira sanatio effecta erat, eius intercessioni tributa, quam Causae Postulatio Congregationi de Causis Sanctorum iudicandam subiecit ad beatificationem obtinendam. Sanatio attinet ad Mariam Aliciam Cabezas, triginta quattuor annos natam, quae die 25 mensis Iulii anno 1990 sensu frigoris in capite correpta est, vehementi cephalaea, vomitione, convulsionum crisibus, quas sensus defectio sequebatur. Postquam est in valetudinarium deducta in statu veternoso gradus 3[1] (vel 4[1]) *Glasgow,* est in ea reperta haematomatis sub cerebri membrana praesentia ex haemorrhagia subaracnoide propter aneurysmatis

abruptionem. Aegrota interventui chirurgico subici non potuit ob condiciones in quibus versabatur, sed est therapia intentiva curata. Prognosis facta est infausta quoad vitam. Condicio in deterius versa est ob peripneumoniam basalem dexteram et corruptionem viarum urinalium. Primis mensis Augusti diebus nova etiam supervenit haemorrhagia, quae aegrotae condiciones universas difficiliores reddidit. Cum casus clinice irreversibilis visus esset ideoque desperatus, divinum auxilium est cum fiducia invocatum. Die 17 mensis Augusti perplures, qui Patris Alberti Hurtado Cruchaga sepulcrum adierant, palam eius deprecationem imploraverunt ut Mariae Aliciae sanationem consequerentur, cui traditae erant eiusdem Servi Dei reliquiae. Eodem die, tempore postmeridiano, cum sacra peregrinatio iam finem habebat, aegrota subito et pro scientia ratione inexplicabili animum linquentem revocavit et artuum recuperavit mobilitatem. Inopinatus hic profectus, intercessioni adscriptus Patris Alberti, possibilem reddidit interventum chirurgicum, quem perfecta et mansura sanitas est secuta.

Huius eventus recognitio apud Curiam Sancti Iacobi in Chile est celebrata annis 1991-1992 et valida ex iure habita per decretum die 22 mensis Maii editum anno 1992. Consilium Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, in sessione acta die 10 mensis Februarii anno 1993, edixit sanationem celerrimam fuisse, mansuram et secundum praesentes scientiae cognitiones inexplicabilem. Die 4 mensis Iunii eodem anno Congressus Peculiaris est actus Consultorum Theologorum et die 9 subsequentis mensis Novembris Patrum Cardinalium et Episcoporum Sessio Ordinaria, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Martínez Somalo. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus,infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Servo Dei Alberto Hurtado Cruchaga, Sacerdote professo Societatis Iesu, videlicet de celérrima et mansura sanatione Mariae Aliciae Cabezas ab « emorragia subaracnoidea recidivante da rottura di aneurisma del sifone della carotide destra, stato di coma, emiparesi sinistra complicata da polmonite basale destra ed infezione urinaria ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 83 S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

V

TARRACONEN.

DECRETUM

Beatificationis Servae Dei Mariae Antoniae a S. Petro (in saec.: Antoniae Paris i Riera), Fundatricis Congregationis Religiosarum a Maria Immaculata Missionariarum Claretianarum (1813-1885).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Catholici omnes ad perfectionem christianam tendere debent atque, pro sua quisque condicione, eniti ut Ecclesia, humilitatem et mortificationem Iesu in corpore suo portans, de die in diem mundetur et renovetur, donec Christus eam sibi exhibeat gloriosam, non habentem maculam aut rugam » (CONC. OECUM VAT. II, Decretum de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* 4).

Verba haec Concilii Vaticani II esse possunt vitae atque navitatis Servae Dei Mariae Antoniae a Sancto Petro compendium, quae constanter ad perfectionem christianam tetendit ardenti que cum caritate et humilitate Ecclesiae renovationi se tradidit, perfectiorem exoptans Dei legis observantiam ac paupertatis clarius exercitium.

Serva Dei orta est die 28 mensis Iunii anno 1813 in parvo vico *Vallmoll,* intra fines Tarraconensis archidioecesis posito, quo mater eius Teresia Riera confugerat ut e militibus Napoleonis evaderet. Pater Franciscus Pa-

ris mortuus erat mense ante quam filia nasceretur. Postquam Gallicae copiae discesserunt, familia ad domum Tarraconensem rediit. Ibi Antonia — hoc nomen ei inditum erat ad fontem baptismalem — infantiam et pueritiam egit egregie, rebus domesticis, deprecationi bonisque lectionibus dedita. Iam tum evidentem ostendit propensionem ad silentium et meditationem. Cum quattuordecim circiter erat annorum, inter missionem a Fratribus Minoribus praedicatam, tam magna in eius vita facta est mutatio, ut eam « conversionem » definierit. Castitatis perpetuae votum nuncupavit, desiderium concepit se Deo consecrandi et asperis se paenitentiis dedit. Anno 1841 Tarracone ingressa est Societatem Mariae et, propter leges civiles eius temporis, decem ferme annos obstricta est postulans manere. Illa aetate arcanas coepit percurrere vias contemplationis et coniunctionis cum Domino, a quo singulares gratias accipiebat. Vehemens in eius anima accensus est Ecclesiae amor, id temporis non paucis vexatae difficultatibus, statuitque vitae suae sanctitate et apostolatu eius restitutioni interesse. Intellexit etiam suum esse institutum religiosum condere « non doctrina novum, sed actione ». Permissu igitur confessorum et superiorum Societatem Mariae reliquit et aliquanto post, cum nonnullis sociis Sanctum Iacobum in Cuba est profecta, ut archiepiscopum Antonium Mariam Claret peteret, qui iam eius noverat consilium institutum apostolicum condendi, quod ex Evangelio viveret illudque omnes doceret creaturas. Ita nova religiosa communitas initium habuit, quae, plena in paupertate, ad contemplationem se conferret et ad humanam christianamque puellarum educationem. Communitas est canonice instituta ab archiepiscopo Claret die 25 mensis Augusti anno 1855. Biduo post Conditrix, capto nomine Maria Antonia a Sancto Petro, vota suscepit sollemnia et paulo post a Sororibus sodalibus est antistita electa. Communitas, quae ex voluntate Sanctae Sedis est regulae benedictinae subiecta, exempli ac praeceptorum antistitae gratia, rigidam observavit internam disciplinam et utilem explicavit pro puellis Cubanis apostolatum.

In Hispaniam revocata (anno 1859) a Sancto Antonio Maria Claret, qui interea confessor erat factus reginae Isabellae II, cum cura ac prudentia incubuit in novitias Sororesque formandas, in domos condendas, quae sui iuris manserunt, donec anno 1922 factae sunt Congregatio cum votis simplicibus cumque regimine centrali, quae nunc appellatur Congregatio Religiosarum a Maria Immaculata Missionariarum Claretianarum. Hac in opera, quae tota ad Dei gloriam spectabat et ad Ecclesiae eiusque Instituti bonum, Serva Dei difficultates etiam subiit ac maerores, quae animo forti ac patienti plenaque Dei providentiae fiducia tulit. Rebus adversis externis

adiunctae sunt acerbiores animae aegritudines, quae multum profuerunt ad illam purificandam provehendamque in Christi cognitione, amore et imitatione inque virtutum incremento, quas excellenter coluit, cum perseverantia atque spiritali delectatione. Fides, spes et caritas erga Deum et proximum lucernae ardentes fuerunt, quae totam eius vitam, eius opera et scripta illustraverunt. Has aluit virtutes deprecatione continua, contemplatione, intima cum Domino iunctione, religione in Christi humanitatem, in Eucharistiam, Virginem Mariam; continentia, sui ipsius ac mundi rerum inanium contemptione. Semper voluntati Dei prompte oboedivit, omne vitavit vitii genus; nihil aliud cupivit, nisi Redemptorem consolari hominum peccatis offensum et praesertim suorum asseclarum infidelitate et neglegentia. Quamvis caelitus gratiis specialibus luminibusque esset ornata, non hinc gloriata est, sed cum simplicitate ac docilitate superiorum ecclesiasticorum praeceptis se subiecit. Idcirco aequo animo accepit nec suum reformationis Ecclesiae consilium probari, nec constitutiones quas pro suo Instituto praeparaverat. Non solum accepit et oboedivit, sed multo magis fecit: namque pura caritate impulsa, vitam suam devovit pro Ecclesia et cotidie omnique in casu in sua oblatione perseveravit, qualibet impensa, laeta se esse coniunctam divino Pastori, pro grege suo immolato. Egregie etiam prudentiam servavit in respondendo suae vocationi, in sui muneris exercitio et in regenda Congregatione. Iusta fuit in omnes, temperans, pauper, casta et humilis. Sorores sodales et qui eam adibant, eius bonitatem, religiosum fervorem, apostolicum ardorem admirabantur. Ideo, etiam viva, fama sanctitatis erat insignis. Post eius mortem, quae evenit in conventu loci *Reus* die 17 mensis Ianuarii anno 1885, singularium eius virtutum memoria viva mansit apud filias eius spiritales et apud populum, qui cum fiducia eius deprecationem invocabant.

Fama sanctitatis durante, Archiepiscopus Tarraconensis, anno 1968 initium fecit processus ordinarii informativi et anno 1982, ad normam M. P. *Sanctitas clarior,* decretum promulgavit de Causae introductione et processum cognitionalem celebrandum suscepit, cuius auctoritas probata est per decretum die 9 mensis Aprilis anno 1984 proditum. Exitu cum prospero die 17 mensis Octobris anno 1989 Congressus Consultorum Historicorum est actus et die 8 mensis Iunii anno 1993 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Deinde Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria habita die 9 mensis Novembris subsequentis, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Francisco Pironio, professi sunt Servam Dei Mariam Antoniam a S. Petro heroum in modum virtutes théologales, cardinales eisque adnexas coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Antoniae a S. Petro (in saec.: Antoniae Paris i Riera), Fundatricis Congregationis Religiosarum a Maria Immaculata Missionariarum Claretianarum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VI

TURONEN.

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servae Dei Mariae Poussepin, Fundatricis Sororum Caritatis Dominicanarum a Praesentatione S. Virginis (1653-1744).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Maria Poussepin in oppido *Dourdan,* quod ad dioecesim tunc Carnutensem *(Chartres)* pertinebat, die 14 mensis Octobris

anno 1653 apud familiam satis locupletem nata est, a qua et in pauperes et in aegros amorem didicit. Domui suae pro rei necessitate subveniens, paternam industriae machinalis moderationem suscepit, quam magna cum peritia ac sedulitate pro operariis gessit. Congregationem Sororum Caritatis Dominicanarum a Praesentatione S. Virginis ad iuventutem instituendam aegrosque adiuvandos condidit. Fama sanctitatis cum clara esset, anno 1744 obdormivit in Domino die 24 mensis Ianuarii.

Causa canonizationis inita est celebratione ordinarii processus informativi anno 1911. Deinde, Causa introducta, processus apostolicus est subsecutus. Suetis investigationibus prospere expletis, Summus Pontifex Ioannes Paulus II Servam Dei Mariam Poussepin heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas excoluisse sollemniter declaravit die 21 mensis Decembris, anno 1991.

Coram in oculis beatificationem habens, Postulator Causae magno ex numero miraculorum, quae Venerabili Servae Dei adsignanda videbantur, unum inter septem praesertim ad normas legis inquisita, elegit atque Congregationi de Causis Sanctorum iudicandum commisit. De puella agebatur nomine Carola Laniol, quae, 21 annos nata, dum apud valetudinarium in loco *Beaugency* situm (in regione videlicet *Loiret)* ministra aegrotis prospiciebat, die 21 mensis Iulii anno 1911 valetudinis incommodo, cefalalgia, my algia febribusque affici coepta est. Quibus deinceps et plura addita sunt indicia, quae decoctionis organorum, cutis et mucosarum necnon praecipui nervorum systematis quidem sunt propria. Repertumque est eiusmodi febrim typho tribuendam esse, quod et seri recognitione confirmatum est. Quod viginti post diebus aegra iam duriore defatigatione affligebatur, decimo autem die mensis Augusti ob dolores abdominales gravioremque febrim collapsa est, tunc coniectura facta est de sanguine ex extis erupto. Condiciones igitur in peius versae erant ac medici provisionem emiserunt infaustam de brevitate vitae eius, qua ipsa de causa Unctionis Sacramentum puellae infirmae est ministratum. At interea Sorores Caritatis Dominicanae a Praesentatione S. Virginis curam memorati valetudinarii agentes, secundas preces novendiales Deo adhibere coeperunt die 9 mensis Augusti, ut auxiliante Matre Maria Poussepin sanationem illius Carolae ab eo impetrarent. Imaginem Servae Dei, cuius intercessionem aegrota ipsa petiverat, eius ipsius capiti supposuerunt die 11 post meridiem. Ineunte die 12 mensis Augusti, quod scientiarum ratione explicari nequit, Carola, quae imminenti iam morti destinata visa erat, salutem necopinate ac ita perfecte recuperavit ut nec convalescendi tempus successerit.

Cuius eventus testimonia iuris collecta sunt apud Curiam Turonensem processu ordinario informativo (annis 1911-1913 celebrato) et processu apostolico super virtutibus (annis 1926-1927 habito) ipsoque processu ad hoc instituto (anno 1931 celebrato), quorum auctoritas atque vis Decreto, quod die 22 mensis Novembris editum est anno 1991, iure probatae sunt. Consilium medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, quod sanationem perscrutatum est in sessione acta die 17 mensis Decembris anno 1992, eandem subitaneam fuisse, plenam, mansuram confirmavit, quae pro huius aetatis scientia explicari nequit. Die 14 mensis Maii anno 1993 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris et die 5 mensis Octobris subsequentis Patrum Cardinalium et Episcoporum Sessio Ordinaria, Causae Ponente Exc.mo Domino Angelo Palmas, Archiepiscopo titulari Vibianensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Maria Poussepin, Fundatrice Sororum Caritatis Dominicanarum a Praesentatione S. Virginis, videlicet de subitanea, perfecta et mansura sanatione Carolae Laniol a «febbre tifoide complicata da shock settico ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 23 mensis Decembris A. D. 1993.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. & S.

68 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 22 Martii 1994. — Cathedrali Ecclesiae Birminghamiensi, Exc.mum P. D. Davidem Eduardum Foley, hactenus Episcopum titularem Octabensem et Auxiliarem dioecesis Richmondiensis.

die 23 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Gummitanae in Byzacena R. D. Iosephum Clementem Weber, e clero Portalegrensi in Brasilia, quem deputavit Auxiliarem Archiepiscopi eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Arassatubensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Iosephum Carolum Castanho de Almeida, hactenus Episcopum dioecesis Itumbiarensis.

die 25 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Iomnitensi R. D. Armandum Brambilla, paroeciae S. Cyrilli in Urbe curionem, quem deputavit Em.mi Camilli S.R.E. Cardinalis Ruini, vicaria potestate Urbis Antistitis, Auxiliarem.

die 30 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Vilcanniensi-Forbesinae, Exc.mum P. D. Barrium F. Collins, e clero archidioecesis Sydneyensis.

die 5 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Lubbokensi, Exc.mum P. D. Placidum Rodríguez, CM.F., hactenus Episcopum titularem Fortisventurae et Auxiliarem archidioecesis Chicagiensis.

— Cathedrali Ecclesiae Bellomontensi, Exc.mum P. D. Iosephum A. Galante, hactenus Episcopum titularem Equiliensem et Auxiliarem archidioecesis Sancti Antonii.

die 6 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Flenucletensi R. D. Ioannem Braz De Aviz, paroeciae cathedralis Apucaranensis curionem, quem deputavit Auxiliarem Archiepiscopi Victoriensis Spiritus Sancti.

die** 7 **Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Novoraniensi, R. D. Marium Antonium Cargnello, hactenus rectorem cursus propaedeutici Seminarii Caiamarcensis.

die** 8 **Aprilis. — Archiepiscopali Ecclesiae Albae Iuliensi Exc.mum P. D. Georgium Nicolaum Jakubinyi, hactenus Episcopum titularem Aquaeregiensem et Administratorem dioecesanum eiusdem archidioecesis.

die** 16 **Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Avissensi R. D. Petrum Jarecki, professorem Sociologiae in Seminario maiore Varsaviensis archidioecesis, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die** 18 **Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Castrensi Galbae R. D. Ladislaum Biró, curionem paroeciae cathedralis Quinque Ecclesiensis dioecesis, quem deputavit Auxiliarem Colocensis-Kecskemetensis archidioecesis.

— Metropolitanae Ecclesiae Panamensi, Exc.mum P. D. Iosephum Dimani Cedeño Delgado, hactenus Episcopum Sancti Iacobi Veraguensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sebargensi R. D. Casparem Ladocsi, professorem Theologiae in Seminario maiore Strigoniensis-Budapestinensis archidioecesis, quem deputavit Ordinarium Militarem in Hungaria.

NOMINATIO

Lato decreto a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II per Apostolicas sub plumbo Litteras nominavit:

***die** 31 **Martii** 1994.* — Episcopum Coadiutorem Ecclesiae Sancti Michaelis Exc.mum P. D. Abelardum Franciscum Silva, hactenus Episcopum Sancti Rochi.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Sabato, 9 Aprile 1994, S. E. il Signor Luis ALBERTO LACALLE HERRERA, Presidente della Repubblica dell'Uruguay.

Sabato, 9 Aprile 1994, S. E. il Signor JACQUES TOUBON, Ministro della Cultura della Francia.

Sabato, 23 Aprile 1994, S. E. il Signor JOSÉ RAÚL MULINO, Ministro degli Affari Esteri del Panama.

Sabato 26 Marzo 1994, si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione delle Cause dei Santi.

Lunedì 11 Aprile 1994, alla presenza del Santo Padre, hanno avuto inizio le Congregazioni Generali dell'Assemblea speciale per l'Africa del Sinodo dei Vescovi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

9 aprile 1994. S. E. mons. Mariano Oles, Arcivescovo tit. di Raziaría, *Nunzio Apostolico in Kazakhstan, Kyrgystan ed Uzbekistan.*

23 » » S. E. mons. Fortunato Baldelli, Arcivescovo tit. di Bevagna, *Nunzio Apostolico in Perà.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

7	febbraio	1994.	Mons. Mario Zenari, *Rappresentante Permanente della Santa Sede presso l'Agenzia Internazionale dell'Energia Atomica, Osservatore Permanente della Santa Sede presso l'Organizzazione delle Nazioni Unite per lo Sviluppo Industriale e presso l'Ufficio delle Nazioni Unite e Capo della Delegazione della Santa Sede presso le Istituzioni della Conferenza sulla Sicurezza e Cooperazione in Europa a Vienna.*
15	»	»	Il sac. Paul Sayah, *Consultore del Pontificio Consiglio per il Dialogo Inter-Religioso.*
7	marzo	»	S. E. mons. Ugo Donato Bianchi, Arcivescovo di Urbino-Urbania-Sant'Angelo in Vado; i padri Ferruccio Pascual Basso, O.P., Victor Francisco X. Feytor Pinto, *Consultori del Pontificio Consiglio della Pastorale per gli Operatori Sanitari.*
8	aprile	»	L'Em.mo Signor Cardinale Bernardin Gantin, *Prefetto della Congregazione per i Vescovi e Presidente della Pontificia Commissione per l'America Latina «iuxta vigentes normas ».*
»	»	»	L'Em.mo Signor Cardinale Roger Etchegaray, *Presidente dei Pontifici Consigli della Giustizia e della Pace e « Cor Unum » « iuxta vigentes normas ».*
»	»	»	L'Em.mo Signor Cardinale Eduardo Francisco Pironio, *Presidente del Pontificio Consiglio per i Laici « iuxta vigentes normas ».*
9	»	»	Mons. Diarmuid Martin, *Segretario del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace « ad quinquennium ».*
»	»	»	Mons. Giampaolo Crepaldi, *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace « ad quinquennium ».*
13	»	»	I padri Benito Gangoiti, O.P., e Mario Carlo Cicconetti, 0. Carm., *Giudici esterni del Tribunale d'Appello del Vicariato di Roma « ad quinquennium ».*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

4	settembre	1993.	Mons. Joseph Charles Shenrock (Trenton).
9	»	»	Mons. Reinaldo Iriarte Ríos (Barranquilla).
12	»	»	Mons. Guido Terranova (Salerno-Campagna-Acerno).
20	»	»	Mons. Rosvaldo Renzi (Terni-Narni-Amelia).
18	ottobre	»	Mons. Abílio Ferreira da Nova (São Sebastião do Rio de Janeiro).

23	ottobre	1993.	Mons. William A. Varvaro (Brooklyn).
»	»	»	Mons. Georg Ratzinger (München und Freising).
»	»	»	Mons. Guido Marchetti (Ravenna-Cervia).
18	novembre	»	Mons. Gerald Chidgey (Cardiff).
23	novembre	»	Mons. Franco Tantardini (Cremona).
6	dicembre	»	Mons. Dante Benazzi (Bologna).
»	»	»	Mons. Ernesto Vecchi (Bologna).
»	»	»	Mons. Claudio Baggini (Lodi).
»	»	»	Mons. Vittorio Palestro (Sassari).
17	»	»	Mons. Salvatore Ferrandu (Sassari).
18	»	»	Mons. Stanislaw Bartoszewski (Sandomierz).
»	»	»	Mons. Ignacy Ziembicki (Sandomierz).

Prelati d'onore di Sua Santità:

17	luglio	1993.	Mons. Bruno Musare (Otranto).
»	»	»	Mons. Pierre Pham Van Thuong (Phú Cuong).
»	»	»	Mons. Ciro Bovenzi (Teano-Calvi).
27	agosto	»	Mons. Agatino Caruso (Catania).
»	»	»	Mons. Salvatore Consoli (Catania).
»	»	»	Mons. Stanislaw Swierczyñski (Katowice).
»	»	»	Mons. Nicola Bonomo (Roma).
4	settembre	»	Mons. Anthony Lawrence Capitani (Trenton).
»	»	»	Mons. Samuel Cari Constance (Trenton).
»	»	»	Mons. William John Dailey (Trenton).
»	»	»	Mons. James Harold Dubell (Trenton).
»	»	»	Mons. Joseph Lawrence Ferrante (Trenton).
»	»	»	Mons. John Joseph Gibbons (Trenton).
»	»	»	Mons. Martin Michael Komosinski (Trenton).
»	»	»	Mons. James Joseph McGovern (Trenton).
»	»	»	Mons. Walter Edward Nolan (Trenton).
»	»	»	Mons. Hugh F. Ronan (Trenton).
»	»	»	Mons. Edward Daniel Strano (Trenton).
»	»	»	Mons. Michael Joseph Walsh (Trenton).
12	»	»	Mons. Joseph Creegan (Dunkeld).
»	»	»	Mons. Hugh Francis Mclnally (Dunkeld).
»	»	»	Mons. Hermann Weber (Köln).
»	»	»	Mons. John Raymond Noel Mullin (Lancaster).
»	»	»	Mons. Johann Hillreiner (München und Freising).
»	»	»	Mons. Battista Mutti (Rottenburg-Stuttgart).
20	»	»	Mons. Antonio D'Urso (Napoli).
»	»	»	Mons. Aleksander Franciszek Klos (Pelplin).
»	»	»	Mons. Jean Milet (Sens).
8	ottobre	»	Mons. George W. Tribou (Little Rock).
»	»	»	Mons. Michael J. Alliegro (Metuchen).

8	ottobre	1993.	**Mons. William Benwell (Metuchen).**
»	»	»	**Mons. William R. Capano (Metuchen).**
»	»	»	**Mons. Michael J. Cashman (Metuchen).**
»	»	»	**Mons. Anthony J. Gambino (Metuchen).**
16	»	»	**Mons. Vicente Justiniano Coronel Argudo (Portoviejo).**
»	»	»	**Mons. Miguel Boris Feme Luzar (Portoviejo).**
»	»	»	**Mons. John Mervar Makovek (Portoviejo).**
»	»	»	**Mons. Emilio Palcic Misic (Portoviejo).**
»	»	»	**Mons. Wenceslao Rijavek Podgornik (Portoviejo).**
21	»	»	**Mons. George Mifsud (Akka dei Greci Melkiti).**
»	»	»	**Mons. Edoardo Menichelli (Camerino-San Severino Marche).**
»	»	»	**Mons. Rolando Magnani (Città di Castello).**
»	»	»	**Mons. Michel Berger (Digne).**
»	»	»	**Mons. Lucian Lamza (Fulda).**
22	»	»	**Mons. Gérard Hartmann (Tours).**
»	»	»	**Mons. Marc Nambrard (Tours).**
23	»	»	**Mons. Ferenc Benkovich (Gyôr).**
»	»	»	**Mons. Reith Barltrop (Westminster).**
»	»	»	**Mons. George Stack (Westminster).**
25	»	»	**Mons. Stanislaw Rylko (Krakow).**
»	»	»	**Mons. Henryk JózefNowacki (Tarnów).**
26	»	»	**Mons. Arthur James Amos (Pensacola-Tallahassee).**
1	novembre	»	**Mons. Johann Paarhammer (Salzburg).**
»	»	»	**Mons. John P. Shine (Waterford and Lismore).**
10	»	»	**Mons. Thomas Joseph Birch (Allentown).**
»	»	»	**Mons. John Gregory Chizmar (Allentown).**
3. The task of incarnating the Gospel in the culture of Malawi, which began only a few generations ago, will continue until the end of time. With you I thank God for the positive fruits that it has already borne, and I pray that God will give you, the Pastors of Church in Malawi, the gift of discernment and right judgment so that you may exercise ever more effectively your indispensable role as leaders in this process. I likewise share with you and all the Bishops of Africa the hope that through the forthcoming Special Assembly for Africa of the Synod of Bishops the genuine inculturation of the Gospel will receive new impetus throughout the Continent.

The family is at the heart of the life of society and its members, and for this reason is one of the most important objects of the Church's ministry and care. This is especially true in the African context, where the family and the ties binding together its members are of such great significance. The goal of your ministry in this field cannot be other than to foster that form of family life which is at one and the same time truly rooted in Malawi and completely filled with Christ.

4. In the process of the transformation of family life through the grace and light of the Gospel, one aspect which calls for particular attention

[2] Cf. *Lumen gentium,* 25.

[3] *1 Cor* 9:16.

[4] *2Pt* 2:19.

—because it is always in need of being purified and elevated—is that of procreation: something which is so highly prized among the peoples of Africa. In the context of the new creation achieved by grace, parenthood takes on the sense of having a share in God's work as the author of all life. From him, all parenthood in heaven and on earth is named.[5]

It follows that the proper context for engendering a new human life is the permanent and exclusive union which spouses establish by the complete and irrevocable gift of self to each other. The Church's insistence on monogamous marriage is not an imposition of a foreign reality displacing local traditions. Rather, in fidelity to her Lord, the Church proclaims—as the Apostolic Exhortation ***Familiaris consortio*** states—that "Christ renews the first plan that the Creator inscribed in the hearts of man and woman... Just as the Lord Jesus is the 'faithful witness', the 'yes' of the promises of God and thus the supreme realization of the unconditional faithfulness with which God loves his people, so Christian couples are called to participate truly in the irrevocable indissolubility that binds Christ to the Church his bride, loved by him to the end".[6] The understanding of marriage and parenthood given us by Christ is the key for unlocking the fullest meaning of these realities in every time and place. As the Exhortation concludes: "To bear witness to the inestimable value of the indissolubility and fidelity of marriage is one of the most precious and most urgent tasks of Christian couples... in a humble and courageous manner, they perform the role committed to them of being in the world a 'sign'—a small and precious sign, sometimes also subjected to temptation, but always renewed—of the unfailing fidelity with which God and Jesus Christ love each and every human being".[7]

5. Living this renewed reality is the vocation to which the vast majority of the Catholics in Malawi are called by God. In order to respond well to his invitation, the faithful must receive the necessary formation, in regard not only to marriage and family life in particular, but to the whole Christian mystery which is their foundation. The efforts being made in your Dioceses to impart this training, especially to young people, who from the earliest age should be educated to walk in the ways of the Spirit, are the sure sources of the future strength of Catholic family life.

I share, dear Brothers, your concern that a merely generic syllabus of religious education in schools is insufficient. I am confident that when

[5] Cf. *Eph* 3:15.
[6] *Familiaris consortio,* 20.
[7] *Ibid.*

such programmes are measured against the "Catechism of the Catholic Church", recently promulgated as "a sure norm for teaching the faith",[8] any inadequacies will be easily detected and corrected. To the devoted catechists, working tirelessly to help catechumens and the baptized to mature in the life of faith, I express the Church's appreciation. I pray that God will aid and sustain them in their vital work.

6. The witness given in Malawi by Religious is indispensable for evangelization. Through their lives of chastity, poverty and obedience in this world, Religious are signs of the life of the world to come. By giving up home and marriage, by forgoing the privilege of physically engendering new life, they show all the more clearly that the gift of self made under the impulse of grace is—even contrary to appearances—the true source of life.[9]

With a powerful clarity their lives of self-denial remind us that it was on the seemingly most sterile tree, the Cross, that God brought forth the most abundant harvest.

Since religious life bears witness to the presence of God's Kingdom and to the power of the Gospel to transform the realities of daily existence into channels of supernatural life, your efforts to foster an increase of vocations to the consecrated life and your support of initiatives aimed at strengthening formation are vitally important.

7. Priestly zeal and dedication is likewise so necessary for the growth of the Church that Bishops must give their primary care to the members of their presbyterates. Priests must be encouraged to support one another and to challenge one another to achieve an ever closer identification with Christ the Good Shepherd. Especially important in this regard is the good influence which older priests of proven virtue can have, in trying situations, upon those who have just begun their ministry. When difficulties arise, a Bishop must earnestly seek guidance in prayer, and be like the Lord himself who was "gentle and lowly in heart",[10] always ready to save the brother who was lost and is found.[11]

The celibate life of priests fittingly expresses the new identity received at Ordination. Sacramental configuration with Christ calls for total dedication to the pastoral care of God's people. Priests' manner of living should

[8] *Fidei depositum,* 4.
[9] Cf. *Mulieris dignitatem,* 21.
[10] Cf. *Mt* 11:29.
[11] Cf. *Lk* 15:32.

show that zeal for the salvation of others has become the all-consuming purpose of their activities. Through a priest's spiritual fatherhood the Holy Spirit brings to birth new children of God, and these brothers and sisters of Christ are brought to their full stature in Christ.[12]

Your conviction of the importance of having priests truly filled with zeal for the Lord's house[13] is the reason for your special concern for the Seminaries in your nation. It is indispensable to have exemplary priests as directors of priestly formation. This is the best guarantee that those to be ordained will receive the spiritual, intellectual, human and pastoral formation they require if they are to be worthy ministers of the Gospel. Those of your clergy assigned to this significant work are especially deserving of your support. Even when there is an urgent need for more priests, pressures to lower standards or to overlook deficiencies in candidates must be resisted. The Church's wisdom, valid no less today than in the past, is that a lessening of demands is no real solution to the scarcity of priests. God is with his Church, and exemplary ministers of the altar are his most effective instruments for building up the Church and providing for the needs of the faithful.

8. The more deeply the Gospel takes root in Malawi, the greater will be the transformation of society, for evangelization offers the basis for authentic human development.[14] Recently, your Episcopal Conference has devoted a great deal of attention to applying the wisdom and light of Christ's message to current challenges. In this regard your Pastoral Letters "Living Our Faith" (Lent 1992) and "Choosing Our Future" (2 February 1993) have been of particular significance. In the evolving political context such help is especially important in guiding the members of your flock as they exercise their rights and duties in the life of the nation. I am pleased that the efforts of the Pontifical Representative and other officials of the Holy See have been of assistance in fulfilling your responsibilities as the chief teachers of your particular Churches.

What the Church seeks is her rightful freedom to teach the message entrusted to her by the Prince of Peace.[15] By faithfully carrying out her divine mission she helps the peoples of the world to achieve their just aspirations. By conscientiously discharging your obligation to teach

[12] Cf. *Eph* 4:13.
[13] Cf. *Jn* 2:17.
[14] Cf. *Redemptoris missio,* 58,.
[15] Cf. *Nostra aetate,* 13.

the Church's social doctrine, you loyally serve the nation and make a necessary contribution to the common good. Dear Brothers, I share your hope that under the guiding hand of God's Providence Malawi will move steadily along the path of justice and solidarity towards that authentic development which supports the whole good of the human person.

9. In Malawi, those who first planted the Gospel and those who preach it today have generously devoted themselves to works of charity and service, which are an essential part of proclaiming the Good News. They were so in Jesus' own earthly ministry and they remain so today, for love remains the driving force of mission.[16] Through schools, hospitals and dispensaries, indeed in all your efforts to promote full human development, the message of God's love in Christ is made perceptible, and the dignity and transcendent destiny of every human person is upheld and promoted. I express the ardent hope that all these good works will be able to continue in a climate of peace and social harmony based upon the mutual respect and understanding of all sectors of society.

With full trust in the unfailing love of Mary Mother of the Church, I commend you and your Dioceses to her protection. To you and all the faithful I cordially impart my Apostolic Blessing.

Cf. *Redemptoris missio,* 60.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

CATANEN.

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servae Dei Magdalenae Catharinae Morano, Religiosae professae Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis (1847-1908).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Magdalena Catharina Morano in Italiae archidioecesi Taurinensi orta est die 15 mensis Novembris anno 1847. Magistrae diploma consecuta, in schola municipali oppidi Montaldi Taurinensis praeceptrix fuit, ubi apostolatui alacriter se dedidit. Anno 1878 Institutum Filiarum Mariae Auxiliatricis ingressa est, accepta ab altera conditrice Sancta Maria Mazzarello. Post religiosam professionem est in Siciliam missa tamquam communitatis loci Trecastagni antistita, in Catanensi archidioecesi positi. Miro cum ardore in catechesim tradendam incubuit, in puellarum educationem atque in progressionem humanam christianamque classium indigentium fovendam. Multas instituit religiosas domus, oratoria, scholas, parvorum puerorum ludos, officinas, ephebea et religionis scholas. Coniunctionem coluit cum Deo et vitae sanctitate fulsit. Die 26 mensis Martii anno 1908 mortem obiit.

Canonizationis Causa inita est apud Curiam Catanensem anno 1935. Quae ius statuit peractis, Summus Pontifex Ioannes Paulus II Calendis Septembribus anno 1988 enuntiavit Servam Dei Magdalenam Catharinam Morano heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas coluisse.

Interim Catanae mira erat effecta coniecta sanatio, quam nuper Causae Postulatio iudicandam permisit Congregationi de Causis Sanctorum ad beatificationem eiusdem Servae Dei obtinendam. Sanatio ad Sororem Ioannam Pulvirenti pertinet, Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis sodalem. Haec anno 1942 exeunte laborare coepit ex febris accessionibus et tussi continua, quae mensibus Iulio et Septembri subsequentis anni iteratae sunt.

Ex radiographica inspectione thoracis manatio basalis dextera apparuit, postquam diagnosis facta est de syndrome arteriarum pulmonearum assidua cum febris aestu constanti per duos ferme menses. Ob eiusmodi contagionem, naturae probabiliter tubercularis habitae, curatio proposita est per pneumathoracem; sed adhiberi illa non potuit, siquidem anno 1944 ineunte tumor dorsualis dexter initialis apparuit: ex radiologica inspectione repertum est nonae vertebrae dorsualis vulnus, morbo Pott tribuendum. Deinceps costae septima et octava dextrae correptae sunt, posteaque abscessus ossifluentes. Hi apparuerunt etiam in sede lumborum, lumborum sacrali et inguinum crurumque; deinde eodem processu infiammatorio correpta sunt sinistrum genu, regio capitis dextra, lymphonodi laterocervicales dexterae. Interim debilitas facta est totius corporis cum notabili ponderis amissione, gravi asthenia, cibi fastidio, doloribus diffusis. Accessit insuper maior contagio ex streptococcis cum genere quodam erysipelatis in regionibus lumborum inque artubus inferioribus diffusae. Variae adhibitae sunt therapiae, quae tamen omnino inefficaces fuerunt. Morbi tempus difficillimum mensis November fuit anni 1945, cum omnes curantes prognosim edixerunt infaustam. Hac in condicione Sorores sodales, familiares et aegrotae discipulae divinum auxilium cum fiducia et instanter invocaverunt per Matris Magdalenae Catharinae Morano intercessionem Sororis Ioannae sanitatem, quae preces cum ceteris consociavit Servae Dei admotas. Gradatim ea melior fieri coepit, donec perfectam recuperava sanitatem et solita munia repetiit.

Processus canonicus de coniecta mira sanatione apud Curiam Catanensem anno 1991 celebratus, legitimus habitus est per decretum die 19 mensis Iulii promulgatum anno 1992. Congregationis de Causis Sanctorum Consilium Medicorum in sessione Calendis Aprilibus habita anno 1993 declaravit sanationem Sororis Ioannae Pulvirenti per gradus factam, perfectam fuisse, mansuram et huius temporis scientia inexplicabilem. Postridie Calendas Iulias eodem anno Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum est actus et postridie Idus Décembres insequentes Patrum Cardinalium atque Episcoporum Sessio Ordinaria, Causae Ponente Em.mo Cardinali Pio Laghi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum esset factum, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Magdalena Catharina Mo-*

rano, religiosa professa Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis, videlicet de sanatione per gradus facta, perfecta et mansura Sororis Ioannae Pulvirenti a « grave forma tubercolare polmonare complicata da osteite specifica in sede costale e vertebrale con ascessi ossifluenti, con artrosinovite al ginocchio sinistro, linfoadenite laterocervicale destra, con eresipela e stato cachettico ».

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 28 mensis Ianuarii A. D. 1994.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

ffi Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 19 Aprilis 1994. — Cathedrali Ecclesiae Rockfordiensi, R. D. Thomam Georgium Doran, e clero eiusdem dioecesis, praelatum auditorem Tribunalis Rotae Romanae.

— Cathedrali Ecclesiae Helenensi, Exc.mum P. D. Alexandrum Brünett, e clero archidioecesis Detroitensis.

die 21 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Guadalaiarensi Exc.mum P. D. Ioannem Sandoval Iñiguez, hactenus Episcopum Civitatis Iuarezensis.

die 27 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Tullanensi R. D. Octavium Villegas Aguilar, hactenus in archidioecesi Moreliensi Vicarium episcopalem pro regione pastorali « el Bajío » paroeciaeque Sancti Iacobi in civitate « Valle de Santiago » parochum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hirinensi R. D. Ferdinandum Mariam Bargalló, hactenus templi cathedralis Sancti Isidori in Argentina curionem, quem constituit Auxiliarem Moronensem.

die 7 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Maturinensi Exc.mum P. D. Didacum Raphaelem Padrón Sánchez, hactenus Episcopum titularem Gisipensem et Auxiliarem Caracensem.

die 18 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Limoëirensi R. D. Emmanuelem Edmilson da Cruz, hactenus Auxiliarem Archiepiscopi Fortalexiensis.

ACTA TRIBUNALIUM

ROMANAE ROTAE TRIBUNAL

NORMAE

PROOEMIUM

Quammaxime decet Apostolicae Sedis Tribunal ordinarium a Summo Pontifice constitutum appellationibus recipiendis, quae est Rota Romana (cf. can. 1443), suis regi peculiaribus normis (cf. can. 1402 et art. 130 Const. Apost. *Pastor bonus),* sive quod attinet ad eiusdem constitutionem necnon singula Auditorum seu Iudicum aliorumque addictorum officia, sive quod spectat ad proprium ordinem iudiciarium.

Exinde, quo ad nostra tempora propius accedamus, factum est ut, promulgato Codice iuris canonici Piano-Benedictino, quem vocant, anno MCMXXXIV **die 29 mensis Iunii « Normae Sacrae Romanae Rotae Tribunalis » ederentur Pii Pp. XI imp. mem. auctoritate adprobatae et promulgatae, in Rota vim legis hodie usque habentes.**

Pro temporum necessitatibus autem oportuit, potissimum post Concilium Vaticanum II et renovatum Codicem iuris canonici a Summo Pontifice Ioanne Paulo Pp. II in Ecclesiae Dei aedificationem anno MCMLXXXIII **die xxv mensis Ianuarii pro Latinis, necnon post editum *Codicem Canonum Ecclesiarum Orientalium* anno** MCMXC **die xvm mensis Octobris promulgatum, ut eaedem Normae iuxta novam accommodatae disciplinam recognitioni subicierentur, ne praetermissa quidem instauratione novi ordinis Curiae Romanae, per Const. Apost. *Pastor bonus* diei 28 mensis Iunii a.** MCMLXXXVIII **effecta.**

Etenim vero Praelatorum Auditorum Romanae Rotae Collegium una cum et sub moderamine eiusdem Decani curavit ut, per trium ex senioribus Auditorum commissionem adlabo-

raretur ad opus istud perficiendum. Quapropter, primum schema compositum fuit, examini eiusdem Collegii subiectum auditis etiam quibusdam in scientia canonica Viris praeclaris: quorum omnium animadversionibus attentis ac matura sollertia pensatis, iterum per eandem Commissionem prodiit tandem schema alterum, in collegiali Praelatorum Auditorum sessione ad hoc celebrata decretorio voto confirmatum.

Quod idem igitur ad Summum Pontificem, per officium Secretariae Status, delatum est ut novae Normae suprema sanctione et auctoritate fulcirentur et vim legis in posterum haberent in hoc Apostolico Tribunali.

Verum quidem Ioannes Paulus Pp. II, feliciter XVI annum universalis sui ministerii agens, in audientia die 7 Februarii a. MCMXCIV Em.mo Cardinali Secretario Status concessa, adprobare dignatus est Normas easdem prouti continuo inferius prodeunt, insimul statuens ut ipsaemet, publici iuris factae in *Actorum Apostolicae Sedis* commentario officiali, legis servandae vigorem a die 1 mensis Octobris anni MCMXCIV obtinerent.

Romae, apud aedes Romanae Rotae Tribunalis, die 18 mensis Aprilis anni MCMXCIV.

MARIUS F. POMPEDDA
Decanus

TITULUS I

DE ROMANAE ROTAE TRIBUNALIS CONSTITUTIONE

CAPUT I

De Tribunalis compositione atque officiis

Art. 1

Rota Romana est Tribunal, Apostolicae Sedis ordinarium appellationis, constans certo Iudicum seu Praelatorum Auditorum numero qui, e variis terrarum orbis partibus a Summo Pontifice selecti, collegium constituunt.

Eidem collegio, primus inter pares praeest Decanus, ex ipsis Iudicibus a Summo Pontifice pariter nominatus.

Art. 2

Dicasterii Praesidis officia, de quibus in Ordine generali Curiae Romanae, in Rotae Tribunali exercet, pro diversitate negotiorum secundum articulos infra relatos, aut unus Decanus vel, eodem impedito, Iudicum antiquior, de quo in art. 4, § 1, aut integrum Praelatorum Auditorum Collegium.

Art. 3

§ 1. Iudices sacerdotes sint oportet, maturae aetatis, laurea doctorali saltem in utroque iure praediti, honestate vitae, prudentia et iuris peritia praeclari.

§ 2. Iidem, vix attigerint septuagesimum quintum aetatis annum a munere Iudicis cessant; si quidem ipsi, insimul, compleverint duodecim saltem annos in officio Auditoris, emeriti evadunt.

§ 3. Decanus a munere cessat expleto septuagesimo quinto aetatis anno.

Art. 4

§ 1. Iudices post Decanum ordine sedent ratione antiquioris nominationis, et in pari nominatione ratione antiquioris ordinationis ad sacerdotium, et in pari nominatione et ordinatione presbyterali, ratione aetatis.

§ 2. Vacante Decanatu, eiusdem officia explet Auditorum antiquior, usquedum Summus Pontifex novum Decanum e gremio Collegii nominet.

Art. 5

Apostolici Rotae Romanae Tribunalis iurisdictionem et competentiam moderantur *Codex Iuris Canonici, Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium,* Const. Apost. *Pastor bonus* necnon Normae eiusdem propriae.

Art. 6

§ 1. Pro bono publico tuendo officium constituitur Promotoris iustitiae, quem Adiunctus coadiuvabit.

§ 2. Uterque, plerumque sacerdos, erit laurea doctorali in utroque iure vel in iure canonico simul et civili atque diplomate advocati rotalis insignitus, maturae aetatis, bonis moribus, prudentia, plurium annorum experientia et rerum usu in Rota Romana aut in aliis Tribunalibus ecclesiasticis praestans; insuper Adiunctus prae ceteris e ritibus orientalibus assumetur.

Art. 7

§ 1. Pro tuendis sacra ordinatione et matrimonio, stabiliter constituuntur Defensores vinculi, qui, plerumque sacerdotes, sint laurea doctorali in iure canonico et advocati rotalis diplomate donati, maturae aetatis, bonis moribus, prudentia et experientia apud Romanam Rotam aut alia Tribunalia ecclesiastica praestantes.

§ 2. In officium Defensoris vinculi titularis, nominari poterunt unus vel plures Substituti ad tempus, requisitis praediti de quibus in § 1 huius articuli.

§ 3. Promotor iustitiae Adiunctus operam potissimum dat in causis christifidelium rituum orientalium: sive in istis sive in aliis idem, nisi interveniat tamquam Promotor iustitiae, designari quoque poterit vinculi Defensor.

§ 4. Animadversiones in singulis causis exarandas, Decanus, ad instantiam Defensoris vinculi titularis, committere potest deputato, qui sit laurea doctorali in iure canonico et advocati rotalis diplomate exornatus.

Art. 8

Apud Decanum de Cancellariae officiis respondet eiusdem Moderator. Qui, plerumque sacerdos, laurea doctorali in iure canonico et advocati rotalis diplomate ornatus esse debet, maturae aetatis atque experientiae, et, propter sua munera pecu-

liaría, ordinarie ex Tribunalis Notariis selectus, quorum iura atque munia servat.

Art. 9

§ 1. Ad interna Cancellariae negotia explenda deliguntur quidam Notarii, qui sint laurea doctorali in iure canonico et advocati rotalis diplomate praediti, necnon experientia et usu iudiciario praestantes.

§ 2. Ex Notariis alius bibliothecarii munus quoque obtinebit, alius autem colliget summa iurisprudentiae rotalis capita.

§ 3. Quoties res id postulaverit, Decanus et alios deputare potest Notarios qui interrogatoriis assistant.

Art. 10

§ 1. Custodiendis atque asservandis causis pendentibus praeficitur Archivista, qui laurea doctorali in iure canonico potiatur.

§ 2. Ad explenda negotia administrativa, Arcarius seu Ratiocinatur erit, qui speciali diplomate exornari debet.

Art. 11

Cancellariae erunt Addicti qui, praeter linguam latinam, bene duos saltem sermones ex hodie latius cognitis calleant et dactylographiae diplomate ornentur, aut titulo academico et usu artis dactylographicae.

Art. 12

§ 1. Custodiae munditiaeque sedis Tribunalis quidam addicuntur Apparitores, qui et Cursorum munere fungentur pro actis iudicialibus notificandis.

§ 2. Duo ex Apparitoribus custodient causarum pendentium acta typis impressa itemque causarum in archivo repositarum.

CAPUT II

De assumptíoníbus et nominationibus

Art. 13

§ 1. Promotores iustitiae, Defensores vinculi, eorumdemque Substituti a Summo Pontifice nominantur, Rotali Collegio proponente.

§ 2. Cancellariae Moderator, ceterique Officiales et administri assumuntur, Decano proponente, ex favorabili Collegii voto, ad normam Ordinis Generalis Curiae Romanae.

Art. 14

Promotore iustitiae Officiales maiores praeeunte, pro aliis Officialibus servetur Ordo generalis Curiae Romanae.

TITULUS II

DE OFFICIO IUDICUM ALIORUMQUE ROMANAE ROTAE ADDICTORUM

CAPUT I

De Iudicibus seu Auditoribus

Art. 15

§ 1. Iudex, praestito iuramento, ad normam art. 42, § 1, in Rotale Collegium adscitus suum suscipit officium, et iuribus ac privilegiis fruitur Apostolici Tribunalis, Praelatorum Auditorum propriis.

§ 2. Auditores, pro viribus ac sua prudentia atque salvis partium iuribus, curabunt ut causae quam citius fieri possit ad definitionem perducantur.

Art. 16

§ 1. Ad Decanum, uti Praesidem, pertinet Collegium convocare, quoties negotia requirunt; ipsius insuper est curare ut omnes Tribunalis addicti suum munus diligenter adimpleant.

§ 2. In moderandis Tribunalis officiis, si agatur de extraordinario consilio capiendo, Decanus rem ad Collegium deferat.

§ 3. Deliberationum regestum, ab Auditore exaratum, nec non aliarum scripturarum tabularium ad Collegium pertinentium, sub Decani cura et custodia erunt.

§ 4. Impedito Decano, munera eiusdem propria explebit antiquior Auditor, qui non sit impeditus.

Art. 17

Causa legitime in protocollo Rotae recepta, Decanus statuet Turnum ad eandem iudicandam, iuxta ordinem in art. 18 statutum.

Art. 18

§ 1. Turni eo ordine procèdent, ut primus constet ex Decano et Auditoribus secundo et tertio; alter ex secundo, tertio et quarto; tertius ex tertio, quarto et quinto, et ita deinceps ea lege ut Turnus subsequens constituatur ab altero ex Auditoribus praecedentis Turni et duobus sequentibus Auditoribus, iterum incluso Decano cum duobus postremis Auditoribus, vel cum ultimo ex iisdem Auditoribus et secundo.

§ 2. Quod si agatur de appellatione a sententia rotali, Turnus *ad quem* ille est qui constat ex Iudicibus immediate antecedentibus eos Turni *a quo.*

§ 3. Pro rerum adiunctis constitui poterit Turnus quinque vel plurium Auditorum aut *videntibus omnibus;* item si res ita postulet, Decanus poterit aliquam causam Turno extra ordinem committere.

§ 4. Decreto, quo constituit Turnum, Decanus designet etiam causae Ponentem qui generatim est munere antiquior.

§ 5. Si Iudex vel Ponens, infirmitate aut alia iusta causa impediatur quominus in Turno partem habeat, substituitur a Decano per alium Auditorem.

Art. 19

Quoties Iudici impedito alius substitutus fuerit, postea, cessante impedimento, primus Auditor in Turnum restitui potest accedente Decani decreto, nisi suffectus partes habuerit in iudicanda quaestione incidentali, quae in sententiam definitivam sua natura influat.

Art. 20

§ 1. Iudex, ob impedimentum alterius suffectus, licet antiquior, non potest esse Ponens, quoties Ponens antea designatus permaneat.

§ 2. Si Ponens, ad normam art. 18, § 4 designatus, iustum habeat motivum, poterit, auditis ceteris de Turno Auditoribus, uni ex ipsis suum munus committere, edito ad hoc decreto omnibus quorum interest notificando.

Art. 21

Caveat Ponens ne typis edi iubeat aut sinat sententias Turni cui praefuit, ex quarum divulgatione scandala, odia, diffamationes, personarum dissidia aut alia huiusmodi gravia mala oriri possint.

Art. 22

Ad continendos in officio advocatos aut procuratores, qui praescripta Codicis aut Rotae Normarum transgredi insimulentur, Collegium Rotale rem remittere poterit Signaturae Apostolicae ad normam art. 124, I° Const. Apost. *Pastor bonus,* aut iuxta art. 49, § 3 procedere.

Art. 23

Apostolica Sede vacante, Rotae Tribunal negotia sua exsequi pergit.

CAPUT II

De Promotore iustitiae et vinculi Defensore

Art. 24

§ 1. Promotor iustitiae intervenire debet in omnibus causis poenalibus, itemque in contentiosis in quibus Ponentis iudicio res est de bono publico, praesertim ad leges processuales quod attinet, salvo officio vinculi Defensoris.

§ 2. Promotor iustitiae eiusque Adiunctus aderunt in Tribunali, praeter dies in tabella praestitutas, quoties convocentur in suis causis.

Art. 25

§ 1. In causis poenalibus unus Promotor iustitiae accusatoris partes gerit.

§ 2. Licet vero eius sit accusare et sustinere ex officio accusationem, id tamen praestare non poterit, si Decani iudicio accusatio fundamento destituatur.

§ 3. Si causa agatur ex appellatione a tribunali inferiori, iustitiae Promotor accusationi renuntiare poterit, audito Ordinario.

Art. 26

Si Promotor iustitiae legitime audiatur, itemque pro munere instet, vel se opponat, rationes seu motiva voti, instantiae, oppositionis ipse adducere debet.

Art. 27

De gratuito patrocinio concedendo vel negando audiendus est Promotor iustitiae; qui instabit quoque ut illud revocetur, si casus ferat.

Art. 28

Quoties Promotor iustitiae in officio explendo impediatur, Decanus ei sufficiet Adiunctum; idque vicissim.

Art. 29

§ 1. Defensor vinculi intervenire debet in omnibus causis in quibus agitur de nullitate sacrae ordinationis aut matrimonii, vel de dispensatione *super rato,* iuxta Codicis praescripta.

§ 2. Defensores vinculi aderunt in Tribunali, praeter dies in tabella unicuique praestitutas, quoties convocentur in suis causis.

Art. 30

Quoties aliquis ex vinculi Defensoribus in officio explendo impediatur, Decanus ei alium ex iisdem sufficiet.

CAPUT III

De Moderatore Cancellariae

Art. 31

§ 1. Moderator Cancellariae, sub ductu Decani, de eiusdem officiis respondere tenetur.

§ 2. Ipse in ordine iudiciario Notarii quoque muneribus fungitur.

Art. 32

Moderatoris Cancellariae erit potissimum:

1) curare ut per Notarios exsecutioni mandentur rescripta, decreta et decisiones Tribunalis;

2) parare breve summarium novarum causarum Decano submittendum pro congrua provisione;

3) curare commercium epistulare Tribunalis, atque subsignare acta a Decano vel Ponente non subscribenda;

4) emittere mandata solutionis aut exactionis.

CAPUT IV

De Officialibus minoribus et de Officii administris

Art. 33

Munera omnium Notariorum, praeter peculiaria ipsis concredita in Cancellariae officiis, sunt:

1) componere exemplaria epistularum, quas Iudices ratione muneris et causarum sibi commissarum, mitti iubeant;

2) curare exsequenda decreta, vel cum congrua explicatione eorum omnium quae iisdem breviter indicantur, vel cum exaratione et subsignatione litterarum adiunctarum et notificationis, nisi singulis in casibus Ponens easdem epistulas subsignare ipse malit.

Art. 34

Primi Notarii erit:

1) referre in protocollo eaque communiendo sigillo acta omnia, quae ad Tribunal pervenerint;

2) redigere, de consensu Moderatoris Cancellariae, mandata pecuniae solutionis exactionisve;

3) admittere Advocatos, horis statutis, pro notitiis de statu causarum et exhibendis instantiis;

4) substituere Moderatorem Cancellariae absentem aut impeditum.

Art. 35

Secundi Notarii erit explere praecipue ea quae art. 33, n. 2 praescripta sunt de iisque adnotare exsecutionem.

Art. 36

Tertii Notarii erit:

1) curare ut quotannis iurisprudentiae rotalis principia in indicem systematicum redigantur;

2) redigere regesta causarum seu protocollum neo non archi viationum, decretorum incidentalium et sententiarum atque repertorii generalis;

3) fungi quoque bibliothecarii munere.

Art. 37

Archivista:

1) traditum tenet Archivum causarum pendentium;

2) iussu Ponentis, transmittit acta ad Promotorem iustitiae aut vinculi Defensorem;

3) advigilat ut positiones, traditae pro studio legitimis Patronis, integre et in ordine restituantur.

Art. 38

§ 1. Addictus administrationi munere ratiocinatoris, arcarii et expedit oris fungitur.

§ 2. Ipse utpote Ratiocinatur:

1) signare debet pecuniam omnem acceptam et solutam sive ordine generali sive pro singulis causis;

2) quolibet exeunte mense parat compendium rationale accepti et expensi aerarii *(cassa Santa Sede);* exeunte autem anno redigit consumptivum generale accepti et expensi pro causis fiduciae, pro causis gratuiti patrocinii et pro expensis generalibus Cancellariae.

§ 3. Qua Arcarius:

1) custos est suo periculo pecuniae et documentorum depositorum in arca munita; cuius ipse claves habet, Decanus alteras;

2) sub debitis cautelis solvit et accipit pecuniam Tribunali creditam debitamque;

3) singulis mensibus stipendia solvit omnibus qui ad Tribunal pertinent;

4) venditat folia et chartulas sigillum Sedis Apostolicae referentia;

5) extremo quoque mense defert Administrationi Patrimonii Sedis Apostolicae pecuniam eidem debitam.

§ 4. Arcarius tamquam expeditur:

1) consulit expeditioni citationum aut litterarum sive per cursores tradendarum sive per publicos tabelliones mittendarum;

2) quolibet exeunte mense parat notam solutionum cursoribus debitarum iuxta taxas a Decano probatas.

Art. 39

Addictorum Cancellariae Tribunalis Apostolici est epistulas, decreta et rescripta exscribere, et quae paucis recepto usu indicata sunt verbis, ea fusius evolvere.

Iidem curam omnem adhibebunt ut quavis menda scriptura careat; nec subscribendam tradent nisi prius attente perlegerint.

Art. 40

Cursores, qui etiam munere apparitoris funguntur, debent:

1) notificare citationes aliaque Tribunalis acta, ac de traditione deque huius tempore modoque fidem facere;

2) epistulas et actorum fasciculos ad quos spectat deferre;

3) Tribunalis aedium nitorem curare aliaque peragere quae a Decano commissa habeant in ipsius Tribunalis commodum;

4) duo ex ipsis custodient etiam acta typis impressa et archivum causarum finitarum.

CAPUT V

De normis disciplinaribus

Art. 41

§ 1. In iudicio quovis Auditores omnesque Tribunalis administri tenentur ad secretum officii.

• § 2. Inviolabile etiam a Iudicibus secretum est servandum de discussione quae in Tribunali ante ferendam sententiam habetur itemque de rebus omnibus ibidem actis.

Quae regula pariter sancte servetur super disceptationibus in Collegio habitis aut super partibus, quas singuli in iisdem habuerunt.

Art. 42

§ 1. Singuli Rotae Romanae Iudices post nominationem, antequam officium suscipiant, coram universo Collegio, adstante Notario, qui in acta referat, iusiurandum dabunt de munere rite et fideliter implendo, atque de secreto servando ad normam articuli praecedentis.

§ 2. Item praescriptum iusiurandum dabunt omnes Tribunalis administri coram Decano, adstante Notario.

Art. 43

§ 1. Auditores qui secretum violaverint, aut ex dolo grave litigantibus detrimentum attulerint, tenentur de damnis ad instantiam partis laesae, vel etiam ex officio, Signaturae Apostolicae iudicio, a Romano Pontifice confirmato.

§ 2. Tribunalis administri, qui similia egerint, pariter tenentur de damnis, ad instantiam partis laesae aut etiam ex officio, Rotalis Collegii iudicio.

Art. 44

Firmis muneribus cuiusvis Addicti, viget principium quemque adiumento aut substitutioni esse debere conlegae absenti aut impedito, prouti Decanus opportunum duxerit, sine ulla speciali remuneratione.

Quod valet etiam quoties Decanus quemque designaverit munus obeuntem in officio quod suo titulari vacat.

Art. 45

Pro horario et absentiis ab officio serventur normae Ordinis Generalis Curiae Romanae.

Art. 46

Attenta peculiari natura atque ratione procedendi Tribunalis, aestivae feriae pro Auditoribus, Addictis aliisque Administris, simul cum clausura officiorum, erunt per tempus continuum iuxta Curiae Romanae Ordinem.

CAPUT VI

De Advocatis et Procuratoribus

Art. 47

Advocati aut procuratoris munere apud Rotae Romanae Tribunal fungi poterunt qui in Albo proprio inscripti sunt.

Art. 48

§ 1. In Advocatorum Albo admittuntur qui, laurea doctorali saltem in iure canonico donati, advocati rotalis diploma adepti sunt.

§ 2. In Procuratorum autem Albo inscribi poterunt ii qui, laurea saltem in iure canonico praediti, exercitationes et pericula per biennium penes Studium Rotale superaverint.

§ 3. Qui in Urbe fixam non habent moram causarum patrocinium suscipere poterunt. At procuratoris munus ii tantum exercere valent qui Urbem continenter incolunt.

Art. 49

§ 1. Procuratores et advocati in causis agendis coram Romana Rota tenentur servare tum communes leges canonicas tum normas eiusdem Tribunalis.

§ 2. Procuratorum advocatorumque emolumenta non alia admittantur, quam quae sunt probata.

§ 3. Firmo praescripto art. 22, procuratores et advocati, qui officio defuerint, a Collegio Rotali poterunt reprehensionis nota inuri, suspendi, vel etiam ex Albo expungi, auditis tamen tribus ex senioribus Advocatis.

TITULUS III

DE ORDINE IUDICIARIO ROTAE ROMANAE

CAPUT I

De introductione causae, de citatione ac dubiorum concordatione

Art. 50

Decretum, quo Decanus Turnum constituit ad normam art. 18, feret quoque nomina Defensoris vinculi vel Promotoris iustitiae cui causa adsignatur, partium, dioeceseos cui pertinet causa, eiusdem obiectum, necnon competentiae fontem.

Art. 51

Si indubie constet de incompetentia Rotae Romanae, Decanus, auditis duobus senioribus Auditoribus, appellationem vel libellum per decretum, indicatis rationibus, reiciet.

Art. 52

Salvo praescripto can. 1444, § 2, Decani erit, auditis duobus antiquioribus Auditoribus, iam a prima instantia avocare causas de quibus in eiusdem canonis § 1, quoties peculiaria adiuncta sive locorum sive personarum propter bonum animarum idipsum urgeant.

Art. 53

§ 1. Nemo procurator aut advocatus admittatur absque mandato pro lite expresse apud Rotam agenda.

§ 2. Quolibet in processu pars actrix suum habeat patronum ab ipsa constitutum aut ex officio datum; quod, si casus ferat, Ponens ut fiat curet etiam pro parte conventa, salvo praescripto can. 1481, § 2.

§ 3. Pro iis qui ad normam iuris in iudicio stare non possunt, Ponentis erit tutorem vel curatorem constituere aut iam constitutum confirmare.

Art. 54

§ 1. Turni constituti decreto omnibus, quorum intersit, notificato, Archivista curabit ut causae acta omnia, vulgo *Posizione,* Auditori Ponenti statim transmittantur.

§ 2. Quaelibet documenta aut scripta aut vota ad singulas causas pertinentia, statim ac ad Cancellariam eadem pervenerint, Notarius cito Ponenti transmittenda curabit.

Art. 55

§ 1. Si agitur de causa videnda a prima instantia, Ponens, auditis vinculi Defensore aut Promotore iustitiae, statim Turnum convocabit qui libellum admittat aut reiciat.

§ 2. Quoties in causis matrimonialibus iuxta can. 1683 novum caput adducatur, item Turni erit decernere de eodem admittendo vel reiciendo.

Art. 56

Admisso libello aut causa in gradu appellationis accepta, gressus fiet ad citationes et litis contestationem iuxta articulos qui sequuntur.

Art. 57

§ 1. In causis a prima instantia admissis, omnibus intervenientibus notificabitur decretum admissionis libelli una cum, si casus feret, istius exemplari; insimul Ponens, ad mentem can. 1507, § 1 atque salvo can. 1677, § 2, decretum dabit, pariter omnibus notificandum, statuens diem pro litis contestatione, propositis dubio vel dubiis inter partes concordandis vel disceptandis.

§ 2. Die statuta pro litis contestatione, Ponens, comprobatis legitimis citationibus atque attentis partium petitionibus aut responsionibus, dubia concordata decreto firmat; quodsi partes dissentiant, ipse ex officio rem definiet. Quod contra decretum, intra decendium a die notificationis, patet recursus ad Turnum, qualibet ulteriore appellatione remota.

Art. 58

§ 1. In gradu appellationis, postquam constiterit de legitima causae prosecutione, Ponens decretum dabit de dubio vel dubiis disceptandis; quod, omnibus in causa intervenientibus notificandum, locum tenet citationis et litis contestationis, nisi partes, ex Iudicis praecepto aut ex sua petitione coram eodem sisterint. Contra idipsum decretum item unus patet recursus, de quo in art. 57, § 2.

§ 2. Quodsi agatur de causa nullitatis matrimonii, agenda ad mentem can. 1682, § 2, praemonitis partibus et audito vinculi Defensore, Turnus decretum dabit, quo vel decisionem continenter confirmet, vel motiva definite et singillatim exponet quae assertae nullitati statu quo obstent atque ideo causam admittat ad ordinarium novi gradus examen, vel denique instructionem suppletivam forte perficiendam indicet necessariam antequam causa ad definitivam sententiam remittatur.

In altero et tertio casu, Ponens, cognita partium voluntate de iudicio prosequendo, causam ulterius curabit, iuxta § 1 huius articuli.

Art. 50

Quoties ignoretur commoratio alicuius partis, locus est aut citationi aut notificationi decreti litis contestationis per edictum, publicandum in commentario officiali *Acta Apostolicae Sedis* vel in ephemeride *L'Osservatore Romano.*

Art. 60

§ 1. Partibus, quae in iudicio per Patronum stant, notificabuntur omnia acta usque ad sententiam definitivam.

§ 2. Partibus, quae sese remittant iustitiae Tribunalis, notificari debent decretum litis contestationis, nova forte facta petitio et omnes Iudicis pronuntiationes.

§ 3. Parti, cuius absentia a iudicio declarata fuerit, notificabuntur decretum litis contestationis et sententia definitiva.

Art. 61

§ 1. Quolibet in iudicii gradu et causae statu, Ponenti videre licet an locus sit concordiae inter partes experiendae, deputata ad negotium prudenti persona.

§ 2. Si ineatur concordia, huius conditiones a partibus acceptatae et a Ponente adprobatae, ab iisdem partibus et a Ponente subscriptae, inserendae sunt in decreto Turni, omnia definitive adprobantis; quo decreto finis liti imponitur.

Art. 62

§ 1. In causis nullitatis matrimonii formula dubii est: *An constet de matrimonii nullitate in casu,* additis capite vel capitibus.

§ 2. In causis, ubi agitur de sententia rotali appellata, adhibebitur dubii formula: *Utrum confirmanda an infirmanda sit sententia rotalis diei... mensis... anni... in casu,* nisi claritatis gratia in dubiorum formula renovandi sint singuli controversiae articuli.

CAPUT II

De instantiae suspensione, peremptione et renuntiatione

Art. 63

§ 1. Instantia suspensa per mortem partis, aut eius status vel officii mutationem, ad normam can. 1518, heres aut successor aut is cuius intersit, si causam prosequi velit, Ponenti libellum exhibere debet, quo demonstret se ius ad causam prosequendam habere et admitti petat.

§ 2. Libellus a Ponente alteri parti ceterisque in causa legitime intervenientibus notificatur; quolibet contradicente, quaestio incidens ad normam iuris definienda erit.

§ 3. Si pars litigans moriatur, aut statum vel officium mutet causa iam conclusa, instantia quidem non suspenditur; si vero is qui partem suffecit novas probationes habeat legitime proponendas, id in libello Ponenti significare debet.

Art. 64

Suspensa instantia per procuratoris mortem, aut huius a mandante remotionem, vel legitimam mandato renuntiationem, pars, quae per procuratorem agere debeat, quam primum alium habeat.

Art. 65

Si nullus actus processualis, quin aliquod obstet impedimentum, a parte actrice vel diligentiore per annum ponatur, instantia ipso iure perimitur; quod et decreto Ponens declarat.

Art. 66

Si pars a Ponentis decreto intra tempus utile decem dierum ad Turnum provocaverit, recursus expeditissime definietur.

Art. 67

§ 1. Si pars aliquem actum iudicialem intra terminum a Iudice praefixum, absque legitima excusationis causa, ponere neglegat, censetur iuri suo renuntiasse; Ponens autem non modo ad ulteriora progredi valet, sed, aut ex officio aut ad alterius partis instantiam, declarare partem certi iudicialis actus positionem aut instructionem, vel etiam, monitione praemissa, ipsam litem deseruisse.

§ 2. De causa excusationis a parte allegata iudicat Ponens, audita altera parte, quae si contradicat, datur locus quaestioni incidentali expeditissime definiendae.

Art. 68

Si pars instantiae, vel omnibus aut quibusdam actis iudicialibus renuntiare intendit, Ponens rem definiat ad normam can. 1524, § 3.

Art. 69

§ 1. Quod attinet ad effectus peremptionis, renuntiationis atque desertionis, vim habent praescripta cann. 1521-1522.

§ 2. Perempti iudicii expensas, quas quisque ex litigantibus fecerit, ipse ferat. Pars vero quae instantiae renuntiaverit, solvere tenetur omnes expensas iudiciales, haud exceptis advocati alterius partis honorariis, aut, si quibusdam tantum actis renuntiaverit, expensas illas quae his respondent.

Art. 70

Si peremptio aut renuntiatio aut desertio obtinuerit, apud unam Rotam reassumi potest causa sive Tribunali Apostolico commissa sive ad idipsum per appellationem deducta.

CAPUT III

De causae instructione

Art. 71

Quando causa ad Rotam delata instrui debet, Ponens hanc instructionem vel sibi reservare vel alii Iudici de Turno committere potest; quod si agatur de causa poenali, officium Instructoris opportunius a Decano demandetur Auditori extra Turnum.

Art. 72

Causae instructionem sive in Urbe sive extra Urbem expleat Ponens per se Ipse aut per loci Tribunal aut per personam ex industria delegatam, datis ad rem litteris rogatoriis.

Art. 73

Adversus actum aut decretum a Ponente vel a Iudice instructore positum recursus patet ad Turnum, nisi agatur de decretis mere ordinatoriis; quaestio autem expeditissime definienda erit.

Art. 74

Nisi ex rei natura, aut ex prudenti Instructoris vel Ponentis existimatione aliter statutum fuerit, partium patroni ius habent nomina personarum excutiendarum et peritorum, pariter ac obiectum interrogationum seu peritiarum cognoscendi, antequam iidem interrogentur aut deputentur, idque praeter facultatem concessam vel minus assistendi interrogatoriis. Item interesse iidem possunt cuilibet actui instructorio ad normam iuris.

CAPUT IV

De incidentibus et praeiudicialibus

Art. 75

Quaestione incidentali exorta, Ponentis est decernere utrum eadem solvi debeat iudicii forma servata, ideoque cum dubiorum propositione, an per memorialia, id est per decretum; itemque utrum necne causa definienda sit servatis cann. 1656-1670. Definitio autem semper ad Turnum deferenda est.

Art. 76

Nisi quaestio solvenda sit iuxta normas processus oralis, Ponens post dubia forte concordata et instructionem peractam, terminos pro exhibendis scripturis atque diem definitionis quam citius statuat.

Art. 77

Firmis praescriptis cann. 1629, 4° et 1618, contra Turni decisionem appellatio non datur; quaestio autem incidens iterum proponi poterit coram Turno una cum causa principali.

Art. 78

Quae in praecedentibus articulis de causis incidentibus statuuntur, congrua congruis referendo serventur etiam in quaestionibus praeiudicialibus solvendis, uti sunt admissio libelli aut nova causae propositio.

CAPUT V

De processus publicatione, conclusione in causa et de discussione

Art. 79

Firmo art. 60, testificationes ceteraeque omnes probationes, quae in actis reperiuntur, Ponentis decreto sunt publicandae ad normam can. 1598.

Art. 80

Conclusivis defensionibus ab omnibus qui in causa interveniunt exhibitis, conclusum in causa ipso iure habetur atque exinde vim obtinet can. 1600.

Art. 81

§ 1. Exhibita prima defensione, fiet distributio omnium causae actorum.

§ 2. Summarii, sub cura Addicti Cancellariae, exemplaria fiant more probato, nisi aliter singulis in casibus Ponens statuerit.

Art. 82

Instantiae omnes aut defensiones seu memorialia ab Advocatis exhibenda sunt lingua latina; in causis vero iurium poterit Ponens admittere defensiones lingua vulgari conscriptas.

Scripturae autem seu defensiones excedere non debent paginarum numerum more admissum.

Art. 83

§ 1. In causis nullitatis matrimonii aut sacrae ordinationis, vinculi Defensor scribat post exhibitas scripturas a Patronis.

§ 2. Defensiones pro vinculo exhibeantur non ultra quadraginta dies a distributis Patronorum scripturis, aut si in

causa Defensor deputatus sit, a recepta nominationis notificatione.

§ 3. Patronorum responsiones exhiberi poterunt usque ad diem decimam secundam ante causae sive principalis sive incidentalis definitionem; scripturae autem pro vinculo non ultra sextam diem ante decisionem.

Art. 84

Sive in causis bonum publicum attingentibus sive in causis boni privati, ne definitio ultra debitum differatur Ponentis erit terminos statuere exhibendis aut commutandis scripturis defensionalibus.

Art. 85

Quando Patroni petunt ut termini statuti differantur, Ponentis erit et motiva petitionis perpendere et dilationem concedere vel recusare; dilatio autem uni parti facta et alteri concessa habeatur.

Art. 86

§ 1. Informationes orales ad Iudicem ne fiant. Ponentis autem est, ad instantiam unius vel utriusque partis, proprio rescripto moderatam causae disputationem oralem concedere coram Turno. Tunc pars, vel partes instantes, referre in scriptis tenentur quaestionum capita, quae sunt disceptanda vel illustranda, et Ponens, assignata die disputationi, hanc regit.

§ 2. Ponens ex officio eam decernere etiam valet.

§ 3. Quaestionum capita inter partes communicanda sunt.

Art. 87

§ 1. Discussioni assistunt partium patroni, et Promotor iustitiae et vinculi Defensor in causis in quibus intersunt.

• § 2. Ponentis est ipsas partes, rationabili de causa, ad earum instantiam, discussioni admittere, nec non peritos, si adsint, ad discussionem vocare.

§ 3. Discussioni unus etiam ex Tribunalis Notariis assistere debet, ut, Ponente decernente, disceptata referat in actis.

CAPUT VI

De sententiis

Art. 88

§ 1. Auditores die et hora constitutis, congregati in sede Tribunalis, nisi peculiaris ratio alio convenire suadeat, definientes causam a litigantibus propositam et iudiciali modo pertractatam, dubiis respondendo sententiam dicunt.

§ 2. Sententia aut interlocutoria est aut definitiva; illa, si dirimat incidentem causam; ista, si principalem; ceterae Iudicum pronuntiationes decreta vocantur.

Art. 89

§ 1. Assignata conventui die, singuli Iudices scripto afferant conclusiones suas seu vota, de causae merito, cum rationibus tam in facto quam in iure.

§ 2. Suas conclusiones seu vota quisque Auditor latino idiomate exaret et propria manu subsignet.

§ 3. Scripta Auditorum vota, postquam a Ponente exarata et exhibita fuerit sententia, in clauso involucro consignentur Decani archivo decem post annis comburenda.

Art. 90

Causae discussio secreta sit, cui non intersint nisi soli Iudices, et a Ponente sumat initium qui votum legat, datis, si opus sit, declarationibus etiam super causae processu per

acta apud se posita; deinde ceteri Auditores ex ordine sua vota legant.

Art. 91

In discussione fas est unicuique Iudici a pristina sua conclusione partim vel ex integro recedere, et accedere voto vel votis unius vel plurium Coauditorum: cuius rei rationes significentur in voto scripto.

Art. 92

Est ea sententia, sive interlocutoria, sive definitiva, in qua conveniat pars absolute maior votorum.

Art. 93

Quoties in prima discussione Iudices ad sententiam devenire nolint aut nequeant, differtur iudicium ad novum conventum per rescriptum: « Resolutio dabitur in proximo Auditorum conventu », aut simpliciter: « Dabitur in proximo ». Dilatio vero comperendinari non debet ultra hebdomadam, nisi forte vacationes Tribunalis intercedant.

Art. 94

Si nec in altero Iudicum conventu haberi possit pars maior votorum necessaria ad decisionem, Ponens quaestionis statum Decano significet, qui provideat Auditorum numero augendo.

Art. 95

§ 1. Constabilita decisione, Ponens eam scribit sub forma responsionis ad dubia, eamque subscribit una cum Auditoribus de Turno et unit fasciculo actorum.

§ 2. Dummodo Tribunal non decernat decisionem secreto servandam esse, usque ad formalem sententiae publicationem,

Notarius, protocollo addictus, oretenus causae decisionem partibus communicare valet, eisdemque decisionis exemplar, si petatur, tradat. Si vero decisio secreto servanda sit usque dum prodeat sententia, Ponens id decreto statuat.

Art. 96

§ 1. Sententiam Ponens curet edendam non ultra bimestre.

§ 2. Sententia latino idiomate exaranda est a Ponente, nisi Turnus iusta de causa hoc munus alii ex Auditoribus commiserit.

§ 3. Sententia ab extensore conficiatur oportet prae oculis habitis singulorum Auditorum votis, ex iis rationes decidendi aut difficultates deducendo in iure et in facto, distincte, ordinate atque breviter.

Art. 97

§ 1. Sententia ferri debet, Divino nomine invocato; exprimat oportet nomen Summi Pontificis, indicationem diei, mensis, anni et loci quo prolata est: quibusnam Auditoribus constituatur Turnus seu Tribunal iudicans; quaenam causa et ex quanam dioecesi; qui sint pars actrix, pars conventa, procuratores et advocati, Promotor iustitiae et Defensor vinculi, si partem in iudicio habuerint.

§ 2. Referre postea debet facti speciem cum dubiorum formulis; subsequantur rationes seu motiva tam in iure, quam in facto; denique pars dispositiva sententiae, quae propositis dubiis respondeat.

§ 3. Statuat quisnam litis expensas et patronorum honoraria solvere teneatur; quod fiet et in incidentalibus si liti terminus imponatur.

§ 4. Claudatur cum decreto exsecutorio pro diversa causarum natura iterum indicatis die, mense, anno et loco quibus lata est, et cum subscriptione Auditorum et Notarii.

Art. 98

§ 1. Sententiae definitivae ne a Turno quidem, vel Auditorum coetu, qui eas protulit, revocari aut corrigi possunt, nisi correctio referatur ad errorem materialem; quo in casu servetur can. 1616.

§ 2. At si causa recursu seu appellatione deferatur ad integrum Collegium seu *videntibus omnibus,* in iudicio partem habebunt etiam Auditores qui iam rem eandem cognoverint.

Art. 99

Pars sententiae dispositiva singulis dubiis respondeat aut simpliciter « Affirmative » vel « Negative », aut, pro opportunitate, additis consuetis formulis: « Iuxta modum... », «Ad mentem », « Pars utatur iure suo, si et quatenus, coram quo de iure », « Dilata et coadiuventur probationes, iuxta instructionem dandam », vel similibus.

Art. 100

§ 1. Ponens extensam sententiam a Coauditoribus Turni et a Notario subscribendam, Cancellariae tradat, quo iuxta praxim exemplaria in authentica forma partibus aliisque interesse habentibus notificentur.

§ 2. Nullum sententiae exemplar extraneis dabitur, nisi de mandato Ponentis aut Decani.

Art. 101

Exemplar authenticum cuiuslibet decisionis integre notificabitur Promotori iustitiae et vinculi Defensori, si iudicio interfuerint, ipsis partibus per Curiam competentem nec non earundem procuratoribus; de peracta notificatione aut exsecutione eadem Curia testimonium Rotae Tribunali exhibeat.

CAPUT VII

De appellationibus

Art. 102

Appellatio a decisione rotali, iuris ordine servato, defertur ad Turnum proxime sequentem.

Art. 103

Appellatio interponitur per petitionem exhibitam Ponenti Turni, qui sententiam protulit. Ponens autem, si locus sit appellationi, rescribit: « Admittatur et procedatur ad ulteriora, idque notificetur ». Secus, rationibus expositis petitionem reiicit, salvo art. 106.

Art. 104

§ 1. Appellatio interponi debet intra viginti dies a notificatione sententiae et prosequenda est coram Ponente subsequentis Turni, ad quem dirigitur, intra mensem a legitime cognita notitia constituti novi Turni, salvo praescripto can. 1633.

§ 2. Dies fatales ad appellandum et ad prosequendam appellationem computantur ita ut in eis includantur dies vacationis qui interea occurrant. Quod si postrema dies fatalis sit vacationis, fatalia ad primam sequentem diem non feriatam protrahuntur. Quibus inutiliter elapsis, deserta censetur appellatio.

Art. 105

Appellationis libellus gravaminis motiva innuere debet, exceptis causis de statu personarum.

Art. 106

Si oriatur quaestio de iure appellandi, quaestionis decisio inappellabilis Turno devolvitur proxime sequenti.

Art. 107

Si sententia plura capita seu dubia complectatur, et quoad nonnulla sit confirmatoria, quoad alia sit revocatoria, appellatio non conceditur pro ea parte, quae iam fuerit duabus conformibus sententiis iudicata, nisi una pars sit cum alia connexa eique accessoria.

Art. 108

Si Iudices Turni a quo fit appellatio quaedam ex propositis dubiis insoluta reliquerint, appellatio fit tantum dubiis decisis. Proponi tamen poterunt in iudicio appellationis etiam dubia non decisa, si haec connexionem cum decisis habeant vel eisdem sint accessoria.

Art. 109

Hisce appellationis iudiciis communes sint normae processuales statutae pro instantiis in primo gradu apud Rotae Tribunal pertractandis.

CAPUT VIII

De expensis iudicialibus et de gratuito patrocinio

Art. 110

Finita instantia per sententiam vel decretum, Patroni exhibere debent Ponenti, qui adprobet, notulam expensarum nec non honorariorum, idque in triplici exemplari; quorum aliud notificandum partibus una cum decisione, aliud Advocato restituendum, aliud denique cum actis causae in archivo asservandum erit.

Art. 111

Notula expensarum Cancellariae et instructionis processus, conficiatur a Ratiocinatore, atque tempore opporuno exhibeatur Advocatis ad effectum de quo in praecedenti articulo.

Art. 112

In proferenda decisione sive definitiva sive incidentali Turnus statuat taxam solvendam et quaenam pars, forte quidem pro rata, teneatur expensis iudicialibus.

Art. 113

Adversus Ponentis decisionem, de qua in art. 110, patet recursus ad Turnum, qui rem expeditissime solvat.

Contra vero Turni statuitionem, de qua in art. 112, nullus patet recursus, nisi cumuletur una cum appellatione.

Art. 114

Quando in causa ex officio constituti Patroni, aut ad casum deputati fuerint vinculi Defensor vel Promotor iustitiae, Turnus in decisione definitiva vel incidentali statuet etiam de honorariis iisdem solvendis, atque tribuendis aut aerario Sanctae Sedis aut alteri parti.

Art. 115

Qui in totum expensis iudicialibus sustinendis sunt impares, ius habent ad exemptionem ab eis obtinendam; qui autem ex parte exsolvere possunt, ad earum expensarum deminutionem.

Art. 116

§ 1. Qui exemptionem ab expensis iudicialibus, vel earum deminutionem vult obtinere, Ponenti libellum exhibere debet, adiunctis documentis, quibus quaenam sit oeconomica eius conditio demonstret.

§ 2. Probare etiam debet se, in lite agenda, praesumpto bono iure frui, nisi de causa agatur quae vi Commissionis Pontificiae ad Rotam delata fuerit.

Art. 117

§ 1. Ponens, accepto libello, petitionem adversae parti notificat, praefixo termino, ut suum hac de re sensum aperiat. Deinde libellum et omnia documenta transmitti curat Promotori iustitiae et, in causis in quibus partem habeat, Defensori vinculi, pro voto.

§ 2. Processui, de quo in superiore paragrapho, locus non est, quando Tribunal acta causae ad Rotam transmittens fidem facit partem iam exemptionem expensarum et gratuitum patrocinium iam obtinuisse in priore iudicio; servato quidem art. 116, § 2.

Art. 118

Super petitione partis, Ponens decreto statuet de expensarum exemptione aut deminutione; insimul postulat a Decano ut designare velit Advocatum qui gratuitum patrocinium suscipiat; a quo explendo munere nullus Advocatus rotalis se subducere potest, nisi ex causa Ponenti probata.

Art. 119

A decreto Ponentis, de quo in articulo superiore, appellari potest ad Turnum, qui quaestionem incidentalem expeditissime solvat.

CAPUT IX

De Normarum interpretatione

Art. 120

Si quaestio oriatur de interpretatione harum Normarum, recursus fiat ad Normas anno 1934 promulgatas, iis exceptis, quae vigenti Iuris Canonici Codici refragantur.

ACTA CONSILIORUM

PONTIFICIUM CONSILIUM DE LEGUM TEXTIBUS INTERPRETANDIS

Responsio ad propositum dubium

Patres Pontificii Consilii de Legum Textibus Interpretandis proposito, in ordinario coetu diei 30 Iunii 1992, dubio, quod sequitur, respondendum esse censuerunt ut infra:

D. Utrum inter munera liturgica quibus laici, sive viri sive mulieres, iuxta C.I.C. can. 230, § 2 fungi possunt, adnumerari etiam possit servitium ad altare.

R. *Affirmative et iuxta instructiones a Sede Apostolica dandas.*

Summus Pontifex Ioannes Paulus II in Audientia die 11 Iulii 1992 infrascripto impertita, de supradicta decisione certior factus, eam confirmavit et promulgari iussit.

£8 VINCENTIUS FAGIOLO
archiep. em. Theatinus-Vastensis, *Praeses*

Ê8 Iulianus Herranz Casado
ep. tit. Vertarensis, *a Secretis*

Cum quidem Summus Pontifex mandaverit ut quaedam indicarentur et collustrarentur circa quae can. 230, § 2 C.I.C. praecipit aeque ac circa huius canonis authenticam interpretationem, Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum Conferentiarum Episcoporum Praesidibus Litteras circulares misit quae sequuntur, die 15 mensis Martii a.D. 1994, significans et demonstrans:

1. Can. 230 § 2 vim habet permittendi non praecipiendi: *«Laici... possunt »*. Itaque licentia ab aliquo Episcopo concessa hac in re nullo pacto haberi potest pro ceteris Episcopis obstringens. Quisque igitur Episcopus in dioecesi sua, Conferentiae Episcoporum audita sententia, facultatem habet prudenter iudicandi et disponendi quid sit faciendum ad vitam liturgicam in sua dicione recte agendam.

2. Sancta Sedes servat quae attentis locorum rerum adiunctis nonnulli Episcopi iusserunt, can. 230 § 2 spectato, at Eadem simul commonefacit peropportunum esse, ut clara teneatur traditio quod attinet ad munus ad altare ex parte puerorum. Notum enim est hoc effecisse ut sacerdotales vocationes feliciter augerentur. Semper igitur manebit officium ut puerorum ministrantium manipuli continuentur et sustententur.

3. Si autem in aliqua dioecesi, prae oculis can. 230 § 2 habito, Episcopus sinet ut peculiares ob rationes ad altare munus etiam mulieribus permittatur, hoc, ad normam quam supra diximus, plane fidelibus explicari debet, et pariter ostendendum mulieres saepe munus lectoris in liturgia complere easque Sacram Communionem distribuere posse, tamquam extraordinarias Eucharistiae ministras, atque alia officia praestare, quemadmodum can. 230 § 3 prospicit.

4. Perspicuum exinde esse debet haec liturgica munera « ex temporanea deputatione » obiri, ad Episcopi iudicium, nullo exsistente iure ut laici, sive viri sive mulieres, ea expleant.

ANTONIUS M. card. JAVIERRE ORTAS, *Praefectus*

SB Geraldus M. Agnelo, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

14 maggio 1994. S. E. mons. Blasco Francisco Collaço, Arcivescovo tit. di Ottava, ***Nunzio Apostolico nella Repubblica delle Seychelles.***

» » » S. E. mons. Thomas White, Arcivescovo tit. di Sabiona, ***Nunzio Apostolico negli Stati Federati di Micronesia.***

18 » » S. E. mons. Agostino Marchetto, Arcivescovo tit. di Astigi, ***Nunzio Apostolico in Bielorussia.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

28 febbraio 1994. Gli Em.mi Signori Cardinali George Basil Hume, Marco Cé, Godfried Danneels, Carlo Maria Martini, Angel Suquia Goicoechea, ***Membri della Congregazione per le Chiese Orientali « ad quinquennium ».***

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Bernardin Gantin, Joseph Ratzinger, Eugenio de Araújo Sales, Salvatore Pappalardo, William Wakefield Baum, Eduardo Francisco Pironio, Jean-Marie Lustiger, Józef Glemp, László Paskai, Hans Hermann Groër, Angelo Felici, ***Membri della Congregazione per le Chiese Orientali « in aliud quinquennium ».***

5 marzo » S. E. mons. Jorge María Mejía, Arciv. tit. di Apollonia, Segretario della Congregazione per i Vescovi, ***Membro del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti.***

17 » » Le LL.EE. i monsignori Andrea Mariano Magrassi, Arcivescovo di Bari-Bitonto; Stephen Sulyk, Arcivescovo di Philadelphia degli Ucraini; Tadeusz Kondrusiewicz, Amministratore Apostolico della Russia Europea; Karl Lehmann, Vescovo di Mainz; Vartan Ackarian, Vescovo tit. di Tokat degli Armeni, ***Membri della Congregazione per le Chiese Orientali « ad quinquennium ».***

» » » I monsignori Emilio Colagiovanni, Stanislaw Czerwik; i sacerdoti Paul De Clerck, Antonio Donghi, Julio Manzanares Marjiuan, Franz Willem Thiele, Max Thurian; i padri Matías Augé, C.M.F., José Maria Pinero Carrion, Ildebrando Scicolone, O.S.B., Anthony Ward, O.M.V., ***Consultori della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti « ad quinquennium ».***

17 marzo 1994. Le LL. EE. i monsignori Luigi De Magistris e Mario Francesco Pompedda; i monsignori Filho Amaro Cavalcanti de Albuquerque, Sebastiano Másala, Benedetto Marchetta; i sacerdoti Vincenzo Raff a, F.D.P., Manlio Sodi, S.D.B., Heinrich Rennings; i padri Crescenzio da Jesi, O.F.M. Cap., Giuseppe Sima, O.F.M. Conv., Jean-Bernard Allard, P.S.S., Urbano Navarrete, S.I., *Consultori della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti « in aliud quinquennium ».*

» » » Sr. Denise Blockausen, F.M.M.; p. Xavier Jacob, A.A.; il sac. Rafiq Khoury; la sig.ra dr. Jane Dämmen McAuliffe; padre Richard Nnymbi, M.Afr., *Consultori della Commissione per i rapporti religiosi con i Musulmani presso il Pontificio Consiglio per il Dialogo Inter-Religioso « ad quinquennium ».*

» » » I padri Ephrem Carr, O.S.B., Manuel Nin, O.S.B., il prof. Tommaso Federici, *Consultori della Commissione Speciale per la Liturgia presso la Congregazione per le Chiese Orientali « ad quinquennium ».*

» » » S. E. mons. Boutros Gemayel, Arcivescovo di Cipro dei Maroniti; i padri Boutros Youssif e Paolo Ananian, dei Mechitaristi di Venezia, Olivier Raquez, O.S.B., alfonso Abdallah, O.F.M., Jean Tabet, O.L.M., Robert Taft, S.I., Ermanno Tomolo, O.S.M., Severiano Yakymyshyn, O.S.B.M., Athanase Renoux, O.S.B., *Consultori della Commissione Speciale per la Liturgia presso la Congregazione per le Chiese Orientali « in aliud quinquennium ».*

NECROLOGIO

12 marzo 1994. Mons. Emile Durrheimer, Vescovo em. di Katiola *(Costa d'Avorio).*

23 » » Mons. Alvaro del Portillo, Vescovo tit. di Vita.

30 » » Mons. Florian Kuntner, Vescovo tit. di Irina.

31 » » Mons. Ignace Ziadé, Arcivescovo em. di Beirut dei Maroniti *(Libano).*

1 aprile » Mons. Patrick Winters. Vescovo em. di Mbulu *(Tanzania).*

5 » » Mons. Emilio Pizzoni, Vescovo em. di Latina-Terracina-Sezze-Priverno *(Italia).*

12 » » Mons. József Cserháti, Vescovo em. di Pécs *(Ungheria).*

16 » » Mons. Charles A. Halpin, Arcivescovo di Regina *(Canada).*

20 » » Mons. Bertrand Lacaste, Vescovo em. di Oran *(Algeria).*

24 » » Mons. Jorge Gottau, Vescovo em. di Añatuya *(Argentina).*

26 » » Mons. John J. Mulcahy, Vescovo tit. di Penafiel.

12 maggio » Mons. Eric Benjamin, Vescovo di Darjeeling *(India).*

20 » » Mons. Martino Matronola, Vescovo tit. di Torri di Numidia.

An. et vol. LXXXVI 5 Iulii 1994 N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Va^eana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

EPISTOLA APOSTOLICA

De Sacerdotali ordinatione viris tantum reservanda.

Venerabiles Fratres in episcopatu!

1. Ordinatio sacerdotalis, per quam munus traditur, quod Christus Apostolis suis concredidit fideles docendi, sanctificandi et regendi, in Ecclesia Catholica inde ab initio semper solis viris reservata est. Quam traditionem Ecclesiae etiam Orientales fideliter retinuerunt.

Quando quaestio orta est de ordinatione mulierum apud Communionem Anglicanam, Summus Pontifex Paulus VI, pro sua fidelitate erga officium custodiendi Traditionem apostolicam, atque etiam ut novum impedimentum positum in itinere ad unitatem christianorum amoveret, fratres Anglicanus commonefecit de Ecclesiae Catholicae positione: « Ipsa retinet non esse admittendam ordinationem mulierum ad sacerdotium ob rationes fundamentales. Quae rationes complectuntur: exemplum Christi in Sacra Scriptura memoratum, qui tantummodo inter viros elegit suos Apostolos; constantem Ecclesiae usum, quae Christum imitata est in solis viris eligendis; eiusque vivum magisterium, quod congruenter statuit mulierum exclusionem a sacerdotio convenire cum consilio Dei pro sua Ecclesia ».[1]

[1] Cf. PAULUS VI, *Rescriptum ad litteras Suae Gratiae Rev.mi Doctoris F. D. Googan, Archiepiscopi Cantuariensis, de sacerdotali mulierum ministerio,* die 30 mensis Novembris anno 1975: *AAS* 68 (1976) 599-600: « Your Grace is of course well aware of the Catholic Church's position on this question. She holds that it is not admissible to ordain women to the priesthood, for very fundamental reasons. These reasons include: the example recorded in the Sacred Scriptures of Christ choosing his Apostles only from among men; the constant practice of the Church, which has imitated Christ in choosing only men; and her living teaching authority which has consistently held that the exclusion of women from the priesthood is in accordance with the God's plan for his Church » (p. 599).

Cum tamen etiam inter theologos atque in aliquibus catholicis circulis quaestio in controversiam deducta esset, Paulus VI Congregationi pro Doctrina Fidei mandavit ut de hoc argumento Ecclesiae doctrinam exponeret atque illustraret. Quod factum est per Declarationem *Inter insigniores,* quam ipse Summus Pontifex approbavit et publici iuris fieri iussit.[2]

2. Quae quidem Declaratio huius doctrinae rationes fundamentales, a Paulo VI propositas, repetit et explicat, atque concludit Ecclesiam « auctoritatem sibi non agnoscere admittendi mulieres ad sacerdotalem ordinationem ».[3] Talibus rationibus fundamentalibus idem documentum alias addit rationes theologicas quibus convenientia illustratur illius consilii divini, et etiam aperte ostendit Christi agendi modum non ex causis sociologicis vel culturalibus, illius aetatis propriis, proficisci. Sicut deinde Paulus VI explicavit, « ratio vera in eo est, quod Christus, Ecclesiam propria fundamentali constitutione propriaque anthropologia theologica instruendo, sic statuit, quam deinceps eiusdem Ecclesiae Traditio semper observavit ».[4]

In Epistola Apostolica *Mulieris dignitatem* Nos Ipsi de hac materia scripsimus: « Advocans solos viros uti Apostolos suos Christus sese ratione gessit prorsus libera suique iuris. Eadem istud libertate fecit, qua toto in vitae suae instituto dignitatem extulit mulieris vocationemque, non tamen accommodans se vigentibus moribus ac traditionibus lege illius temporis constitutis ».[5]

Evangelia enim et Actus Apostolorum testificantur hanc vocationem factam esse secundum aeternum Dei consilium: Christus elegit quos voluit ipse (cf. *Me* 3, 13-14; *Io* 6, 70), idque fecit una cum Patre, «per Spiritum Sanctum» *(Act* 1, 2), postquam pernoctaverat in oratione (cf. *Lc* 6, 12). Quapropter in admissione ad sacerdotium ministeriale,[6] Ecclesia semper tamquam constantem normam agnovit Domini sui agendi rationem in duodecim virorum electione, quos Ipse posuit Ecclesiae suae fundamentum (cf. *Apc* 21, 14). Qui quidem non tantum munus acceperunt, quod deinde a quolibet Ecclesiae membro exerceri potuisset, sed iidem peculiariter et arte

[2] Cf. CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Declaratio *Inter insigniores* quoad admissionem mulierum ad sacerdotium ministeriale, die 15 mensis Octobris anno 1976: *AAS* 69 (1977) 98-116.

[3] *Ibid.,* 100.

[4] PAULUS VI, Allocutio *Il ruolo della donna nel disegno della salvezza,* die 30 mensis Ianuarii anno 1977: *Insegnamenti,* vol. XV (1977) 111. Cf. etiam IOANNES PAULUS II, Adhortatio Apostolica *Christifideles laici,* die 30 mensis Decembris anno 1988, n. 51: *AAS* 81 (1989) 492-496; *Catéchisme de l'Église Catholique,* n. 1577.

[5] Epistola Apostolica *Mulieris dignitatem,* die 15 mensis Augusti anno 1988, n. 26: *AAS* 80 (1988) 1715.

[6] Cf Constitutio dogmatica *Lumen gentium,* n. 28; decretum *Presbyterorum Ordinis,* n. 2b.

cum ipsius Verbi Incarnati missione sunt consociati (cf. *Mt* 10, 1. 7-8; 28, 16-20; *Me* 3, 13-16; 16, 14-15). Apostoli idem fecerunt cum cooperatores suos elegerunt,[7] qui ipsis successuri erant in ministerio.[8] Qua in electione illi quoque inclusi erant qui, decursu temporum Ecclesiae, ipsorum Apostolorum munus prosequerentur, scilicet vicem gerendi Christi Domini ac Redemptoris.[9]

3. Ceterum, quod Maria Sanctissima, Dei et Ecclesiae Mater, munus non accepit Apostolorum proprium, neque sacerdotium ministeriale, clare ostendit non admissionem mulierum ad sacerdotalem ordinationem non posse minorem earum dignitatem significare nec discrimen erga eas, sed fidelem observantiam consilii, quod sapientiae Domini universi est tribuendum.

Mulieris praesentia eiusque in Ecclesiae vita missioneque partes, etsi non sunt cum sacerdotio ministeriali coniunctae, perstant tamen ratione absoluta necessariae et eae quae substitui non possint. Sicut sane ipsa illustrat Declaratio *Inter insigniores,* « exoptat sancta Mater Ecclesia, ut christianae mulieres sibi plene consciae fiant, quanta sit ipsarum missio: partes earum hodie maximae sunt, ut simul et instauretur atque humanior fiat societas et fideles veram Ecclesiae imaginem agnoscant ».[10] Novum Testamentum cunctaque Ecclesiae historia satis superque testantur in Ecclesia praesentiam mulierum germanarum discipularum et testium Christi in familia atque in civili professione praeter quam in integra dedicatione famulatui Dei et Evangelii. « Mulieris dignitatem tutando Ecclesia eiusque vocationem honorem tribuit atque gratias iis quae, Evangelio fideles, omni aetate apostolicum communicarunt totius Dei Populi munus. De martyribus sanctis agitur et de virginibus ac de matribus familias fortiter quae fidem sunt testificatae ac suis educandis liberis in Evangelii principiis fidem tradiderunt Ecclesiaeque traditionem ».[11]

Ceterum ad fidelium sanctitatem funditus ordinatur hierarchica Ecclesiae constitutio. Ideo memorat Declaratio *Inter insigniores,* « unum charisma melius, quod quis aemulari potest ac debet, est caritas (cf. *1 Cor* 12-13). Maiores in Regno caelorum non sunt ministri, sed sancti ».[12]

[7] Cf, *1 Tim* 3, 1-13; *2 Tim* 1, 6; *Tit* 1, 5-9.

[8] Cf. *Catéchisme de l'Église Catholique,* n. 1577.

[9] Cf. Constitutio dogmatica *Lumen gentium,* n. 20 et n. 21.

[10] CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Declaratio *Inter insigniores,* VI: *AAS* 69 (1977) 115-116

[11] IOANNES PAULUS II, Epistola Apostolica *Mulieris dignitatem,* n. 27: *AAS* 80 (1988) 1719.

[12] CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Declaratio *Inter insigniores,* VI: *AAS* 69 (1977) 115.

4. Quamvis doctrina de ordinatione sacerdotali viris tantum reservanda constanti et universali Ecclesiae Traditione servetur atque Magisterio in recentioribus documentis firmiter doceatur, temporibus tamen nostris diversis in partibus disputabilis habetur, aut etiam Ecclesiae sententiae non admittendi mulieres ad ordinationem illam vis mere disciplinaris tribuitur.

Ut igitur omne dubium auferatur circa rem magni momenti, quae ad ipsam Ecclesiae divinam constitutionem pertinet, virtute ministerii Nostri confirmandi fratres (cf. *Lc* 22, 32), declaramus Ecclesiam facultatem nullatenus habere ordinationem sacerdotalem mulieribus conferendi, hancque sententiam ab omnibus Ecclesiae fidelibus esse definitive tenendam.

In vos omnes, Venerabiles Fratres, atque in omnem Christianum populum implorantes perpetuum divinum praesidium, libentes quidem omnibus Apostolicam Benedictionem impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxn mensis Maii, in Sollemnitate Pentecostes, anno MCMXCIV, sexto decimo Pontificatus Nostri.

IOANNES PAULUS PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SANCTI IACOBI EQUITUM

Sancti Iacobi Equitum intra Dominicanae Nationis fines conditur nova Provincia ecclesiastica, quae ad dignitatem archiepiscopalem et metropolitanam attollitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sollicitam sane curam continenter adhibemus ut Domini salus quam amplissimam multitudinem attingat: qua de causa Nos aptare propera-

mus ecclesiastica instituta ad eiusmodi proposita commodius assequenda. De consilio igitur Congregationis pro Episcopis, consentiente Venerabili Fratre Fortunato Baldelli, Archiepiscopo titulo Mevaniensi atque in Republica Dominicana Apostolico Nuntio, Apostolica Nostra potestate suffulti, haec quae sequuntur decernimus et statuimus. Sancti Iacobi Equitum Sedem a metropolitico iure Ecclesiae Sancti Dominici separamus eamque ad dignitatem archiepiscopalis metropolitanae Ecclesiae evehimus, privilegiis porro additis et obligationibus iniunctis quae sacri canones praecipiunt.

Novam Provinciam ecclesiasticam constituunt dioeceses Vegensis, Maoensis-Montis Christi et Sancti Francisci de Macoris, quae usque adhuc ad Provinciam ecclesiasticam Sancti Dominici pertinuerunt. Sancti Iacobi Equitum Episcopum moderantem Sedem, in praesentiarum Venerabilem Fratrem Ioannem Antonium Flores Santana, dignitate Archiepiscopi et gradu Metropolitae honestamus secundum sacrorum canonum praescripta.

Haec omnia ad expedienda Venerabilem Fratrem Fortunatum Baldelli, quem antea memoravimus legamus, facta videlicet facultate quempiam alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum subdelegandi. Re demum ad exitum perducta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Episcopis diligenter mittantur, contrariis rebus minime quibuslibet obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quarto decimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

© ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

83 BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*
Antonius Macculi, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco 68 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 344.759

II

PORTUS VETERIS

In Aequatoria constituitur nova Provincia ecclesiastica Portus Veteris, cuius metropolitana Ecclesia erit Sedes eiusdem nominis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Maiori spirituali Christifidelium suorum bono studentes consulere, nuper Venerabiles Fratres sacrorum Antistites Provinciae Ecclesiasticae Guayaquilensis, audita Conferentia Episcopali Aequatoriana, ab hac Apostolica Sede unanimo consensu postulaverunt ut, detractis quibusdam territoriis a memorata Provincia necnon ab illa Quitensi, nova Provincia Ecclesiastica Portus Veteris constitueretur et simul dioecesis eiusdem nominis ad dignitatem et honorem eveheretur Sedis archiepiscopalis et metropolitanae. Nos vero solliciti de cunctis Ecclesiis deque omnium animarum salute, favente quoque eidem rei Venerabili Fratre Francisco Canalini, Archiepiscopo titulo Valariensi atque in eadem Natione Apostolico Nuntio, e consilio Congregationis pro Episcopis admotae postulationi libenter concedendum esse putavimus. Summa igitur Apostolica potestate, consensu suppleto eorum, quorum interest, vel qui sua interesse id putant, quae sequuntur decernimus.

Sedem episcopalem Portus Veteris a metropolitana Ecclesia Guayaquilensi seiungimus et ad gradum archiepiscopalis metropolitanae Sedis evehimus, cui proinde iura et privilegia cuncta conferimus, quibus ceterae metropolitanae Sedes ad normam iuris fruuntur.

Nova condita Provincia Ecclesiastica *Portus Veteris* constet ex metropolitana Ecclesia eiusdem nominis et ex praelatura territoriali Coloratensi, hactenus ad Provinciam Ecclesiasticam Quitensem spectanti. Insuper Portus Veteris sacrorum Antistitem archiepiscopali dignitate augemus et gradu Metropolitae insignimus iuribus ac privilegiis cumulatum, quae in catholico orbe sunt secundum canones Iuris Canonici ceteris Metropolitis, dum aequalibus etiam officiis cumulamus oneribusque obstringimus quibus illi quoque gravantur.

Praeterea Portus Veteris nunc ipsum Episcopum, Venerabilem Fratrem Iosephum Marium Ruiz Navas, ad archiepiscopalem dignitatem et gradum Metropolitae promovemus, quem iuribus quoque exornamus et privilegiis,

quibus potiuntur alii Metropolitae, at oneribus similiter nectimus et officiis, quibus illi itidem subiacent.

Quae praescripsimus, committimus perficienda Venerabili Fratri Francisco Canalini, quem diximus, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates quem libet alium delegandi virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito mittendi sincerum exemplar actus effectae executionis ad Congregationem pro Episcopis.

Iubemus denique omnia et singula hisce Apostolicis Litteris decreta vim sortiri suam tam nunc quam in posterum usque tempus, quibusvis rebus haud quaquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quinto et vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

£8 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

83 BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*

Loco 68 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 346.160

III

DOMINAE NOSTRAE LIBANENSIS IN CIVITATE ANGELORUM IN CALIFORNIA

Nova constituitur Eparchia pro fidelibus ritus Antiocheni Maronitarum titulo Dominae Nostrae Libanensis in civitate Angelorum in California, et ea Sanctae Sedi immediate subicitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Omnium catholicorum rituum communitates ob oculos usque versantur, de quibus haud parum sollicitamur, ut floridiorem statum consequantur iisque prosperrima salus contingat.

Quapropter cum Maronitarum m Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis fidelibus aptius consuleretur, aliam Eparchiam condere censuimus, preces etiam exaudientes Nobis fidenter admotas.

Itaque, sententia audita Patriarchae Antiocheni Maronitarum cum eius Synodo necnon Coetus Episcoporum illius Nationis quam supra memoravimus, consentiente pariter ibidem Pronuntio Apostolico, scilicet Venerabili Fratre Augustino Cacciavillan, Archiepiscopo titulo Amiternino, haec quae sequuntur statuimus et decernimus Apostolica Nostra suffulti auctoritate.

Eparchiam constituimus quae complectetur fideles has Foederatas Civitates in praesentia incolentes, scilicet Ohio, W. Virginia, Illinois, Alabama, Michigan, Minnesota, Missouri, Texas, Utah, Arizona, Nevada, Oregon, California, Alaska, Hawaii, Indiana, Kentuchy, Tennessee, Mississipi, Wisconsin, Iowa, Arkansas, Louisiana, North Dakota, South Dakota, Kansas, Oklahoma, Nebraska, Montana, Wyoming, Colorado, New Mexico, Idaho et Washington.

Quam Eparchiam ab altera Sancti Maronis Bruklyniensis separamus illaque proinde titulum obtinebit « Dominae Nostrae Libanensis in civitate Angelorum in California ».

Ad haec tandem perficienda consuetudines iuraque congrua serventur et quae a Codice Orientali praecipiuntur. Nihil quibusvis rebus minime efficientibus. Communitates demum hae respicientes antiquissima suorum annalium monumenta et documenta exoptamus fore ut animosam voluntatem roborent ad proposita renovanda et patrum pietatem confirmandam.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum die duodecimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

£8 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

ACHILLES card. SILVESTRINI
Congr. pro Ecclesiis Oriental. Praef.

Angelus Lanzoni, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 346.749

IV

RUNDUENSIS

Vicariatus Apostolicus conditur in Namibiae finibus, Runduensis appellandum.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sollicitam sane curam continenter adhibemus ut Domini salutaria beneficia et praecepta omnia loca contingant et quam plurimas gentes. Idcirco nullam Nos interponere moram volumus quin cuncta disponamus ut hoc facilius commodiusque eveniat. De consilio igitur Congregationis pro Gentium Evangelizatione, iis quoque quorum interest rogatis sententiam, haec statuimus et decernimus. Novum Vicariatum Apostolicum condimus Runduensem appellandum, qui territorium vel regionem civilem populari loquela Okavango et Caprivi atque illas partes regionum quas appellant Otjozondjupa et Otjikoto, intra fines latitudinis 20 et longitudinis 18 sitas, complectitur, quodque a Vicariatu Apostolico Vindhoekensi distrahitur. Haec omnia ad expedienda Venerabilem Fratrem Ambrosium De Paoli legamus, facta videlicet facultate quempiam alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum subdelegandi. Re tandem ad exitum perducta, documenta apparentur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione diligenter mittantur, contrariis rebus minime officientibus quibusvis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quarto decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

& ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Angelus Lanzoni, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco ffl Plumbi
In Secret. Status tab., n. 349.119

V

VINDHOEKENSIS

Provincia ecclesiastica in Namibia constituitur, Vindhoekensis appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Vigili quidem cum sollicitudine id usque agere studemus, ut res catholicae commodius disponantur, quo religio magis solidetur et necessitatibus cunctis efficacius occurratur. Nunc autem de Namibiae locis cogitamus, ad quorum salubriorem prosperitatem ecclesiastica instituta aptare contendimus. Quapropter postquam Venerabiles Patres Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi consenserunt benignamque sententiam protulerunt, iudiciis quoque auditis quorum interest, quae sequuntur decernimus et iubemus. Provinciam Ecclesiasticam condimus Vindhoekensem, quam efformant Vicariatus Apostolicus eiusdem nominis, qui posthac ad Archidioecesim Metropolitanam evehetur, cui nectuntur dioecesis Keetmanshoopensis, veluti suffraganea Sedes, post elevationem Vicariatus Apostolici eiusdem nominis, atque Vicariatus Apostolicus Runduensis. Nominamus exinde et renuntiamus Venerabilem Fratrem Bonifatium Haushiku, adhuc Vicarium Apostolicum Vindhoekensem, Archiepiscopum Metropolitam Vindhoekensem, titulo videlicet solutum Troyniensi. Ad haec omnia peragenda Venerabilem Fratrem Ambrosium De Paoli deputamus, in Namibia Apostolicum Delegatum, facta facultate quempiam virum in ecclesiastica dignitate constitutum subdelegandi. Re tandem ad exitum perducta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur. Contrariis rebus minime officientibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quarto decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

SB ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Angelus Lanzoni, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco ffl Plumbi
In Secret. Status tab., n. 349.121

VI

KEETMANSHOOPENSIS

Vicariatus Apostolicus Keetmanshoopensis ad dignitatem et condicionem dioecesis attollitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui suo iam nomine interioreque flore quadraginta quinque continuos hos superiores annos prosperatur et convenienter omnino administratur Vicariatus Apostolicus Keetmanshoopensis, tantam fidei firmitatem actionisque catholicae consecutus est, ducentibus pastoribus, soliditatem ut novam sibi induere structuram et novam simul suae historiae ingredi posse aetatem videatur, evectus legitime videlicet ad ipsius gradus canonici dioecesis dignitatem. Sic enim faciendum censuit Venerabilis Frater Antonius Chiminello, Episcopus titulo Numanensis ipseque Vicarius Apostolicus Keetmanshoopensis quem nuperrime ad eandem destinaveramus regendam ecclesialem communitatem, sic ut fieret suasit Venerabilis Frater Ambrosius De Paoli Apostolicus scilicet in Namibia Noster Delegatus. Ne igitur ullam partem canonicae constitutionis in posterum huic amato gregi deesse patiamur, sententias Venerabilium Fratrum Nostrorum causis negotiisque Congregationis pro Gentium Evangelizatione praefectorum libenter omnino amplectentes ratasque habentes, Nos pro apostolicae Nostrae auctoritatis amplitudine, commemoratum Vicariatum Apostolicum Keetmanshoopensem promoveri volumus atque hisce Litteris revera edicimus ad dioecesis condicionem, concessis una singulis iuribus additisque officiis, quae cum eodem illo iunguntur in Ecclesia dioecesis statu. Episcopalem sedem hanc metropolitanae Ecclesiae Vindhoekensi subditam necnon iuris dictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione commissam constituimus nimirum in urbe eodem vulgari nomine Keetmanshoopensi, ubi templum Deo sacrum in honorem sancti Stanislai Kostka augemus cathedralis aedis nomine ac decore. Vicarium vero hucusque Apostolicum Keetmanshoopensem superius memoratum in munus provehimus ipsius posthac Episcopi Keetmanshoopensis, cunctis nempe solutum prioris sedis titulo Numanensis vinculis. Quae pastoralis Nostrae voluntatis universa decreta quo certiorem deducantur quam primum ad effectum, eundem Apostolicum in Namibia Delegatum, Ambrosium De Paoli, Archiepiscopum titulo Larensem, nominamus eorum exsecutorem, factis necessariis quibuslibet facultatibus qui

re congruenter confecta sincera actus canonici documenta exarabit exaratorumque exempla ad Gongregationem pro Gentium Evangelizatione transmittenda curabit. Plurimum denique confisi Nos futurum ut provida haec consilia Nostra maiorem etiam adferant eidem Ecclesiae Keetmanshoopensi felicitatem firmitudinemque, iubemus eadem omnia iam nunc firmissima esse et postera pariter in tempora usquequaque valere, quibusvis causis contrariis neutiquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum die decimo quarto mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri decimo sexto.

£8 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 349.122

VII

IBADANENSIS

In Nigeriae finibus nova Provincia ecclesiastica constituitur Ibadanensis nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum in Nigeria catholica fides haud parva cepisset incrementa, quae pastorali navitate Episcoporum, sacerdotum ac missionariorum videntur posse in futurum augeri, Congregatio pro Gentium Evangelizatione, re mature perpensa auditisque quorum interest votis, censuit nuper ut in eadem Natione inter alias nova Provincia Ecclesiastica constitueretur Ibadanensis nomine. Nos vero pro summo Apostolico, quo fungimur, munere de superna totius Dominici gregis salute solliciti, talem sententiam ratam habemus ac sequentia decernimus. A metropolitana Ecclesia Lagosensi distrahimus dioeceses Ibadanensem, Adoëkitiensem, Ondoënsem et Oyoënsem atque ex

his efficimus Provinciam Ecclesiasticam Ibadanensem, cuius Sedes princeps erit Ecclesia Ibadanensis, quam ad gradum et dignitatem archidioecesis metropolitanae evehimus, omnibus datis iuribus et officiis huiusmodi Sedium propriis, assignantes eidem ceteras, quas diximus, dioeceses uti suffraganeas. Insuper Venerabilem Fratrem Felicem Alaba Adeosin Job, hactenus Episcopum Ibadanensem, Archiepiscopum Metropolitam Ibadanensem renuntiamus, cunctis factis iuribus impositisque pariter obligationibus. Quae praescripsimus committimus perficienda Venerabili Fratri Carolo Mariae Vigano, Archiepiscopo titulo Ulpianensi atque in Nigeria Apostolico Pronuntio, onere imposito mittendi sincerum exemplar actus effectae exsecutionis ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione. Hanc denique Nostram Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die sexto et vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

& ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco & Plumbi
In Secret. Status tab., n. 349.181

VIII

ABUGENSIS

In Nigeria nova Provincia ecclesiastica Abugensis constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo aptius consuleretur Evangelizationis operi in Nigeriae finibus, ubi in praesens exstant tres Provinciae Ecclesiasticae Lagosensis, Kadunaënsis

et Onitshana, Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales atque Praesules Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi, re mature perpensa auditisque votis quorum interest, praesertim Venerabilis Fratris Caroli Mariae Vigano, Archiepiscopi titulo Ulpianensis atque in eadem Natione Apostolici Pronuntii, censuerunt nuper constituendam esse ibidem inter alias novam Provinciam Ecclesiasticam Abugensem nomine.

Nos quidem, Successores beati Petri, de totius Dominici gregis bono solliciti, talem sententiam ratam habemus ac sequentia decernimus.

A metropolitana Ecclesia Kadunaënsi distrahimus dioeceses Abugensem, Idahinam, Lokoianam et Makurdensem atque ex his efficimus Provinciam Ecclesiasticam Abugensem — in qua sita est eodem nomine urbs caput Reipublicae Nigerianae — cuius Sedes princeps erit Ecclesia Abugensis, quam ad gradum et dignitatem archidioecesis metropolitanae evehimus, omnibus datis iuribus et officiis huiusmodi Sedium propriis, assignantes eidem ceteras, quas diximus, dioeceses uti suffraganeas.

Insuper Venerabilem Fratrem Ioannem Olorunfemi Onaiyekan, hactenus Episcopum Abugensem, Archiepiscopum Metropolitam Abugensem renuntiamus, cunctis factis iuribus impositisque pariter obligationibus.

Quae praescripsimus exsequenda curabit memoratus Venerabilis Frater Carolus Maria Vigano, onere imposito mittendi sincerum exemplar actus effectae exsecutionis ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione.

Hanc denique Nostram Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die sexto et vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

68 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 349.271

IX

IOSENSIS

Nova constituitur Provincia ecclesiastica in Nigeria, Iosensis appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universae Ecclesiae sustinentes rationes et causas, omni sollicitudine properamus ut catholicum nomen magis magisque in orbe terrarum floreat ipsumque nihil patiatur detrimenti. Nunc autem de Nigerianis regionibus cogitamus, quas volumus aptis instructas ecclesiasticis institutis. Idcirco sententiam amplectentes Congregationis pro Gentium Evangelizatione, consentiente Venerabili Fratre Carolo Maria Vigano, Archiepiscopo titulo Ulpianensi et in Nigeria Apostolico Pronuntio, haec decernimus et iubemus. A metropolitana Sede Kadunaënsi dioecesibus losensi, Maiduguriensi et Yolaensi seiunctis, novam condimus Provinciam Ecclesiasticam, Iosensem appellandam, in ipsa Sede losensi, quam ad Archidioecesis Metropolitanae dignitatem attollimus, cui subiciantur veluti suffraganeae dioeceses Maiduguriensis et Yolaensis. Praeterea Venerabilem Fratrem Gabrielem Gonsum Ganaka, ad hoc usque tempus Episcopum Iosensem, ad gradum Archiepiscopi Metropolitae Iosensis elevamus, cunctis simul additis iuribus et congruentibus officiis impositis, secundum canonum praescripta. Ad haec omnia exsolvenda Venerabilem Fratrem Carolum Mariam Vigano, quem antea memoravimus, legamus. Re tandem perfecta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione sedulo mittantur, contrariis rebus quibusvis minime officientibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die sexto et vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco EB Plumbi
In Secret. Status tab., n. 349.272

X

URBIS BENINENSIS

Provincia ecclesiastica in Nigeria conditur Urbis Beninensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Multis nominibus est sane laetandum quod catholica res ubique terrarum felix capit incrementum. Nos autem properamus et contendimus ut ecclesiastica instituta immutatis condicionibus aequentur. Nunc vero ad Nigerianas communitates animum mentemque Nostram convertimus et occurrentibus necessitatibus dirigere proposita volumus et rationes. Itaque de consilio Congregationis pro Gentium Evangelizatione, rogatis sententiam iis quorum interest, Apostolica Nostra usi potestate, quae sequuntur statuimus et decernimus. Novam Provinciam Ecclesiasticam in Nigeria condimus Urbis Beninensis, quae veluti suffraganeas complectetur dioeceses Isseleukuanam et Varriensem, quae antehac ad Ecclesiam metropolitanam Lagosensem pertinuerunt, cui quoque additur Missio sui iuris Bomadiensis. Sedes exinde Urbis Beninensis ad Archidioecesim Metropolitanam attollitur. Porro Venerabilem Fratrem Patricium Ebosele Ekpu, adhuc Urbis Beninensis Episcopum, ad statum evehimus Archiepiscopi Metropolitae eiusdem Urbis Beninensis, omnibus iuribus officiisque congruentibus concessis secundum ius canonicum. Haec omnia ut expediantur, Venerabilem Fratrem Carolum Mariam Vigano, Archiepiscopum titulo Ulpianensem et in Nigeria Apostolicum Pronuntium, legamus eique haec officia committimus. Re tandem ad exitum perducta, documenta apparentur, quorum exempla sincera ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur, contrariis rebus minime quibuslibet obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die sexto et vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nogentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

£8 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab.., n. 349.273

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servae Dei Mariae Ludovicae a Iesu Trichet Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo, quamdiu fuero » *(Ps* 146, 2). Deum verbis, operibus totaque vita laudare constanter cupivit Maria Ludovica a Iesu Trichet quae, Evangelii sapientia illustrata, ut Christum sequeretur aegrotisque ac pauperibus serviret omnia reliquit, mandata Domini exsequens qui dixit: « Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos » *(Io* 15, 12), et etiam: « Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis » *(Mt* 25, 40).

Venerabilis Serva Dei Pictavae est nata die VII mensis Maii anno MDCLXXXiv, et a pueritia Dei legi oboedivit multamque de proximo indigenti curam adhibuit. Cum septemdecim esset annorum, Providentia effecit ut in sanctum Ludovicum Mariam Grignion de Montfort incurreret, qui eius dux factus est in Dei voluntate cognoscenda inque sua vocatione ad effectum adducenda. Consilia namque sequens magistri spiritus ingressa est consociationem « Sapientia » denominatam apud valetudinarium generale Pictaviense ibique, die II mensis Februarii anno MDCCIII, vestem religiosam induit, altera conditrix facta et prima sodalis futurae Congregationis Filiarum a Sapientia, constantis ex mulieribus confundendae falsae sapientiae mundi, Verbi Incarnati Sapientiae consecratis. Novum religiosum Institutum re vera Rupellae est ortum, cuius Episcopus illud canonice approbavit anno MDCCXV. Anno postero Conditor, sanctus Ludovicus Maria Grignion de Montfort, mortuus est, solam relinquens Servam Dei in Congregationis regimine, quae magno animi robore atque caelestis auxilii fiducia multas gravesque suscepit acerbitates, ex extrema paupertate, ex iniustitiis auctoritatum loci, ex morte iuvenum Sororum, ex acerbis calumniis obortas. Quamvis eiusmodi essent difficultates, Opus tamen, sapienter a Matre Maria Ludovica gubernatum, confirmatum est et auctum novis conditis religiosis domibus. Constanter Serva Dei formandas curavit quam optime suas Sorores, quibus spiritalem tradidit hereditatem sancti Institutoris,

eas ad. amorem et imitationem Iesu Christi, Dei Sapientiae (cfr *1 Cor* 1, 24) adhortando, ad parvulorum institutionem in scholis caritatis, ad pauperum aegrotorumque curam. Non tamen sollicitudo de aliorum bono eam abduxit ab officio in via christianae perfectionis progrediendi. Fide fulta, spe atque caritate, cum Deo ambulavit et humiliter ac perseveranter Virginem Mariam imitans omnibus in rerum adiunctis eius fecit voluntatem. Assidua fuit in deprecatione, fervens in pietate erga Eucharistiam et Sanctissinam Virginem, Domini crucis amans, Ecclesiae auctoritatibus oboediens, in aerumnis fortis et patiens, in persecutionibus serena, prompta ad ignoscendum inimicis, diligens in Regulae ac votorum observantia. Meritis affluens pie est vita defuncta Sancti Laurentii ad Separim, die xxvin mensis Aprilis anno MDCCLIX.

Canonizationis Causa inchoata, processus ordinarius informativus celebratus est apud Curiam Lucionensem annis MCMLIII-MCMLIV. Praeparata Positione super virtutibus et solitis recognitionibus factis, die x mensis Iulii anno MCMXC declaravimus Servam Dei Mariam Ludovicam a Iesu Trichet heroum more virtutes théologales, cardinales iisque adnexas coluisse. Interim, apud eandem Curiam instructus erat anno MCMXXXXVII processus canonicus de asserta mira sanatione effecta anno MCMXXXXIV et intercessioni tributa Matris Mariae Ludovicae a Iesu. Prospero eventu inspecto casu apud Congregationem de Causis Sanctorum est coram Nobis decretum super miro proditum die vii mensis Martii anno MCMXCII. Statuimus deinde ut Beatificationis ritus Romae celebraretur die xvi mensis Maii insequentis anni.

Hodie in Vaticana Basilica S. Petri Apostoli, inter Missae sollemnia hanc pronuntiavimus formulam: « Nos, vota Fratrum nostrorum Henrici Cardinalis Schwery, Episcopi Sedunensis, Francisci Garnier, Episcopi Lucanensis, Camilli Cardinalis Ruini, Vicarii Nostri pro Romana dioecesi et Peregrini Thomae Ronchi, Episcopi Civitatis Castelli, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Mauritius Tornay, Maria Ludovica a Iesu Trichet, Columba Ioanna Gabriel et Florida Cevoli Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Mauritii Tornay die undecima mensis Augusti; Mariae Ludovicae a Iesu Trichet die septima mensis Maii; Columbae Ioannae Gabriel die vicesima quarta mensis Septembris et Floridae Cevoli die duodecima mensis Iunii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae autem his Litteris statuimus volumus

nunc et in futurum tempus vim habere, rebus contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Maii, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ©Sigilli
In Secret. Status tab., n. 330.562

II

Venerabilibus Dei servis Didaco Ventaja Milán, Emmanueli Medina Olmos et VII Sociis Martyribus, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Ego veni, ut vitam habeant et abundantius habeant » *(Io* 10, 10). Per mortem et resurrectionem suam Dominus Iesus mundum redemit atque ipsius verbum suscipientibus et adimplentibus vitam aeternam est pollicitus. Idem Dominus docuit tam pretiosum donum esse vitam aeternam, ut cuivis terrestri bono sit anteponendum et vel supremo sacrificio tuendum: « Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere » *(Mt* 10, 28). Evangelii praeceptis imbuti ac Spiritus Sancti robore sustentati, bello intestino in Hispania saeviente, non pauci Christiani sanguinem suum fuderunt, ne a Christi dilectione desciscerent atque ut vitae aeternae praemium consequerentur.

Inter illos Christi strenuos testes duo Episcopi annumerantur et septem Fratres Scholarum Christianarum. Deo penitus inserviebant ii et proximo, veritatem pacemque amabant, omnino a politicis studiis alieni, quibus Hispania sub vertebatur. Nihilo minus odio fuerunt et persecutioni obnoxii. Quod autem divini Magistri fuerunt discipuli, Ecclesiae membra et fideles regni Dei famuli, hoc satis habuerunt ut ipsi inter mundi inimicos annumerarentur et morte digni ducerentur. At ipsi, de periculis in se imminentibus quanquam conscii erant, simpliciter humiliterque fidem testari perrexerunt atque cum se abdere vel fugere possent, manere in suo loco maluerunt, ut suam explicarent missionem et caritate apostolatuque proximum iuvarent.

Ii fuerunt:

Didacus Ventaja Milán, Episcopus Almeriensis. Die xxn mensis Iunii anno MDCCCLXXX natus, post ordinationem sacerdotalem canonici et doctoris in Sacro Monte Granadae functus est munere. Annum tantummodo fuit bonus industriusque pastor Almeriensis dioecesis, cum Christi inimici eum sunt persecuti. Vitam servare potuerat, at gregem suum deserere noluit.

Emmanuel Medina Olmos, Episcopus Guadicensis, natus die ix mensis Augusti anno MDCCCLXIX, parochus fuit et deinde rector Sacri Montis Granadae. Multum adlaboravit veluti concionator et catechista; Auxiliaris porro fuit Granadensis, et inde ab anno MCMXXVIII industrius Episcopus Guadicensis. In carceribus una cum Didaco Ventaja Milán detentus, cum eo vexationes, contumelias et ignominias participavit. Precantes et ignoscentes ambo pastores una cum aliis captivis manuballista, nocte inter xxix et xxx diem mensis Augusti anno MCMXXXVI necati sunt, in loco quem « Barraco del Chisme » vocant, quemque terminant Felix et Vicar.

Septem Fratres Scholarum Christianarum egregie apostolatum suum praestabant institutionis in urbe Almeria, cum in vincula ducti sunt. Ibidem quoque eximium testimonium christianae fortitudinis, caritatis erga omnes, amoris precationis dederunt.

Nocte inter xxx et xxxi diem mensis Agusti anno MCMXXXVI interempti sunt:

Frater Edmigius (saeculari nomine Isidorus Primo Rodríguez vocatus), in dioecesi Palentina natus, die iv mensis Aprilis anno MDCCCLXXXI;

Frater Amalius (saeculari nomine Iustus Zariquiegui Mendoza vocatus), Pampilonensi in dioecesi natus, die vi mensis Augusti anno MDCCCLXXXVI;

Frater Valerius Bernardus (saeculari nomine Marcianus Herrero Martínez vocatus), in dioecesi Burgensi natus, die xi mensis Iulii anno MCMIX.

Vespera autem diei VIII mensis Septembris anno MCMXXXVI martyrium tulerunt:

Frater Theodemarus Ioachimus (saeculari nomine Adrianus Sáiz Sáiz vocatus), in dioecesi Burgensi natus, die VIII mensis Septembris anno MCMVII;

Frater Evencius Richardus (saeculari nomine Eusebius Alonso Uyarra vocatus), in dioecesi Calaguritana natus, die v mensis Martii anno MCMVII.

Nocte inter xn et xm diem mensis Septembris anno MCMXXXVI interempti sunt:

Frater Aurelius Maria (saeculari nomine Benvenutus Villalón Acebrón vocatus), natus in dioecesi Conchensi, die xxn mensis Martii anno MDCCCXC;

Frater Iosephus Caecilius (saeculari nomine Bonifacius Rodríguez Gonzalez vocatus), natus in dioecesi Burgensi, die xiv mensis Maii anno MDCCCLXXXV.

Tum duo Episcopi, tum septem Fratres Scholarum Christianarum, continuo suam post heroicam mortem, veri fidei martyres habiti sunt. Eorum sacrificii fama increbruit et annorum decursu confirmata est. Idcirco Almeriensis Episcopus anno MCMLIV Canonizationis Causam incohavit. Inquisitionibus theologicis suetis felici cum exitu apud Congregationem de Causis Sanctorum absolutis, die xxi mensis Decembris anno MCMXCII super martyrio decretum iussimus promulgari. Statuimus ideo ut beatificationis ritus Romae die x mensis Octobris subsequentis anni celebraretur. Hodie igitur, in foro ante basilicam praeclaram Sancti Petri Apostoli in Vaticano, inter sacra hanc diximus formulam:

« Nos, vota Fratrum nostrorum Rosendi Alvarez Gaston, Episcopi Almeriensis, Angeli Cardinalis Suquia Goicoechea, Archiepiscopi Matritensis, Iosephi Antonii Infantes Florido, Episcopi Cordubensis, Iosephi Gottardi Cristelli, Archiepiscopi Montisvidei, et Oddonis Fusi-Pecci, Episcopi Senogalliensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Didacus Ventaja Milán, Emmanuel Medina Olmos et septem Socii, Petrus Poveda Castroverde, Victoria Diez y Bustos de Molina, Maria Francisca Rubatto et Maria Crucifixa Satellico Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Didaci Ventaja Milán et Emmanuelis Medina Olmos die tricésima mensis Augusti; septem Fratrum Scholarum Christianarum die decima sexta mensis Novembris; Petri Poveda Castroverde die vicesima octava mensis Iulii; Victoriae Diez y Bustos de Molina die duodecima mensis Augusti; Mariae Franciscae Rubatto die nona mensis Augusti et Mariae Crucifixae Satellico die octava mensis Novembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quod autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum tempus vim habere volumus, contrariis rebus quibusvis minime obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 344.597

III

Venerabili Servo Dei Petro Poveda Castroverde Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, qui est Iesus Chistus » *(1 Cor* 3, 11).

« Ecce ego fundamentum ponam in Sion, lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, fundatum; qui crediderit, non turbabitur » *(Is* 28, 16).

Suae vitae fundamentum operisque quod condidit, cui nomen « Institución Teresiana», ipsum Christum posuit presbyter Petrus Poveda Castroverde veluti radicem. In « Spiritualibus scriptis » sanctum Paulum interpretans, autumavit: «Nemo elementum quidquam coniunctivum umquam ponere potest vel poterit, fundamentum videlicet aliud ab eo quod initio positum est, quod est Iesus Christus. Sic opus intellegimus, haec est doctrina quam professi sumus, atque nulla ratione humana elementa admiscere debemus ad id, quoad in Christo, per Christum Christique causa conditum est ».

Hoc in angulari lapide suam ipse spiritualitatem formavit, cardine posito Incarnationis mysterio et peculiariter Christo cruci affixo, usque adeo ut vellet sodales suos « cruci affixos viventes » esse. Hoc in solo, quod animum et studium requirebat, evangelizationis actionem in institutionis cultusque variis provinciis collocavit, anthropologiam excitans quae ex Incarnatione manabat. In Evangelio instrumenta apta invenit ad humanam personam fovendam et provehendam, atque ad respondendum simul necessitatibus et societatis provocationibus omnibus in locis et temporibus historiae. A suis asseclis, laicis scilicet qui velut sal ac lux in societatis structuris operabantur, efflagitabat ut « tam interius singulares, quam exterius essent communes », ut tamquam fermentum pro Dei regno in societate agerent, quemadmodum prisci Christiani. Ipse scripsit: « Sicut illi, sic sancti, sic studiosi atque a terrenis rebus alieni, sic Dei gloriae cupidi, sic fortiter ecclesiales ».

Sacerdos Petrus Poveda Castroverde Linariae (Gienni, in Hispania) die III mensis Decembris anno MDCCCLXXIV ortus est. Christiana disciplina institutus, inde a pueritia sacerdos fieri voluit. In Seminario Giennensi receptus, iam theologiae studiosus, ad Accis Seminarium transiit, ubi die XVII mensis Aprilis anno MDCCCXCVII sacerdos est ordinatus. Complura ecclesiastica ministeria ei concredita sunt, qui eodem tempore studiose pauperes humane christianeque provehendos curavit, qui Accitanas « cuevas », ut

aiunt, incolebant misere, ab omnibus reiecti. Scholis condendis prospexit pueris puellisque erudiendis et officinis pro maioribus natu, operam magni momenti, humanam et institutoriam perficiens.

Hoc intermisso opere anno MCMV, ad Asturiam migravit, ubi, in sanctuario mariano Covadongae annis MCMVI-MCMXIII canonici functus est munere. Ibidem precationi studioque se dedere potuit necnon sociales spirituales Hispaniae quaestiones meditari. Ad pedes Virginis Mariae Covadongae provolutus, vehementi flagrans amore in eandem, se vocari animadvertit ad praesentiam evangelizatricem in mundo christianorum provehendam, in provincia praesertim institutionis et cultus, spiritu motus alto ecclesiali sensu, fidelitate summa magnaque sollertia imbuto Anno MCMXI Institutum condidit cui nomen vulgo « Institución Teresiana », laicorum scilicet consociationem in complures manipulos partitam, quae evangelizationis suum munus in variis cultus societatisque campis, prae oculis Incarnationis mysterio habito, complet.

Anno MCMXiii Giennum se contulit, ubi instituere perrexit, usque distinctius paedagogicae institutionis sedes, quae loca quoque congressionis evaserunt, ad vitam christianam altius agendam. Priscorum Christianorum vivendi genus induxit atque sanctam Teresiam a Iesu patronam constituit. Ab anno MCMXXI Matriti suum domicilium collocavit, tamquam capellanus Realis Domus et operam suam compluribus educationis ministeriis navavit. Inter alia Institutum Catholicum Mulierum, Divini Magistri Academiam condidit, quae est Consociationis Magistrorum Catholicorum veluti germen. Electus est etiam Nationalis Curator Consociationis Catholicae Parentum; Nationalem Foederationem Catholicarum Discipularum constituit; socius fuit idemque fundator Foederationis « Amigos de la Enseñanza » appellatae. Sed eius praecipua actio in Opere ab eo instituto versari perrexit, quod anno MCMXXIV pontificiam comprobationem obtinuit.

Per totam vitam sacerdotium maxima eius fuit identitas. « Ut sacerdos sim semper in cogitationibus, verbis operibusque », Dominum deprecabatur. « Sacerdos equidem sum Christi »: sic iis respondit, qui eum ad martyrium perducebant.

Christianae virtutes, quibus mire in vita enituit, summum gradum attigerunt assimulationis cum Christo in dilectione, humilitate et mansuetudine, quae fructus fuerunt actionis Spiritus Sancti, quem ipse accepit et coluit facilem, indulgentem summeque benevolum se praebens.

Anno MCMXXXVI bello civili Hispanico orto, suum locum minime deseruit, etsi sibi conscius erat se in maximo discrimine versari. At contra sanguinem ad dilectionem erga Dominum testandam fundere paratum se prae-

buit et ad opus apostolicum fecundandum. Die xxvn mensis Iulii, anno MCMXXXVI, mane, deprehensus est ut sacerdos et propter suum munus actuosum christianas res per cultum et educationem provehendi. Subsequenti die XXVIII, eius corpus vulneribus ex manuballista signatum, in coemeterio Almudenae Matritensi in urbe inventum est.

Cum sacerdos sanctus et Christi martyr haberi pergeret, anno MCMLV canonizationis causa apud Matritensem Curiam incohata est. Iis, quae ius statuit peractis, die **xxi** mensis Decembris anno MCMXCII, Nobis coram decretum prodiit super virtutibus heroicis et super martyrio. Statuimus igitur ut beatificationis ritus die x mensis Octobris anno MCMXCIII celebraretur.

Hodie idcirco in foro ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri spectante, inter Missarum sollemnia formulam hanc protulimus: « Nos, vota Fratrum Nostrorum Rosendi Alvarez Gaston, Episcopi Almeriensis, Angeli Cardinalis Suquia Goicoechea, Archiepiscopi Matritensis, Iosephi Antonii Infantes Florido, Episcopi Cordubensis, Iosephi Gottardi Cristelli, Archiepiscopi Montisvidei, et Oddonis Fusi-Pecci, Episcopi Senogalliensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Didacus Ventaja Milán, Emmanuel Medina Olmos et septem Socii, Petrus Poveda Castroverde, Victoria Diez y Bustos de Molina, Maria Francisca Rubatto et Maria Crucifixa Satellico Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Didaci Ventaja Milán et Emmanuelis Medina Olmos die tricesimo mensis Augusti; septem Fratrum Scholarum Christianarum die decimo sexto mensis Novembris; Petri Poveda Castro verde die vicesimo octavo mensis Iulii; Victoriae Diez y Bustos de Molina die duodecimo mensis Augusti; Mariae Franciscae Rubatto die nono mensis Augusti et Mariae Crucifixae Satellico die octavo mensis Novembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et posthac rata et firma volumus esse, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Octobris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 336.736

IV

In Civitatibus Foederatis Micronesiae Nuntiatura Apostolica conditur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae incremento catholicae fidei per orbem terrarum diffusae necnon paci, civili cultui et progressioni populorum proficiunt, ea Romani Pontifices omni sollicitudine praestare satagunt.

Qua re, quo plenius confirmentur publicae necessitudinis rationes inter hanc Apostolicam Sedem et Civitates Foederatas Micronesiae hoc ipso die feliciter initae, simulque aptius provideatur evangelizationis operi atque spirituali regimini Christifidelium illic degentium, Nobis peropportunum videtur in memorata Natione Apostolicam Nuntiaturam condere.

De communi igitur utriusque partis voto, audita quoque Congregatione pro Gentium Evangelizatione, summa Nostra potestate harumque Litterarum virtute in Civitatibus Foederatis Micronesiae *Nuntiaturam Apostolicam* constituimus, factis cunctis iuribus, privilegiis, honoribus, praerogativis et indultis, quae huiusmodi Legationum, praesertim earum sub iurisdictione Congregationis, quam diximus, propria sunt.

Has denique Litteras, in forma Brevis maioris expeditas, nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis Ianuarii, anno MCMXCIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

£8 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 346.571

V

Imago Beatae Mariae Virginis Scapularis, quae pie servatur in ecclesia paroeciali Annuntiationis B.M.V., loco Tomaszów Lubelski in dioecesi Zamosciensi-Lubaczoviensi, pretioso diademate redimiri sinitur « nomine et auctoritate Summi Pontificis ».

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Imago illa Beatae Mariae Virginis Scapularis, quae exornat ecclesiam paroecialem Annuntiationis B.M.V, loco vulgo Tomaszów Lubelski, ob artis genus et momentum historicum atque potissimum ob religionis cultum praeclara est in tota dioecesi Zamosciensi-Lubaczoviensi. Christifideles illius Polonicae regionis sacram hanc imaginem a septimo decimo saeculo peculiari veneratione prosequuntur, caelestium gratiarum copiam precantes sibi suisque.

Qua re permotus Venerabilis Frater Ioannes Srutwa, Episcopus Zamosciensis-Lubaczoviensis, suum atque cleri et populi proferens votum Nos rogavit, ut imaginem pretioso diademate Nostro nomine et auctoritate posset redimire.

De sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam habemus, Apostolica Nostra potestate petenti Praesuli partes committimus ut imagini Beatae Mariae Virginis Scapularis, pie custoditae in ecclesia paroeciali Annuntiationis B.M.V, loco vulgo Tomaszów Lubelski, Nostro nomine et auctoritate pretiosam imponat coronam, iuxta probatum liturgicum ritum.

Nos quidem minime dubitamus, quin haec sacra sollemnia in religionis bonum populique spiritale emolumentum bene non vertant, pariterque fore confidimus ut ii omnes, qui eandem venerantur imaginem, ad colendam Matrem Dei magis magisque incitentur. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die altero mensis Februarii, anno MCMXCIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

£8 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 344.533

VI

Nuntiatura in Republica Africae Australie erigitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad firmiores magisque frugiferas reddendas publicae necessitudinis rationes, quae inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Africae Australis intercedunt, nec non ad aptius providendum simul catholicae Ecclesiae regimini atque profectui in illa Natione, legationis officium ad elatiorem gradum evehere opportunum censuimus. Itaque certa scientia ac matura deliberatione, harum Litterarum vi Nostraque auctoritate, Apostolicam illic Delegationem ad statum *Nuntiaturae Apostolicae* attollimus, quae sedem habebit in urbe Pretoria, cunctis pariter additis iuribus, privilegiis, honoribus, praerogativis et indultis quae ad huiusmodi Pontificias Legationes pertinent, praesertim ad regiones illas, quae a Congregatione pro Gentium Evangelizatione curantur, contrariis quibuslibet rebus minime obsistentibus. His autem statutis, magna Nos tenet spes res ibidem feliciorem ingressuras cursum, unde experiantur cives religionis humanitatisque progressum et congruentem prosperitatem.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Martii, anno MCMXCIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

S ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 349.033

VII

Beata Maria Virgo sub titulo « de Guadalupe » Patrona apud Deum dioecesis Colimensis confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Fideles ecclesialis communitatis Colimensis, a Leone Pp. XIII die xi mensis Decembris anno MDCCCLXXXI per

Litteras Apostolicas « Si principum » constitutae, Beatam Mariam Virginem sub titulo « de Guadalupe » clara veneratione prosequuntur, atque Ea impetrante caelestium gratiarum copiam sibi exposcunt. Ipsorum praesertim animarum utilitate permotus, Venerabilis Frater Gilbertus Valbuena Sánchez, Episcopus Colimensis, communia cleri populique vota excipiens, electionem Beatae Mariae Virginis sub titulo « de Guadalupe » in patronam apud Deum dioecesis suae peregit rite, deindeque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis huius Venerabilis Fratris precibus libentissimo animo obsecundantes, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, facultatibus a Nobis factis, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem sub titulo « de Guadalupe » Patronam apud Deum dioecesis Colimensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur *(AAS,* 65 [1973] 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvn mensis Martii, anno MCMXCIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 346.100

VIII

Sanctus Adalbertus, episcopus et martyr, Patronus urbis Gnesnensis apud Deum confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctus Adalbertus, episcopus et martyr, fere mille annos a cuncto Poloniae populo colitur; Christifideles vere Gnesnae, urbis nobilissimae atque primae sedis ecclesialis communitatis in

Polonia institutae, peculiari profecto cultu sanctum prosequuntur, caelestium gratiarum copiam ad eius sepulcrum a Deo exposcentes. Quam ob rem Venerabilis Frater Henricus Iosephus Muszynski, Archiepiscopus Metropolita Gnesnensis, communia cleri Christifìdeliumque vota excipiens, electionem sancti Adalberti in Patronum apud Deum Gnesnae peregit rite, itemque petivit ut huiusmodi electio ab hac Apostolica Sede confirmaretur. Nos vero enixis eius Venerabilis Fratris precibus libentissimo animo obsecundantes, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum vi perpetuumque in modum sanctum Adalbertum, episcopum et martyrem, Patronum apud Deum urbis Gnesnensis confirmamus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae in Normis de Patronis constituendis indicantur *(AAS,* 65 [1973] 276-279). Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque plenos effectus sive nunc sive in posterum consequantur. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Martii, in sollemnitate Annuntiationis Domini, anno MCMXCIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

ffl ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 88 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 346.099

CONVENTIO

INTER APOSTOLICAM SEDEM ET HUNGARIAE REM PUBLICAM

de spirituali cura militum custodiumque publicae securitatis ad confinia

Accordo tra la Santa Sede e la Repubblica d'Ungheria sull'assistenza religiosa alle Forze Armate e di Polizia di Frontiera

LA SANTA SEDE
E LA REPUBBLICA D'UNGHERIA

desiderando promuovere, in maniera stabile e conveniente, l'assistenza religiosa ai cattolici, membri delle Forze Armate e di Polizia di Frontiera Ungheresi, convengono quanto segue:

I

1. La Santa Sede erigerà in Ungheria un Ordinariato Militare per l'assistenza religiosa ai cattolici membri delle Forze Armate e di Polizia di Frontiera.

2. L' Ordinariato Militare, canonicamente assimilato ad una diocesi secondo la Costituzione Apostolica *Spirituali militum curae,* sarà diretto da un Ordinario Militare, che avrà diritti e doveri propri dei Vescovi diocesani. L'Ordinario Militare potrà cumulare la carica con quella di Vescovo residenziale.

Megállapodás amely létrejott egyfelôl az Apostoli Szentszék, masfelôl a Magyar Koztársaság kòzòtt a Magyar Honvédségnél és a Határórségnél végzendô lelkipásztori szolgálat tárgyában

Az APOSTOLI SZENTSZÉK
ÉS A MAGYAR KOZTÁRSASÁG

attól az óhajtól vezérelve, hogy a Magyar Honvédség és a Határórség katolikus tag jai számára aliando és megfelelö módon biztosítsák a lelkipásztori ellátást, az alábbiakban állapodik meg:

I.

1. A Magyar Honvédség és a Határórség katolikus tagjainak lelkipásztori ellátására a Szentszék felállítja Magyarországon a Katonai Ordinariátust.

2. A Katonai Ordinariatus a *Spirituali militum curae* apostoli konstitúció értelmében kánonjogilag az egyházmegyével azonos megítélés ala esik. Ennek vezetöje a katonai ordinarius, aki a megyéspüspokokével megegyezó jogokkal és kötelességekkel rendelkezik. A katonai ordinarius feladata nem osszeférhetetlen a megyéspüspoki tisztséggel.

II

L'Ordinario Militare sarà nominato dalla Santa Sede, previa notificazione al Governo Ungherese, tenendo conto dei criteri legali vigenti in Ungheria e delle norme relative al servizio militare. Il Governo Ungherese può presentare eventuali obiezioni di carattere politico generale nei riguardi del candidato entro quindici giorni.

III

L'Ordinario Militare sarà coadiuvato da un Vicario Generale da lui scelto d'accordo con le competenti Autorità delle Forze Armate e di Polizia di Frontiera.

IV

1. Al servizio religioso dell'Ordinariato Militare saranno destinati sacerdoti del clero secolare e religioso, i quali formeranno il suo presbiterio, potendo i primi essere incardinati nell'Ordinariato secondo le norme del Diritto Canonico.

2. I sacerdoti designati in maniera stabile per il servizio religioso delle Forze Armate e di Polizia di Frontiera, quale loro impegno principale, saranno chiamati in senso proprio Cappellani Militari e avranno i diritti e i doveri canonici analoghi a quelli dei Parroci.

3. L'Ordinariato Militare potrà avvalersi anche dell'aiuto di sacer-

II.

A katonai ordináriust a Szentszék nevezi ki a Magyar Kormány elözetes értesítése után, szem elótt tartva a magyarországi törvényes kovetelményeket és a katonai szolgálat ellátásával kapcsolatos elóírásokat. A Magyar Kormány a kinevezések esetén tizenöt nap alatt a jelölttel szemben általános politikai jellegú kifogást emelhet.

III.

A katonai ordináriust munkájaban egy általa a Magyar Honvédség, illetve a Határórség vezetésének egyetértésével kiválasztott általános helynök segíti.

IV.

1. A Katonai Ordinariátusban a lelkipásztori szolgálat végzésére világi és szerzetes papok kapnak megbízást, ók képezik az Ordinariatus papságát. A világi papokat a kánonjog elóírásai szerint inkardinálni lehet az Ordinariátusba.

2. Azok a papok, akik a Magyar Honvédség és a Határórség korében a lelkipásztori szolgálat ellátására aliando jelleggel, fófoglalkozásban kapnak megbízást, katonai lelkészek, és kánonjogi kötelezettségeik és jogaik a plébánosokéhoz hasonlóak.

3. A Katonai Ordinariatus igénybe veheti kisegító és tartalékos vilá-

doti e religiosi ausiliari e di complemento.

V

1. Appartengono all'Ordinariato Militare e si trovano, secondo le norme del Diritto Canonico, sotto la sua giurisdizione:

a) i fedeli che sono militari, nonché gli impiegati pubblici delle Forze Armate e della Polizia di Frontiera;

b) quanti compongono le loro famiglie, cioè coniugi e figli, anche maggiorenni, se abitano nella stessa casa, e così i parenti e le persone di servizio che, parimenti, abitano nella stessa casa;

c) coloro che frequentano scuole militari o si trovano degenti o prestano servizio negli ospedali militari, nelle case per anziani o in altri simili istituti;

d) tutti i fedeli, uomini e donne, membri o meno di un Istituto religioso, che svolgono stabilmente un compito loro affidato dall'Ordinario Militare o con suo consenso.

2. La giurisdizione dell'Ordinario Militare è personale, ordinaria, propria ma cumulativa con la giurisdizione dei Vescovi diocesani.

VI

L'organico dell'Ordinariato Militare s'adatterà alle strutture inter-

gi és szerzetespapok segitségét is.

V.

1. A Katonai Ordinariátushoz és annak egyházi joghatósága ala - a kánonjog szabályai szerint - az alábbi személyek tartoznak:

a) a katonahívek és a Magyar Honvédség, valamint a Határorség közalkalmazottai;

b) a velük közös háztartásban együttélo családtagjaik, azaz házastársuk, gyermekeik, (a nagykorúak is), rokonaik (hozzátartozóik), valamint a házi személyzet;

c) a katonai iskolákban tanulók, a katonai kórházakban fekvö betegek, a katonai idósek otthonában és más hasonló intézményben lakók és dolgozók;

d) mindazok a hívek, férfiak és nók, akár szerzetesek, akár nem, akik a katonai ordinarius megbízására, vagy jóváhagyásával tartos jelleggel valamilyen feladatot végeznek.

2. A katonai ordinarius személyes, rendes, saját, de a megyéspüspökével párhuzamos joghatósággal rendelkezik.

VI.

A Katonai Ordinariatus felépítése a Magyar Honvédség és a

ne delle Forze Armate e di Polizia di Frontiera Ungheresi; esso comprenderà un numero adeguato di cappellani in servizio stabile, ausiliari e di complemento.

Határőrség belső szervezetéhez alkalmazkodik, megfelelő számú állandó lelkész, segéd- és tartalékos lelkész tartozik hozzá.

VII

L'Ordinariato Militare ha sede in Budapest.

VII.

A Katonai Ordinariatus székhelye Budapest.

VIII

Spetta ai Ministri della Difesa e dell'Interno, tenuto conto delle possibilità del bilancio statale, provvedere i mezzi materiali, di personale e finanziari necessari al funzionamento dell'Ordinariato Militare.

VIII.

A honvédelmi és a belügyminiszter feladata, hogy az **aliami** koltségvetés lehetóségeinek figyelembevételével biztositsa a Katonai Ordinariatus múkodéséhez szükséges anyagi, technikai, pénzügyi és személyi feltételeket.

IX

I Cappellani Militari cattolici nell'esercizio delle loro attività militari saranno subordinati ai loro superiori gerarchici; nell'esercizio della loro attività pastorale seguiranno l'ordinamento e le prescrizioni dell'Ordinario Militare, secondo le norme del Diritto Canonico.

IX.

A katolikus katonai lelkészek katonai tevékenységük tekintetében katonai feletteseiknek alárendeltek, lelkipásztori múkodésükben a kánonjog elóírásai szerint a katonai ordinarius utasításait követik.

X

1. Se qualche membro del clero dell'Ordinariato Militare dovesse essere soggetto a sanzioni disciplinari di carattere militare, il superiore gerarchico vi provvederà in contatto con l'Ordinario Militare.

X.

1. Ha a Katonai Ordinariatushoz tartozó klerikus eilen katonai jellegü fegyelmi eljárás indul, a katonai felettes intézkedik a katonai ordináriussal összeköttetest tartva.

2. Le sanzioni disciplinari di carattere canonico saranno di competenza deirOrdinario Militare, che ne darà comunicazione all'autorità militare competente per i provvedimenti del caso.

2. A kánonjogi fegyelmi intézkedéseket a katonai ordinarius teszi meg, aki az eljárásról tájékoztatja az illetékes katonai felettest.

XI

L'Ordinario Militare, oltre che inviare istruzioni ai Cappellani Militari e richiedere loro relazioni, potrà effettuare personalmente o per mezzo di suoi delegati ispezioni « in loco » sulla situazione del servizio religioso castrense.

XI.

A katonai ordinarius rendelkezéseket ad és beszámoltatja a katonai lelkészeket, a katonai lelkészi szolgálat helyzetét személyesen vagy képviseloje út jan végzett látogatás során a helyszínen is ellenörizheti.

XII

Il Ministero della Difesa d'accordo con il Ministero dell'Interno e con la Conferenza Episcopale emetterà un Regolamento relativo a questioni riguardanti il funzionamento dell'Ordinariato Militare.

XII.

A honvédelmi miniszter a belügyminiszterrel és a Magyar Püspöki Karrai egyetértésben kiadja a Katonai Ordinariatus szervezeti és müködesi szabályzatát.

XIII

Se sorgesse qualche difficoltà d'interpretazione o d'applicazione del presente Accordo, le Alte Parti Contraenti cercheranno una giusta soluzione per mezzo di mutua intesa.

XIII.

Ha a jelen megállapodás értelmezésével vagy alkalmazásával kapcsolatban valamilyen nehézség merülne fel, a Magas Szerzôdô Felek közös megegyezéssel keresik meg a legmegfelelöbb megoldást.

XIV

Il presente Accordo sarà ratificato secondo le norme legali delle Alte Parti Contraenti ed entrerà in vigore al momento dello scambio

XIV.

A jelen Megállapodás a Magas Szerzödö Felek jogi normáinak megfelelóen kerül megerosítésre, és a megerósito okmányok cseréjével

degli strumenti di ratifica, da effettuarsi il più presto possibile.

Nel caso che una delle due Parti Contraenti consideri che sono mutate radicalmente le circostanze nelle quali si stipula questo Accordo, avranno inizio trattative a fine di aggiornarlo.

Dato a Budapest il 10 gennaio 1994, in due esemplari originali in lingua ungherese ed italiana, il cui testo è ugualmente autentico in ambedue le lingue.

Per la Santa Sede

83 ANGELO ACERBI

Per la Repubblica d'Ungheria

FÜR LAJOS

lép hatályba, aminek a lehetö legrövidebb idón belül meg kell történnie.

Amennyiben a Magas Szerzodö Felek egyike úgy ítélné meg, hogy gyökeresen megváltoztak azok a körülmenyek, amelyek között a megállapodást megkötöttek, tárgyalásokat kezdeményez a megállapodásnak az új korülményekhez torténo igazítására.

Készült Budapesten 1994. január 10-én két eredeti példányban, olasz és magyar nyelven, mindkét nyelvú példány egyaránt híteles.

Az Apostoli Szentszék nevében

83 ANGELO ACERBI

A Magyar Koztársaság nevében

FÜR LAJOS

Conventionis inter Apostolicam Sedem et Hungariae Rem Publicam constitutae, ratihabitionis instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt in Civitate Vaticana die XVI mensis Aprilis anno MCMXCIV; a quo die Conventio vigere coepit ad normam eiusdem Pactionis.

ALLOCUTIONES

I

Ad quosdam Americae Septemtrionalis episcopos sacra limina visitantes.*

Dear Brother Bishops,

1. "Now may our Lord Jesus Christ himself, and God our Father... comfort your hearts and establish them in every good work and word".[1] With this prayer I welcome you—the Bishops of Alaska, Arkansas, Idaho, Montana, Oklahoma, Oregon, Texas and Washington—on the occasion of your *ad Limina* visit. Through you I warmly greet each member of the Churches in which the Holy Spirit has made you his overseers.[2] In a special way I thank God for the profound solidarity—sacramental and fraternal—which unites us in the episcopal ministry for the service of God's beloved people.

The Second Vatican Council reminded Bishops that it is their "duty to promote and safeguard the unity of faith and the discipline common to the whole Church".[3] Like the Apostles, who were missionaries with a mission extending far beyond a local community, we are "ambassadors for Christ",[4] called to serve the Church's catholic unity and communion through a pastoral solicitude which embraces the whole Body of Christ. Through your union with the body of Bishops, your particular Churches remain open to universal *koinonia,* they welcome and receive the fullness of the apostolic faith, and they enrich the Church by contributing the wealth of their own gifts. Each of you is a living instrument of unity and catholicity, nourishing your particular Church's fidelity to Christ by fostering the bonds of ecclesial communion with the Successor of Peter and the other members of the Episcopal College.

2. One of the recurring themes of this series of *ad Limina* reflections with the Bishops of the United States has been the urgent need for a genuine spiritual and moral renewal in the Church and in society. In the period remaining before the turn of the millennium and the great Jubilee

* Die 2 m. Octobris a. 1993.

[1] *2 Thess* 2:16.

[2] C£ *Acts* 20:28.

[3] *Lumen gentium,* 23.

[4] *2 Cor* 5:20.

celebration recalling the mystery of the Son's Redemptive Incarnation, the Holy Spirit is summoning the Church to purification, repentance and renewed spiritual fervor. The whole Church needs to respond generously to this call, lest the grace of the millennium be offered in vain.[5] For your Diocesan communities it is a question of ever greater commitment to being the salt of the earth and the light of the world in a society which is more and more fragmented through a loss of spiritual vision and purpose. For many people the truth of God's loving providence over creation and of the grace of salvation in our Lord Jesus Christ is less and less a vital part of their lives. The radical pastoral challenge which the Church and her members are facing at the end of the twentieth century is to show the relevance of the Gospel message for the individual's transcendent destiny, as well as for authentic human development.

In God's design, the Second Vatican Council constituted an outpouring of divine light and assistance, enabling the Church to meet with full confidence and security the challenges of the present. Our episcopal ministry must be decidedly oriented to the renewal and strengthening of the Church called for by the Council, so that through her activity—in the words of *Gaudium et spes*—"the world might be fashioned anew according to God's design and might reach its fulfilment".[6] The path of ecclesial reform passes through the ecclesiology of communion, which is the central and fundamental idea of the Council's documents.[7] Flowing from the living wellspring of sacred tradition, the ecclesiology of *koinonia* can bring the Church that necessary and authentic reform, that true ecclesial *metanoia* which "is to be measured not primarily in terms of external structures, but in deeper and more effective implementation of the core vision of her true nature and mission".[8]

3. Ecclesial communion in fact is a profound reality which reaches into the very heart of the Trinitarian Mystery, wherein the real distinction of Persons in no way diminishes the unity of the Godhead. The vertical dimension of communion—the love of God poured forth into our hearts through the Holy Spirit,[9] which raises us to new life in Jesus Christ—is the fundamental and central experience of our Christian life. This grace, which reaches its fulfillment only in the heavenly Church where "God may

[5] Cf. *2 Cor* 6:1.
[6] No. 2.
[7] Cf. EXTRAORDINARY SYNOD OF 1985, *Relatio Finalis,* C. 1.
[8] *Ad Limina Speech to a group of United States Bishops,* September 16, 1987, 1.
[9] Cf. *Bom* 5:5.

be everything to every one",[10] is the end for which every human person is created in his image and likeness.[11] It is the sublime mystery of God's saving love which the Church must always proclaim in her teaching, celebrate in her sacraments and foster in all her life and activity. Every aspect of Church renewal, whether in the Liturgy, in catechesis, or in pastoral and canonical practice and discipline, must have as its goal the revitalization and growth of grace in our hearts, the deepening of communion with the Triune God.

For all its sublimity, the communion of which we are speaking is not a distant, abstract reality. It is the very foundation of the organization and activity of the Church at every level. It follows that the ministries, organisms and relationships which foster ecclesial communion in its horizontal dimension must have one overriding purpose: they must serve to bring people to Christ, they must lead the baptized to grow in faith, hope and love, and they must build up the body of Christ in unity of faith and discipline.

4. Since the Council, and as formulated by the Code of Canon Law, the theology of communion within the Church has led to the widespread setting-up of consultative structures at different levels. The effective participation of the faithful in the Church's mission, through parish councils, financial councils, committees for specific activities on both the parish and diocesan level, is an important development in the life of your Dioceses. You are well aware of the successes of this process, but also of the difficulties which remain to be solved, with regard to the educational and formation base of lay cooperators, and in forging more explicit bonds with the Dioceses and parishes in which the laity serve. Through its Committee on the Laity, your Conference has issued helpful guidelines for those serving on parish councils, in order to acquaint them with the teachings of the Second Vatican Council on the role of the laity and the application of that teaching found in the Post-Synodal Apostolic Exhortation *Christifideles laici.*

Lay people, "by reason of the knowledge, competence, or outstanding ability which they enjoy, are able and sometimes even obliged to express their opinion on things which concern the good of the Church".[12] They can do this either individually or through appropriate bodies.[13] It is therefore

[10] *1 Cor* **15:28.**

[11] **Cf.** ***Catechism of the Catholic Church,*** **1720-1722.**

[12] ***Lumen gentium,*** **37.**

[13] **Cf.** CONGREGATION FOR THE CLERGY, ***Omnes Christifideles,*** **January 25, 1973.**

incumbent upon the Church's Pastors to be attentive to the suggestions and proposals of the lay faithful, while at the same time exercising the freedom and authority which is theirs by divine right to shepherd that part of God's people entrusted to them.

It would be an error to judge ecclesial structures of participation and cooperation by secular democratic standards, or to consider them as forms of "power-sharing" or means of imposing partisan ideas or interests. They should be looked on as forms of spiritual solidarity proper to the Church as a communion of persons who, "though many, are one body in Christ, and individually members one of another".[14] Such structures are fruitful to the extent that they manifest the true nature of the Church as a hierarchical communion, animated and guided by the Holy Spirit.

When they function according to the spirit of Christ, they are valid signs of how the baptized bear one another's burdens[15] in ways that are appropriate for a community enriched by differentiated hierarchical and charismatic gifts.[16]

5. Many other forms of lay participation in the Church's mission call for your attention and pastoral leadership. One significant measure of the vitality of the Catholic community in the United States is the growing number of lay people who serve as missionaries or volunteers, either for a limited period or permanently. Another is the extensive network of lay movements and organizations active in your country. The National Lay Forum under the auspices of your Conference's Committee on the Laity is a deserving initiative which can stimulate serious reflection on the lay apostolate, as well as being an incentive for organizations and movements to collaborate more explicitly with one another and with the Bishops. I offer prayers for the success of the next Forum which will be held in 1994 and which will focus on the impact of faith on culture in contemporary American society.

Likewise, the growth of small Christian communities especially within the boundaries of parishes is both a means of formation for lay people and an impetus for mission to the world. In most cases these communities serve to enliven parish life by being active instruments of evangelization and mission. In some cases sensitive pastoral leadership is required in order to ensure that they remain in full communion and harmony with the

[14] *Bom* 12:5.
[15] Cf. *Gal* 6:2.
[16] Cf. *Lumen gentium,* 4.

local Church. *Christifideles laici* contains appropriate criteria and guidelines for the integration of small communities into the wider ecclesial body.[17]

6. Some of your Dioceses have a very high Hispanic Catholic population, which means above all that your ministry must take account of the richness of religious expression and cultural diversity that characterizes the Hispanic community and demands appropriate pastoral programs and initiatives. Among the principal pastoral tasks in relation to the Hispanic community is that of evangelization and catechesis, especially in the face of extremely active proselytism by other religious groups. Leaders in the Catholic Hispanic community frequently point to the need to sustain the family within a community of faith and solidarity, especially through small ecclesial communities that are personal and relevant to the everyday lives of their members. Ministry to young Hispanics should not overlook the importance of transmitting a genuine and demanding spirituality centered on the knowledge and love of Christ the Redeemer and directed to incarnating the spirit of the Beatitudes in daily living. In the end, the success of the Church's efforts will greatly depend on the fostering of native-born vocations among Hispanic men and women, and the appropriate formation of seminarians and religious, with standards no less challenging than those used for other candidates.

The Missions of the Southwest testify to the fact that the first evangelizet of many of your Dioceses, who spoke Spanish, left a distinct and abiding mark on the religious and cultural traditions of the region. In these traditions there are many values which can serve today as effective channels of a deeper and more effective evangelization. I would ask you to take my heartfelt good wishes and prayerful encouragement to all those involved in the pastoral care of the Hispanic Catholics of the United States.

7. A constant concern of the Church's Pastors must be the question of whether Catholic laity are receiving a continuing theological and spiritual formation, including formation in the Church's social doctrine, of a sufficiently high level to enable them to fulfil their role in the Church and in society. This formation should be arranged in such a way as to meet practical difficulties at the parish level where so many secular interests compete for people's attention.

[17] Cf. no. 30.

One particular problem, which touches the heart of the Church's communion in faith, is the confusion and even scandal caused by Catholics in public office or in the media who advance positions contrary to Church teaching. This is a matter which calls for sensitive leadership on your part. I encourage you in your efforts to offer a clear defense of authentic Catholic doctrine and to foster a better understanding of the "religious assent" of mind and heart required of all the Church's members.[18]

Le difficoltà presenti non possono far rinunciare a tale prezioso dono che la Chiesa ha fatto suo, ininterrottamente, fin dal tempo apostolico, superando altri momenti difficili che ne ostacolavano il mantenimento. Occorre leggere anche oggi le situazioni concrete con fede ed umiltà senza privilegiare criteri di tipo antropologico, sociologico o psicologico, che mentre danno l'illusione di risolvere i problemi, in realtà finiscono per ampliarli a dismisura.

La logica evangelica, provata dai fatti, dimostra chiaramente che i più nobili traguardi sono sempre ardui da conseguire. Bisogna perciò ardire, mai ripiegare! È allora sempre urgente imboccare la strada di una coraggiosa e incisiva pastorale vocazionale, sicuri che il Signore non farà mancare operai alla Sua messe se ai giovani saranno offerti alti ideali ed esempi concreti di austerità, coerenza, generosità e dedizione incondizionate.

È vero, il sacerdozio è dono dall'Alto, al quale bisogna corrispondere accogliendolo con gratitudine, amandolo e donandolo agli altri. Non va considerato come una realtà puramente umana, quasi fosse espressione di una comunità che elegge democraticamente il suo pastore. Va invece visto alla luce della sovrana volontà di Dio che elegge liberamente i suoi pastori. Cristo ha voluto la sua Chiesa strutturata sacramentalmente e gerarchicamente, per cui a nessuno è lecito cambiare ciò che il divino Fondatore ha stabilito.

8. Il Sommo ed Eterno Sacerdote sulla Croce ha consegnato Giovanni come figlio alla Sua Santissima Madre, e a Giovanni ha affidato come inestimabile eredità la Madre Sua.

Da quel giorno si è instaurato fra Maria Santissima ed ogni sacerdote un singolare legame spirituale, grazie al quale Ella può ottenere e donare ai Suoi figli prediletti l'impulso a rispondere sempre più generosamente alle esigenze dell'oblazione spirituale che il ministero sacerdotale comporta.[10]

Carissimi fratelli, affidiamo a Lei, Regina degli Apostoli, i sacerdoti di tutto il mondo; confidiamo al suo Cuore di Madre quanti si preparano a diventarlo; poniamo fiduciosi nelle sue mani i nostri umili ma sinceri propositi di adoperarci in ogni modo per il loro bene.

Possa ogni sacerdote sentirsi mosso a consacrare se stesso alla Vergine Immacolata: sperimenterà di certo la pace, la letizia, la fecondità pastorale derivanti dall'essere figli suoi!

Questo è il mio auspicio che diviene preghiera. Lo accompagna una speciale Benedizione Apostolica che volentieri imparto a tutti voi qui presenti ed ai presbiteri operanti in ogni parte del mondo.

[10] Cf. GIOVANNI PAOLO II, *Udienza generale,* in «L'Osservatore Romano» del 30.6-1.7.1993, p. 4.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

i

SEDUNENSIS ET SANCTI MAURITII AGAUNENSIS

DECRETUM

De finium mutatione

Quo uberius gregi fidelium consuleretur visum est aetatis nostrae necessitatibus congruens ac normis per Apostolicas Litteras *Catholica Ecclesia* de abbatiarum nullius regimine perfectius promovendo, a Summo Pontifice Paulo VI, v.m., die xxin mensis Octobris anno MCMLXXVI datis, consentaneum si abbatiae territorialis Sancti Mauritii Agaunensis territorium aptius disponeretur.

Congregatio pro Episcopis, auditis locorum Ordinariis quorum interest et praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Eduardi Rovida, Archiepiscopi titularis Tauromenitani et in Helvetia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem animarum saluti profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia Pp. II, tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Proinde hoc decreto valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, quae sequuntur decernit:

Ab abbatia territoriali Sancti Mauritii Agaunensis separat et dioecesi Sedunensi adnectit paroecias lingua vernacula appellatas: Saint-Sylvestre de Choex in municipio vulgo Monthey en Valais; Sacré-Cœur in municipio vulgo Lavey-Morcles;

paroecias sic dictas « regulares » seu pleno iure unitas, videlicet: Vérossaz; Collonges (Outre-Rhône); Evionnaz; Aigle-Leysin.

A dioecesi Sedunensi distrahit et abbatiae territoriali Sancti Mauritii Agaunensis adiungit paroeciam lingua vernacula nuncupatam Saint-

Sigismund (Saint Maurice en Valais) in municipio vulgo Saint-Maurice et Méx.

Territorium proprium abbatiae territorialis Sancti Mauritii Agaunensis posthac comprehendet monasterium Agaunense cum adnexo collegio, inclusis tum monasterii tum collegii propriis septis, et cum oratorio Dominae Nostrae de Saxo; item domum Sororum S. Mauritii de Vérolliez cum sacello Ss. Martyrum de Vérolliez nec non orphanotrophio et senum hospitio; atque insuper paroecias nomine vernáculo dictas:

Saint-Sigismond (Saint Maurice en Valais) in municipio vulgo Saint-Maurice et Mex; Saint Maurice in municipio vulgo Salvan; Notre-Dame de F Assomption in municipio vulgo Finhaut; Nativité de Notre-Dame in municipio vulgo Vernayaz, quarum fines iidem sunt ac limites sui cuiusque municipii civilis.

Statuit quoque eadem Congregatio ut, una cum territorio paroeciarum, ecclesiae, oratoria et quaecumque alia ecclesiastica bona et iura quomodocumque ad paroecias illas spectantia adnectantur.

Mandat insuper ut documenta et acta praefatorum territoriorum, clericos, fideles et bona temporalia forte respicientia, a Curia a qua ad Curiam circumscriptionis ecclesiasticae cui territoria aggreganda sunt tradantur.

Ad haec perficienda Congregatio pro. Episcopis deputat memoratum Exc.mum P. D. Eduardum Rovida, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 3 mensis Martii anno 1993.

83 BERNARDINUS card. GANTIN, *Praef.*

& Iustinus Rigali, *a Secretis*

L. & S.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 805/77

II

BEROLINENSIS ET SVERINENSIS

DECRETUM

De finium mutatione

Ad uberius praesentis aetatis Christifidelium spirituali bono consulendum atque locorum Antistitum pastoralem actionem efficaciorem reddendam, iuxta normas a Decreto Concilii Oecumenici Vaticani II *Christus Dominus* n. 23 exaratas, Em.mus P. D. Georgius Maximilianus S. R. E. Cardinalis Sterzinsky, Episcopus Berolinensis et Exc.mus P. D. Norbertus Werbs, Administrator dioecesanus territorii Sverinensis ab Apostolica Sede enixe expostulaverunt, ut fines circumscriptionum ecclesiasticarum sibi concreditarum aliquantulum immutarentur.

Summus Pontifex Ioannes Paulus, divina Providentia Pp. II, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Ludovici Kada, Archiepiscopi tit. Thibicensis et in Germania Apostolici Nuntii, de consilio Secretariae Status, preces ad Se admotas animarum saluti valde profuturas censuit benigneque excipiendas decrevit.

Quapropter idem Summus Pontifex praesenti decreto, valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, quae sequuntur statuit:

a territorio Sverinensi distrahuntur et dioecesi Berolinensi adiunguntur partes paroeciae lingua vernacula nuncupatae St. Hedwig, Fürstenberg/Havel, locatae in regione foederata nomine vernáculo dicta Brandenburg, scilicet municipia vulgo Fürstenberg (mit allen Ortsteilen), Barsdorf (mit Ortsteil Qualzow), Blumenow (mit Ortsteil Boltenhof), Buchholz (mit Ortsteil Drögen), Darmenwalde (mit Ortsteil Gramzow), Steinforde (mit allen Ortsteilen), Tornow (mit allen Ortsteilen).

Partes memoratae paroeciae quae manent in regione foederata nomine vernáculo dicta Mecklenburg-Vorpommern adnectuntur paroeciae vulgo « Maria-Hilfe der Christen », Neustrelitz dictae, scilicet oppida lingua vernacula appellata Dabelow (mit allen Ortsteilen) et Godendorf (mit allen Ortsteilen).

Sequentes partes territorii dioecesis Berolinensis, sitae in regione foederata nomine vernáculo nuncupata Mecklenburg-Vorpommern, adiunguntur territorio Sverinensi:

— de circumscriptione civili vulgo Ludwigslust, municipia lingua vernacula appellata Krinitz (samt Ortsteil Görnitz), Steesow (mit allen Ortsteilen) et portiones Milow et Deibow municipii Milow, quae territoria paroeciae vulgo St. Helena, Ludwigslust adiunguntur;

— de circumscriptione civili vulgo Parchim, portiones Suckow et Drenkow (samt Ortsteil Görnitz) municipii lingua vernacula appellati Suckow, quae adnectuntur paroeciae vulgo St. Josef, Parchim;

— de circumscriptione civili vulgo Strasburg, portiones Hildebrandshagen et Ottenhagen municipii lingua vernacula appellati Woldegk, quae paroeciae vulgo St. Josef/St. Lukas, Neubrandenburg adsignantur.

Municipium nomine vernáculo dictum Porep in regione foederata vulgo Brandenburg a territorio Sverinensi distrahitur et dioecesi Berolinensi adiungitur.

Statuit quoque idem Summus Pontifex ut, una cum territorio paroeciarum, ecclesiae, oratoria, domus et coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona et iura quomodocumque ad paroecias praefatas spectantia adnectantur.

Mandat insuper ut documenta et acta territoria dismembrata, clericos, fideles et bona temporalia forte respicientia, a Curia a qua ad Curiam circumscriptionis ecclesiasticae cui territoria aggreganda sunt transferantur.

Ad clerum vero quod attinet statuit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum officium legitime detinent; ceteri sacerdotes, clerici, seminariique tirones circumscriptioni illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio habent domicilium.

Uniuscuiusque tamen circumscriptionis Ordinariis fas est, iusta de causa, rationibus perpensis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter de eorum incardinatione disponere.

Ad haec perficienda Summus Pontifex deputat memoratum Exc.mum P. D. Ludovicum Kada, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem pro Episcopis autheticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 7 mensis Aprilis anno 1994.

£B BERNARDINUS card. GANTIN, *Praef.*

SB Georgius Mejia, *a Secretis*

L. 6B S.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 353/94

III

HILDESIENSIS ET SVERINENSIS

DECRETUM

De finium mutatione

Quo aptius Christiani gregis fidelibus consuleretur atque locorum Antistitum pastoralis actio efficacior redderetur, iuxta normas a Decreto Concilii Oecumenici Vaticani II *Christus Dominus* n. 23 exaratas, Exc.mi PP. DD. Iosephus Homeyer, Episcopus Hildesiensis, et Norbertus Werbs, Administrator dioecesanus territorii Sverinensis ab Apostolica Sede enixe expostulaverunt, ut fines circumscriptionum ecclesiasticarum sibi concreditarum aliquantulum immutarentur.

Summus Pontifex Ioannes Paulus, divina Providentia Pp. II, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Ludovici Kada, Archiepiscopi tit. Thibicensis et in Germania Apostolici Nuntii, de consilio Secretariae Status, preces ad Se admotas animarum saluti valde profuturas censuit benigneque excipiendas decrevit.

Quapropter idem Summus Pontifex praesenti decreto, valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, quae sequuntur statuit:

a territorio Sverinensi distrahitur et dioecesi Hildesiensi adiungitur quasi-paroecia, lingua vernacula nuncupata Neuhaus, cum municipiis vulgo Dellien, Haar, Kaarssen, Neuhaus (Elbe), Stapel, Sückau, Sumte, Tripkau atque portionibus vulgo appellatis Neu Bleckede, Neu Wendischthun et Stiepelse municipii Teldau et territorio « das historisch-hannoverische Gebiet im Forstrevier Bohldamm in der Gemeinde Garlitz in den Grenzen der Flur 5 der Gemarkung Garlitz » vulgari sermone dicto.

Statuit quoque idem Summus Pontifex ut, una cum territorio quasi-paroeciae, ecclesiae, oratoria, domus, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona et iura quomodocumque ad illam spectantia adnectantur.

Mandat insuper ut documenta et acta territoria dismembrata, clericos, fideles et bona temporalia forte respicientia, a Curia a qua ad Curiam circumscriptionis ecclesiasticae cui territoria aggreganda sunt mittantur.

Ad clerum vero quod attinet statuit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum officium legitime detinent; ceteri autem

sacerdotes, clerici, seminariique tirones circumscriptioni illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio habent domicilium.

Uniuscuiusque tamen circumscriptionis Ordinariis fas est, iusta de causa, rationibus perpensis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter de eorum incardinatione disponere.

Ad haec perficienda Summus Pontifex deputat memoratum Exc.mum P. D. Ludovicum Kada, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 7 mensis Aprilis anno 1994.

£B BERNARDINUS card. GANTIN, *Praef.*

68 Georgius Mejia, *a Secretis*

L. & S.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 354J94

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 31 Maii 1994. — Titulari episcopali Ecclesiae Octabensi R. D. Bernardum Hasslberger, e clero archidioecesis Monacensis et Frisingensis, concathedralis in urbe vulgo Freising rectorem atque domus formationis « Kardinal Döpfner » moderatorem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Maganguensi Exc.mum P. D. Armandum Larios Jiménez, hactenus Cancellarium archidioecesis Barranquillensis.

die 8 Iunii 1994. — Cathedrali Ecclesiae Ruibarbosensi R. D. Andream De Witte, hactenus Vicarium generalem dioecesis Alacunensis.

die 11 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Theatinae-Vastensi R. D. Eduardum Menichelli, e clero archidioecesis Camerinensis-Sancti Severini in Piceno, apud Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus officialem.

die 15 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Tucumanensi Exc.mum P. D. Arsenium Radulfum Casado, hactenus Episcopum Iuiuyensem.

die 20 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Drohiczinensi R. P. Pacificum Antonium Dydycz, Ordinis Fratrum Minorum definitorem generalem.

die 21 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Huanucensi R. D. Hermannum Artale Ciancio, Societatis Sancti Francisci Salesii sodalem, hactenus eiusdem diócesis Administratorem Apostolicum.

die 21 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Neo-Pampilonensi Exc.mum P. D. Victorem Manuelem López Forero, hactenus Episcopum titularem Cilibiensem et Ordinarium Militarem in Columbia.

— Cathedrali Ecclesiae Duitamensi Exc.mum P. D. Carolum Prada Sanmiguel, hactenus Episcopum titularem Balianensem et Auxiliarem Medellensem.

die 22 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Corrientensi Exc.mum P. D. Dominicum Salvatorem Castagna, hactenus Episcopum Sancti Nicolai de los Arroyos.

die 24 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Hueiutlensi R. D. Salvatorem Martínez Pérez, hactenus archidioecesis Angelorum Seminarii vulgo nuncupati « Palafoxiano » rectorem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Giovedì, 2 Giugno 1994, **S. E. il Signor** WILLIAM CLINTON, **Presidente degli Stati Uniti d'America.**

Giovedì, 23 Giugno 1994, **S. E. il Signor** FREDRICK F. CHIEN, **Ministro degli Affari Esteri della Repubblica Cinese.**

Lunedì 13 e Martedì 14 Giugno 1994 il Santo Padre ha tenuto Concistoro straordinario.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

6 giugno 1994. Mons. Robert Michael Sable, *Prelato Uditore del Tribunale della Bota Romana.*

7 » » S. E. mons. François Bacqué, Arcivescovo tit. di Gradisca, *Nunzio Apostolico nella Repubblica Dominicana.*

9 » » Mons. Egidio Turnaturi, *Prelato Uditore del Tribunale della Rota Romana.*

25 » » S. E. mons. Ambrose De Paoli, Arcivescovo tit. di Lares, *Nunzio Apostolico nella Repubblica del Sud Africa.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

9 aprile 1994. Mons. Diarmuid Martin, Segretario del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace, *Membro del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti.*

13 aprile 1994. P. Manuel Arroba Conde, C.M.F., *Referendario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica « ad quinquennium ».*

25 » » S. E. mons. John Patrick Foley, Arcivescovo tit. di Neapoli di Proconsolare, *Presidente del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali « in aliud quinquennium ».*

» » » P. Cuthbert Peter Johnson, O.S.B., *Capo Ufficio nella Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti.*

2 maggio » S. E. mons. Luigi De Magistris, *Reggente della Penitenzieria Apostolica « in aliud quinquennium ».*

9 » » Il prof. Giuseppe Dalla Torre, *Presidente del Tribunale dello Stato della Città del Vaticano.*

25 » » Mons. Salvatore Nicolosi; i padri Manuel Ruiz Jurado, S.I., Tomas Spidlik, S.I.; il prof. Pietro Borzomati, *Consultori della Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium ».*

28 » » S. E. mons. Gabriele Montalvo, Arcivescovo tit. di Celene e Presidente della Pontificia Accademia Ecclesiastica, *Consultore della Segreteria di Stato « ad quinquennium ».*

6 giugno 1994. Gli Em.mi Signori Cardinali Bernardin Gantin, Eduardo Francisco Pironio, Eduardo Martínez Somalo, *Membri della Congregazione per la Dottrina della Fede « in aliud quinquennium ».*

18 » » S. E. mons. Bruno Bertagna, Vescovo tit. di Drivasto, *Segretario della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano « in aliud quinquennium ».*

» » » Mons. Giovanni Danzi, *Segretario Generale del Governatorato dello Stato della Città del Vaticano « ad quinquennium ».*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

11 gennaio 1994. Mons. Carlos Alberto Diaz La Torre (Facatativá).

23 » » Mons. Fabijan Veraja (Split-Makarska).

25 » » Mons. Giuseppe Chiusano (Sant'Angelo dei Lombardi-Conza-Nusco-Bisaçcia).

17 febbraio « Mons. Joseph R. Riniry (Altoona-Johnstown).

25 » » Mons. Paul D. Panza (Altoona-Johnstown).

18 » » Mons. Robert Emmett Freeman (Corpus Christi).

» » » Mons. William Thomas Thompson (Corpus Christi).

24 » » Mons. Salvatore Filippo Giuliano (Tivoli).

» » » Mons. Stanislaw Oleknik (Wloclawek).

25 » » Mons. Rodolfo Roa (Cagayan de Oro).

Prelati d'onore di Sva Santità:

23	marzo	1992.	Mons. Richard P. LaRocque (Norwich).
26	dicembre	1993.	Mons. Luis Guillermo Eichhorn (Gualeguaychú).
30	»	»	Mons. Giuseppe Anfossi (Torino).
4	gennaio	1994.	Mons. Olaf Colerus-Geldern (Gurk).
»	»		Mons. Ladislav Banus (Spis).
»	»		Mons. Stefan Kostial (Spis).
»	»		Mons. Viktor Trstensky (Spis).
7	»		Mons. Lluís Cia veli Ortiz-Repiso (Opus Dei).
11	»		Mons. César Hernando Torres Martónez (Facatativá).
»	»		Mons. Jerzy Bors (Lowicz).
23	»		Mons. Alfredo Cardano (Novara).
»	»		Mons. Jaroslav Nemec (Olomouc).
25	»		Mons. Josef Blaschko (Passau).
»	»		Mons. Hermann Herzig (Passau).
»	»		Mons. Lorenz Hüttner (Passau).
»	»		Mons. Attilio Mauriello (Sant'Angelo dei Lombardi-Conza-Nusco-Bisaccia).
»	»		Mons. Michael John Francis Burgess (Wagga-Wagga).
»	»		Mons. Douglas Hugh George (Wagga Wagga).
29	»		Mons. Franco Santangelo (Messina-Lipari-Santa Lucia del Mela).
»	»		Mons. Rosario Colantonio (Roma).
1	febbraio		Mons. André Delépoulle (Lille).
»	»		Mons. Louis-Etienne Ghesquières (Lille).
»	»		Mons. Jean Madelin (Orléans).
»			Mons. Carlo Bessonnet (Porto-Santa Rufina).
2	»		Mons. Michel Kohü (Nouméa).
5	»		Mons. Fabio Fabbri (Siena-Colle di Val d'Elsa-Montalcino).
17	»		Mons. Dennis R. Boggs (Altoona-Johnstown).
»	»		Mons. Stanley B. Carson (Altoona-Johnstown).
»	»		Mons. David A. Lockard (Altoona-Johnstown).
»	»		Mons. Thomas J. Maher (Altoona-Johnstown).
»	»		Mons. Robert J. Saly (Altoona-Johnstown).
»	»		Mons. Benso Benni (Città di Castello).
»	»		Mons. Vicente Vilar Hueso (Valencia).
18	»		Mons. Raffaele Volta (Fossano).
»	»		Mons. Robert J. Bussen (Salt Lake City).
»	»		Mons. Robert R. Servatius (Salt Lake City).
»	»		Mons. Earl Vincent Provenza (Shreveport).
24	»		Mons. Donai Bambury (Hallam).
			Mons. Tino Mariani (Palestrina).
»	»		Mons. Bruno Barbieri (Tivoli).
»			Mons. Lorenzo Ciccotti (Tivoli).
25	»		Mons. Rey Manuel S. Monsanto (Cagayan de Oro).
4	marzo		Mons. Erminio Balossi (Cremona).
»	»		Mons. Giuseppe Gallina (Cremona).
»	»		Mons. Ettore Macchi (Cremona).

Cappellani di Sita Santità:

8 ottobre 1993. Il sac. Ernst Blömeke (Wien).
» » » Il sac. Rupert Riegler (Wien).
» » » Il sac. Friedrich Zeinar (Wien).
4 gennaio 1994. Il sac. Anton Granitzer (Gurk).
» » » Il sac. Markus Mairitsch (Gurk).
» » » Il sac. Joachim Joseph Onotu (Lokoja).
» » » Il sac. Jan Gajdos (Presov).
» » » Il sac. Vojtech Havassi (Presov).
» » » Il sac. Jan Hric (Presov).
» » » Il sac. Jozef Molcanyi (Presov).
» » » Il sac. Vladimir Polácek (Presov).
» » » Il sac. Vasil Prokipcak (Presov).
» » » Il sac. Mikulás Rojkovic (Presov).
» » » Il sac. Jan Seman (Presov).
» » » Il sac. Frantisek Dlugos (Spis).
» » » Il sac. Jan Maga (Spis).
» » » Il sac. Ludovít Piovarci (Spis).
11 » » Il sac. Tomás Gális (Banská Bystrica).
» » » Il sac. Werner Hilberath (Köln).
» » » Il sac. Lothar Massberg (Köln).
» » » Il sac. Stanislaw Pisarek (Lowicz).
» » » Il sac. John Cunningham (Paisley).
21 » » Il sac. Antun Barbis (Krk).
» » » Il sac. Antun Benvin (Krk).
» » » Il sac. Andrija Depikolozvane (Krk).
» » » Il sac. Nikola Radie (Krk).
» » » Il sac. Marijan Valkovic (Krk).
» » » Il sac. Valter Ëupan (Krk).
23 » » Il sac. Romeo T. Bañaban (Balanga).
26 » » Il sac. Lothar Oberem (Köln).
» » » Il sac. Michael Kasigwa (Masaka).
» » » Il sac. George Appleyard (Saint Josaphat in Parma degli Ucraini).
» » » Il sac. Jaroslav Fedyk (Saint Josaphat in Parma degli Ucraini).
» » » Il sac. Michael Nestor (Saint Josaphat in Parma degli Ucraini).
2 febbraio » Il sac. Giovanni Lattuada (Milano).
» » » Il sac. Gaetano Blumetti (Napoli).
» » » Il sac. David Forde (Nottingham).
» » » Il sac. Gennaro Alfano (Salerno-Campagna-Acerno).
» » » Il sac. Canio Caramuta (Salerno-Campagna-Acerno).
» » » Il sac. Alessandro Covelluzzi (Salerno-Campagna-Acerno).
» » » Il sac. Osvaldo Giannattasio (Salerno-Campagna-Acerno).
» » » Il sac. Rosario Migliaccio (Salerno-Campagna-Acerno).
» » » Il sac. Angelo Quaranta (Salerno-Campagna-Acerno).
» » » Il sac. Raimondo Russo (Salerno-Campagna-Acerno).
» » » Il sac. Teodoro Russomando (Salerno-Campagna-Acerno).
» » » Il sac. Vincenzo Schiavini (Salerno-Campagna-Acerno).

2	febbraio	1994.	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac. Ludwik Królik (Warszawa).
»	»	»	Il sac. Józef Roman Maj (Warszawa).
»	»	»	Il sac. Wieslaw Aleksander Niewçglowski (Warszawa).
3	»	»	Il sac. Nikollë Mazreku (Sape).
»	»	»	Il sac. Lorenc Nodaj (Shkodrë).
7	»	»	Il sac. Carlos Alberto Romero Moreno (Margarita).
17	»	»	Il sac. Anthony B. Little (Altoona-Johnstown).
»	»	»	Il sac. John J. Little (Altoona-Johnstown).
»		»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»		»	Il sac.
18		»	Il sac. Luca Bonari (Siena-Colle di Val d'Elsa-Montalcino).
21	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
24	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»		Il sac.
»	»	»	Il sac.
»		»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»		Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
25	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»		Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
4	marzo	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.
»	»	»	Il sac.

5 marzo 1994. Il sac. Jozef Antal (Trnava).
» » » Il sac. Jozef Bábik (Trnava).
» » » Il sac. Jan Formánek (Trnava).
» » » Il sac. Ferdinand Javor (Trnava).
» » » Il sac. Julius Koller (Trnava).
» » » Il sac. Ferdinand Mondok (Trnava).
8 » » Il sac. Franciskus Scepavicius (Kaunas).
» » » Il sac. Jurgis Uzusienis (Kaunas).
» » » Il sac. Lionginas Vaiciulionis (Kaunas).

Gentilitomini di Sua Santità:

4 novembre 1993. Il sig. Mariano Fontecilla de Santiago-Concha (Santiago de Chile).
3 gennaio 1994. Il sig. Theobald Düring (Brooklyn).
» » » Il sig. Alfredo Santini (Ferrara-Comacchio).
» » » Il sig. Gonzalo de Mora y de Aragón (Madrid).
» » » Il sig. Antonio Zappi (Roma).
11 » » Il sig. Iñigo de Aránzadi y de Cuervas-Mons (Madrid).
» » » Il sig. Luigi Roth (Milano).
» » » Il sig. Alberto Bochicchio (Roma).
» » » Il sig. Alberto Giulio Ciocci (Roma).
» » » Il sig. Alessandro Falez (Roma).
» » » Il sig. Piergiorgio Imbrighi (Roma).
» » » Il sig. Luciano Lami (Roma).
» » » Il sig. Franco Pallini (Roma).
» » » Il sig. Alessandro Serlupi Crescenzi (Roma).
» » » Il sig. Francesco Paolo Carducci Artenisio (Taranto).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

Il Collare dell'Ordine Piano:

3 marzo 1994. A S. E. il sig. Richard von Weizsäcker, Presidente della Repubblica Federale di Germania.

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

28 febbraio 1994. A S. E. il sig. Alberto Etchegaray Aubry *(Cile).*
» » » A S. E. il sig. Enrique Krauss Rusque *(Cile).*
3 marzo » A S. E. la sig.ra Marianne von Weizsäcker *(Germania)*
» » » A S. E. il sig. Prasong Soonsiri *(Thailandia).*

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

5 febbraio 1994. Al sig. Raffaele Colitti (Campobasso-Boiano).
» » » Al sig. Giovanni Ricci (Campobasso-Boiano).

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

4 gennaio 1994. Al sig. Yosoji Kobayashi *(Giappone).*
11 » » Al sig. Giovanni Battista Santucci (L'Aquila).
14 febbraio » A S. E. il sig. Carlo Pietrangeli (Roma).

La Commenda con placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

21 dicembre 1993. Al sig. Daniel J. Relly (New York).
25 gennaio 1994. Al sig. Florent-Germain Arnaud *(Francia).*
24 febbraio » Al sig. Emilio Palomba (Rieti).

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

11 gennaio 1994. Al sig. Salmi Warden (Antiochia dei Greci Melkiti).
» » » Al sig. Antonio Falcini (Città di Castello).
» » Al sig. Mario Franchi (Città di Castello).
» » » Al sig. Nino Baldeschi (Urbino-Urbania-Sant'Angelo in Vado).
» » » Al sig. John Goble (Westminster).
15 » » Al sig. Yohanes Rristiarto Soeryo Lego wo *(Indonesia).*
23 » » Al sig. Mario Vannucchi (Pistoia).
25 » » Al sig. Antonio D'Ambrosio (Roma).
» » » Al sig. Enrico Sini Luzi (Roma).
» » » Al sig. Fausto Solaro del Borgo (Roma).
28 » » Al sig. Javier Luis Egaña Baraona *(Cile).*
» » » Al sig. Udo Reitter (Dresden-Meissen).
1 febbraio » Al sig. Alberto Quadrio-Curzio (Milano).
» » » Al sig. Ugo Farinelli (Roma).
» » » Al sig. Antonio Golini (Roma).
2 » » Al sig. Alain Berhaut (Autun).
5 » » Al sig. Jean Giroud (Grenoble).
» » » Al sig Antonio Giovanni Prisco (Latina-Terracina-Sezze-Priverno).
» » » Al sig. Joseph Reveyron (Lyon).
7 » Al sig. Pasquale Graziano *(Italia).*
16 » » Al sig. Giovanni Bianchi (Milano).
» » » Al sig. Pio Nicora (Milano).
» » » Al sig. Giovanni Tagnocchetti (Milano).
17 » » Al sig. Giorgio Fini (Modena-Nonantola).
» » » Al sig. Gianni Fortunato (Roma).

24	febbraio	1994.	Al sig. Elias Mourany (Damas dei Maroniti).
»	»	»	Al sig. Selim Tabagi (Damas dei Maroniti).
»	»	»	Al sig. Mario Fabbretti (Trieste).
2	marzo	»	Al sig. Franz Jost (Lugano).
7	»	»	Al sig. Peter Scholz *(Germania).*

La Croce di Dama dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

19	gennaio	1994.	Alla sig.ra Rosie J. Gallo *(Filippine).*
24	febbraio	»	Alla sig.ra Jennifer Demolder (Brentwood).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

21	dicembre	1993.	Al sig. Guido Beer-Boimond (Roma).
26	»	»	Al sig. Salvatore Giavante (Napoli).
11	gennaio	1994.	Al sig. Maximilian Reichsgraf von Spee (Köln).
»	»	»	Al sig. Giovanni Antonucci (L'Aquila).
»	»	»	Al sig. Antonio Battaglia (L'Aquila).
»	»	»	Al sig. Anthony James Clarke (Westminster).
23	»	»	Al sig. Guido Barbone (Chieti-Vasto).
25	»	»	Al sig. Augusto Pellegrini (Roma).
»	»	»	Al sig. Brian Esler (Wagga Wagga).
»	»	»	Al sig. Vincent Joseph Farmey (Wagga Wagga).
26	»	»	Al sig. Edward Anthony Bryant (Lancaster).
»	»	»	Al sig. Albert Grant (Lancaster).
28	»	»	Al sig. Charles-Albert Vuylsteke (Gent).
»	»	»	Al sig. Hohannes Cornelius Verkade (Haarlem).
»	»	»	Al sig. Thomas A. Horkan Jr. (Pensacola-Tallahassee).
»	»	»	Al sig. Jacobus Josephus Nieskens fs-Hertogenbosch).
1	febbraio	»	Al sig. Jacques Montouroy (Nanterre).
»	»	»	Al sig. Ambrogio M. Piazzoni (Roma).
5	»	»	Al sig. Cesare Massimo (Campobasso-Boiano).
»	»	»	Al sig. Giuseppe Uliano (Campobasso-Boiano).
		»	Al sig. Reginald Adams *(Gran Bretagna).*
»	»	»	Al sig. Giovanni Zanella (Siena-Colle di Val d'Elsa cino).
9	»	»	Al sig. Germano Coppini (Brescia).
»	»	»	Al sig. Pier Luigi Coppini (Brescia).
»	»	»	Al sig. Jean Deneux (Versailles).
17	»	»	Al sig. Claudio Coralla *(Italia).*
24	»	»	Al sig. Joseph Aram Basmaji (Bagdad degli Armeni).
»	»	»	Al sig. Roger Duizabo (Créteil).
»		»	Al sig. Wilhelm Haneke (Essen).
»	»	»	Al sig. Anton Ludwig Minkus (Essen).
»	»	»	Al sig. James Philip Relly (Hallam).
»	»	»	Al sig. Silvio Carrado (Nanterre).

24 febbraio 1994. Al sig. Claudio Andreoli (Padova).
» » » Al sig. Gerardus A. Giezeman (Rotterdam).
» » » Al sig. Herman Fred J. Snijdewindt (Rotterdam).

La Commenda con placca dell'Ordine di San Silvestro Papa:

21 dicembre 1993. Al sig. Michele Malagiero (New York).
4 gennaio 1994. Al sig. Seiichiro Ujie *(Giappone).*
25 » » Al sig. Nicola Di Biasio (Rieti).
» » » Al sig. Enrico Fedele (Roma).

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

15 aprile 1992. Al sig. Carlo Fiore (Roma).
10 novembre 1993. Al sig. Ruggero Murano (Roma).
30 dicembre » Al sig. Federico Maffiotto (Roma).
4 gennaio 1994. Al sig. Morihisa Takagi *(Giappone).*
25 » » Al sig. Massimo Giuli (Rieti).
» » Al sig. Carmelo Sarcià (Rieti).
» » » Al sig. Raffaele De Vito (Roma).
» » » Al sig. Francesco Mauro (Roma).
» » » Al sig. Giuseppe Montalbotti (Roma).
» » » Al sig. Giulio Cesare Zampini (Roma).
26 » » Al sig. Werner Henke (Paderborn).
» » » Al sig. Herbert Schwiete (Paderborn).
9 febbraio » Al sig. Cesare Patuelli (Faenza-Modigliana).
24 » » Al sig. Flavio Poluzzi (Como).
» » » Al sig. Giorgio Pennacchi (Porto-Santa Rufina)
» » » Al sig. Raffaele Ferrillo (Rieti).
» » » Al sig. Fernando Mistretta (Rieti).

La Croce di Dama dell'Ordine di San Silvestro Papa:

24 febbraio 1994. Alla sig.ra Leonida Vera (Manila).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

26 dicembre 1993. Al sig. Mario Angelino (Casale Monferrato).
» » » Al sig. Ettore Borimi (Casale Monferrato).
» » » Al sig. Gianfranco Caldi (Casale Monferrato).
» » » Al sig. Rodrigo Orsoli (Teramo-Atri).
30 » » Al sig. Achille Cignoli (Pavia).
» » » Al sig. Angelo Sassi (Pavia).

30 dicembre 1993. Al sig. Luigi Bartolucci (Roma).
» » » Al sig. Giuseppe Di Stefano (Roma).
» » » Al sig. Gaetano Faita (Roma).
» » » Al sig. Antonio Placidi (Roma).
4 gennaio 1994. Al sig. Günter Fettweis (Graz-Seckau).
25 » » Al sig. Wallace Clyde Fife *(Australia).*
» » » Al sig. Vincenzo Cannone (Roma).
» » » Al sig. Mario Tucci (Roma).
26 » » Al sig. Giovanni Giungata (Crotone-Santa Severina).
» » » Al sig. Karl Arnold Jansen (Köln).
» » » Al sig. Josef Schneider (Köln).
» » » Al sig. Bernard Bukesa (Masaka).
28 » » Al sig. Aurelio Scolobig (Gorizia).
2 febbraio » Al sig. Razimierz Tomaszewski (Ordinariato Militare in Polonia).
9 » » Al sig. Angelo Battariga (Brescia).
» » » Al sig. Angiolino Lancellotti (Brescia).
» » » Al sig. Antonio Pettini (Brescia).
17 » » Al sig. Davide Angrisani *(Italia).*
» » » Al sig. Giacomo Bitto *(Italia).*
» » » Al sig. Angelo Mozzi *(Italia).*
» » » Al sig. Gian Battista Micheletti *(Italia).*
» » » Al sig. Savino Piedilato *(Italia).*
18 » » Al sig. Eduard Meze (Innsbruck).
24 » » Al sig. Mark Chang Tsai-chi (Hsinchu).
» » » Al sig. Peter Hsu Yuan-da (Hsinchu).
» » » Al sig. John Baptist Sun Ming-hsiuan (Hsinchu).
» » » Al sig. Ignatius Wang Chia-i (Hsinchu).
» » » Al sig. Giovanni Porazzini (Rieti).
» » » Al sig. Adalberto Risa (Rieti).
» » » Al sig. Fredericus Johannes G. Werter (Utrecht).
25 » » Al sig. Giuseppe Cinesu (Iglesias).
4 marzo » Al sig. Francesco Mancini (Cremona).

NECROLOGIO

25 maggio 1994. Mons. Wladislaw Jçdruszuk, Vescovo di Drohiczyn *(Polonia).*
» » » Mons. Nikölle Troshani, Vescovo tit. di Cisamus.
26 » » Mons. René Boudon, Vescovo em. di Mende *(Francia).*
28 » » Mons. James Charles Burke, Vescovo tit. di Lamiggiga.
29 » » Mons. Roman Acevedo Rojas, Vescovo tit. di Thamugadi.
3 giugno » Card. Pablo Muñoz Vega, del titolo di S. Roberto Bellarmino.
» » » Mons. James Monaghan, Vescovo tit. di Celi Ausaille.
4 » » Mons. Celestin Bezmalinovic, Vescovo em. di H var *(Croazia).*
» » » Mons. Antoine Joubeir, Arcivescovo em. di Tripoli dei Maroniti *(Libano).*

7	**giugno**	**1994.**	**Mons. Boutros Raï, Esarca di Caracas dei Greci Melkiti** ***(Venezuela).***
8	»	»	**Mons. Vincent Nsengiyumva, Arcivescovo di Kigali** ***(Ruanda).***
8	»	»	**Mons. Thaddée Nsengiyumva, Vescovo di Kabgayi** ***(Ruanda).***
»	»	»	**Mons. Joseph Ruzindana, Vescovo di Byumba** ***(Ruanda).***
11	»	»	**Mons. Sebastian Mankuzhikary, Vescovo di Thamarassérry** ***(India).***
12	»	»	**Mons. Joseph Rozier, Vescovo di Poitiers** ***(Francia).***
13	»	»	**Mons. John Edward Cohill, Vescovo em. di Goroka** ***(Papua Nuova Guinea).***
15	»	»	**Mons. Guglielmo Giaquinta, Vescovo em. di Tivoli** ***(Italia).***
16	»	»	**Mons. Lorenzo Miccheli Filippetti, Vescovo Prelato em. di Chuquibambilla** ***(Perù).***
20	»	»	**Mons. Antonio Brivá Mirabent, Vescovo di Astorga** ***(Spagna).***
21	»	»	**Mons. Anton Hänggi, Vescovo em. di Basilea** ***(Svizzera).***

An. et vol. LXXXVI 8 Augusti 1994 N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Beatus Henricus de Ossó y Cervello Sanctus decernitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum et, quem misisti, Iesum Christum » *(Io* 17, 3).

Beatus Henricus de Ossó y Cervello, horum S. Ioannis verborum veritatem detexit puer, quae res ad vitam suam penitus consecrandam eum compulit ut « Iesum cognosceret et diligeret Ipsumque traderet cognoscendum et amandum ». In pago quodam ortus quem Vinebre vocant, in Tarraconensi Hispaniae provincia, die **xvi** mensis Octobris anno MDCCCXL, Dei amorem cognovit matre iuvante, Michaela Cervello, muliere christiana vita praestanti.

Dei amoris reconditum impulsum, quem Henricus in matre repperit, necessitudine cum Virgine Maria exinde consummavit. Montis Serrati pro ipsa Virgine sistens, **xiv** dumtaxat annos natus, Deo diligenti obsequens, hoc statuit: « Iesu totus semper ero, ipsius apostolus, eiusdem pacis amorisque missionarius ».

Ex eo inde tempore unum est persecutus propositum, Iesum scilicet amandi et sequendi, cum Eo cupiens se aequare Eumque omnibus significare.

Ut hoc consequeretur, ad sacerdotium iter incepit. Anno MDCCCLXVII ordinationem presbyteralem Dertosae recepit. Seminarii tirones plus decem annos docuit, atque in munere perfungendo pastorales necessitates illius temporis plane cognovit iisque apostolice occurrit convenientem multiplicemque in modum.

Anno MDCCCLXXVI Societatem Sanctae Teresiae a Iesu condidit, mulierum scilicet religiosam congregationem pro educatione catholica, ad Sanctae Teresiae spiritum. Pueri mulieresque exstiterunt ipsius apostolici muneris cura: pueri nempe quia futuri temporis sunt spes, quandoquidem « quod a pueritia discitur, novissimum e memoria deponitur », mulieres, quia « si puer instituitur, homo instituitur, si puella, mulier, educantur, familia educatur ». Pro pueris, puellis familiisque impigre operatus est, ut societatem christianam redderet, efficiens scilicet ut Iesum cognoscerent et amarent, unde Is ab omnibus cognosceretur et amaretur.

Beati Henrici de Ossó y Cervello vita penitus Dei amore imbuta est. Omnes qui eum noverunt, eius ingenii facilitatem sunt experti, ipsius oblivionem sui senserunt, quas virtutes vivendo et agendo demonstravit. Eius eximiam fidelitatem amici sunt experti, atque etiam in eos qui inique se gesserunt eumque prodiderunt eandem benignitatem, magnanimum silentium et indulgentem veniam semper exhibuit.

Neminem a suo apostolatu seclusit, numquam in eo nimius amor sui fines terminavit, sed potius infinitae veluti regiones patebant ad fovendam hominis assimilationem Deo. Quos per se ipse contingere non potuit, per scripta petiit, semper illo permotus magno proposito, ut « Iesum cognosceret et amaret et Ipse cognosceretur et amaretur ».

Magnus, promptus fidelisque amor Beati Henrici ex Dei amore nati vitus effluebat. Quod fundamentum aliis proposuit, ut ii quoque cognoscerent, humano ex amore quem in eos ipse vertebat, amorem personalem infinitumque quem Deus in unumquemque nostrum confert.

Ut cresceret in agnitione caritateque Dei, efficaci instrumento est usus, precatione videlicet. Quae precatio usque perstitit, ex qua vis fecunda apostolatus effluxit cuique ipse magister et praeco strenuus studuit. Precari docuit complures generationes, variis moribus locisque dispares, librum praesertim adhibens qui fuit « Quadrans horae precationis ». Precationem, quam est complexus et docuit, a S. Teresia a Iesu didicit. Per eius scripta assidue lecta eam convenit, ei eiusque spiritui se aequavit. Cum ipse expertus esset S. Teresiam flagrantem in Iesum Christum, in Patrem et Spiritum Sanctum dilectionem augescere et transmittere, thesaurum hunc idem deinceps omnibus tradere voluit. Idcirco teresianismus peculiare est quiddam atque charisma eius presbyteralis apostolatus.

Sacerdos, catechista, institutor, diurnarius, sollicitus apostolus fuit: Christi amor eum impellebat ut hic ab omnibus agnosceretur, quos interea concitabat ut ipsum Iesum personaliter convenirent.

Vivens continuate Dominum precabatur, ut « ei divini amoris vita morsque divini amoris darentur ». Efflagitavit quoque ut vel in solitudine pariter et in paupertate eandem Christi mortem consequeretur. Ita evenit. Nam permultos annos iniquum diuturnumque iudicium in eum pendit. Hanc crucem fortiter ipse baiulavit, usque veritatem defendens et adversariis ignoscens. Anni MDCCCXCVI principio, solus, a percara sua opera amotus, a Sodalitate scilicet S. Teresiae, abnuentibus et adversantibus nonnullis sororibus, in Franciscale monasterium Sancti Spiritus Montis, in oppidum quod Gilet Valentiae appellant, se contulit. Solitudinem silentiumque requirebat spiritalium exercitationum causa atque novarum institutionum concitandarum gratia. Sed eum convenit Dominus. Cerebri ictu correptus die xxvn mensis Ianuarii anno MDCCCXCVI de hac vita demigravit.

Canonizationis Processus anno MCMXXV incohatus est. Die xv mensis Maii anno MCMLXXVI, Paulus Pp. VI declaravit eum heroum in modum exercuisse virtutes théologales, cardinales hisque coniunctas, atque die xxx mensis Maii anno MCMLXXIX Nos ipsi de miraculis ei adscriptis decretum ediximus; deinde solemnis Beatificationis, die xiv mensis Octobris anno MCMLXXIX absolvimus ritum.

Paucis post annis, anno scilicet MCMLXXXIV, novum signum dedit Dominus sanctitatis sui Servi Henrici. Hac de causa congruus canonicus processus celebratus est, atque die xxi mensis Decembris anno MCMXCII, Nobis coram decretum super miro evulgatum est.

Consentientibus Patribus Cardinalibus et Episcopis in Consistorio congregatis, statuimus ut Canonizationis ritus die xvi mensis Iunii anno MCMXCIII celebraretur. Quem ritum, Deo iuvante, in urbe Matritensi in foro v.d. Plaza de Colón hodie Ipsi fecimus. Inter sacra igitur hanc pronuntiavimus formulam: « En honor de la Santísima Trinidad, para exaltación de la fe católica y crecimiento de la vida cristiana, con la autoridad de nuestro Señor Jesucristo, de los Santos Apóstoles Pedro y Pablo y la Nuestra, después de haber reflexionado largamente, invocado muchas veces la ayuda divina y oído el parecer de numerosos hermanos en el episcopado, declaramos y definimos Santo al Beato Enrique de Ossó y lo inscribimos en el Catálogo de los Santos, y establecemos que en toda la Iglesia sea devotamente honrado entre los Santos. En el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo ».

Quibus prolatis verbis, iussimus ut Litterae Decretales conscriberentur. Sermonem deinde de Henrico habuimus ipsumque fidelibus proposuimus imitandum. Hae tandem Litterae nunc et in posterum tempus ratae habeantur, contrariis rebus nihil quibusvis obstantibus.

Datum Matriti, die sexto decimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Eugenius Sevi, ***Protonot. Apost.***

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 344.983

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ARASSATUBENSIS

In Brasilia nova constituitur dioecesis Arassatubensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Progrediens usque ecclesiasticae Linensis dicionis prosperitas Venerabili Fratri Irenaeo Danelon, eiusdem communitatis catholicae episcopali mode-

ratori suasit ut, ad plenius prospiciendum spiritali commodo omnium inibi christifidelium, audita prius Conferentia Episcopali Brasiliensi, ab hac Apostolica Sede postularet ut circumscriptionis illius sibi commissae finibus divisis nova exinde excitaretur dioecesis. Nos itaque percepta secunda sententia Venerabilis Fratris Alfii Rapisarda, Archiepiscopi titulo Cannensis et in Brasilia Apostolici Nuntii, de consilio Congregationis pro Episcopis preces ad Nos pie admotas animarum saluti plurimum profuturas arbitrati, haec quae sequuntur fieri censuimus.

De plenitudine apostolicae Nostrae potestatis distrahi volumus a dioecesi Linensi totam regionem, sicut in praesentia civili circumscribitur lege, municipiorum nominatim vulgo: Araçatuba, Andradina, Bento de Abreu, Bilac, Birigüí, Castilho, Coroados, Gabriel Monteiro, Guaraçai, Guararapes, Lavinia, Mirandópolis, Murutinga do Sul, Nova Independencia, Piacatú, Rubiácea, Santópolis do Aguapeí, Valparaíso — quibus subductis locis dioecesim Arassatubensem posthac appellandam erigimus et constituimus iisdem signatam finibus quibus commemorata municipia in praesenti terminantur. Huius novae dioecesis sedem in urbe vulgo nuncupata Araçatuba statuimus templumque paroeciale eodem exstans in loco Deo in honorem Beatissimae Mariae Virginis « Aparecida » appellatae dicatum ad gradum evehimus dignitatemque Ecclesiae Cathedralis, cui insignia iura privilegia decora cuncta tribuimus quibus reliquae per orbem catholicum Cathedrales aedes fruuntur.

Arassatubensis huius dioecesis pro tempore Episcopo honores et privilegia et iura concedimus, at iisdem eum simul oneribus atque officiis adstringimus quibus ceteri Praesules Ordinarii locorum gaudent et ligantur. Novam dioecesim Arassatubensem Metropolitanae Ecclesiae Botucatuensis suffraganeam constituimus eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi pro tempore eiusdem Ecclesiae Metropolitanae submittimus.

Congruae sustentationi Praesulis conditae dioecesis provideri iubemus Curiae emolumentis, fidelium oblationibus et portione ei obveniente ex divisione, ad normam canonis 122 Codicis Iuris Canonici facienda, bonorum quae adhuc ad mensam episcopalem, quae communiter « Mitra » dictitatur, Linensem pertinebant. Ut pastor novae dioecesis istius cotidiano in regimine efficaciter adiuvetur, collegium consultorum ex iuris communis regula quam primum instituatur.

De Seminarii dioecesani erectione necnon candidatorum ad sacerdotium institutione servabuntur ad amussim communis iuris praescripta, ratione simul normarum habita legumque a Congregatione de Institutione Catholica foras datarum. Si quando fieri potuerit, lecti Seminarii alumni philoso-

phicis atque theologicis disciplinis erudiendi necnon ipsi iam ordinati sacerdotes altiorum studiorum persequendorum causa Romam mittentur ad Pontificium videlicet Collegium Pium Brasiliense.

Quod ad eiusdem huius dicionis gubernationem bonorumque administrationem spectat et ad dioecesani Administratoris « sede vacante » nominationem fideliumque iura et onera aliaque id genus sacris canonibus praestituta serventur. Cum primum Arassatubensis dioecesis erectio ad effectum erit adducta, presbyteri illi dioecesi habebuntur adscripti in cuius finibus ecclesiasticum officium detinent; ceteri vero sacerdotes seminariique tirones illi quidem dioecesi incardinati vel incardinabuntur in cuius provincia legitimam habent habitationem. Acta et documenta quae novam dioecesim eiusque clerum fideles respiciunt a Curia Linensi ad Arassatubensem primo quoque tempore transvehantur.

Quae ad singula perficienda deputamus fidenter superius memoratum Venerabilem Fratrem Alfium Rapisarda istic Apostolicum Nuntium vel eo deficiente negotiorum Sanctae Sedis in Brasilia procuratorem, necessariis cunctis et opportunis tributis facultatibus etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis cum primum licuerit verum exemplar ipsius actus ita peractae exsecutionis remittendi. Has postremo Apostolicas Litteras etiam in posterum volumus valere tempus contrariis quibuslibet causis haudquaquam obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die vicesimo tertio mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri decimo sexto.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

& BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 349.245

II

OVERRIENSIS

In Nigeriae finibus nova Provincia Ecclesiastica Overrieusis constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad aptius efficaciusque fovendam catholicam fidem in Nigeriana Natione, ubi Ecclesia hac praesertim aetate haud parva incrementa cepit, Congregatio pro Gentium Evangelizatione, re mature perpensa auditisque quorum interest votis, censuit ibidem inter alias novam Provinciam Ecclesiasticam nomine Overriensem esse condendam. Nos igitur in beati Petri Cathedra constituti atque de universo Dominico grege solliciti, talem sententiam ratam habemus ac sequentia decernimus. A metropolitana Ecclesia Onitshana seiungimus dioeceses Overriensem, Abanam, Ahiaranam, Okigvensem, Orluanam et Umuahianam atque ex his constituimus Provinciam Ecclesiasticam Overriensem, quarum dioecesium primam, scilicet Overriensem, ad gradum et dignitatem archidioecesis metropolitanae attollimus, omnibus datis iuribus et officiis huiusmodi Sedium propriis, mandantes ut ceterae, quas diximus, dioeceses eidem sint suffraganeae. Insuper renuntiamus Archiepiscopum Metropolitam Overriensem Venerabilem Fratrem Antonium Obinna, hactenus Episcopum Overriensem, cunctis factis iuribus impositisque pariter obligationibus. Haec omnia ad effectum adducat Venerabilis Frater Carolus Maria Vigano, Archiepiscopus titulo Ulpianensis atque in Nigeria Apostolicus Pronuntius, onere imposito mittendi sincerum exemplar actus effectae exsecutionis ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione. Hanc denique Nostram Constitutionem nunc et iugiter plene vim suam sortiri volumus, rebus quibusvis haud quaquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die sexto et vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Angelus Lanzoni, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 349.182

III

CALABARENSIS

In Nigeria nova Provincia ecclesiastica Calabarensis constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Laetis captis feliciter incrementis a catholica communitate in Nigeriae finibus, ut ipsis Episcopis, sacerdotibus, religiosis et Christifidelibus inibi sedule operantibus meritum laudis testimonium tribueretur eorumque simul animi confirmarentur ad novos maioresque in dies exantlandos labores in aedificationem Ecclesiae, Congregatio pro Gentium Evangelizatione, re mature perpensa auditisque quorum interest votis, censuit nuper ut in eadem Natione inter alias nova Provincia ecclesiastica Calabarensis constitueretur. Nos vero, Qui pro summo Apostolico, quo fungimur, munere totius Dominici gregis bono providere satagimus, talem sententiam ratam habemus ac sequentia decernimus.

A metropolitana Ecclesia Onitshana distrahimus dioeceses Calabarensem, Ikotekpenensem, Portus Harcurtensis, Ogogiaënsem et Uyoënsem atque ex his efficimus Provinciam ecclesiasticam nomine Calabarensem, cuius Sedes princeps erit Ecclesia Calabarensis, quam ad gradum et dignitatem archidioecesis metropolitanae evehimus, omnibus datis iuribus et officiis huiusmodi Sedium propriis, assignantes eidem ceteras, quas diximus, dioeceses uti suffraganeas. Insuper Venerabilem Fratrem Brennum Davidem Usanga, hactenus Episcopum Calabarensem, Archiepiscopum Metropolitam Calabarensem renuntiamus, cunctis factis quidem iuribus impositisque pariter obligationibus.

3. Recentemente la vostra Congregazione ha emanato anche una « Istruzione su alcuni aspetti dell'uso degli strumenti di comunicazione sociale nella promozione della dottrina della fede », che ha offerto un valido contributo all'unità della Chiesa, fondata innanzitutto sulla fede. Tale Documento, che ha fatto seguito alla pubblicazione dell'« Istruzione sulla vocazione ecclesiale del teologo » del maggio 1990, ha ripresentato in forma organica la legislazione della Chiesa sull'uso degli strumenti di comunicazione sociale ed in specie sui libri nella promozione della dottrina della fede. Richiamando le norme canoniche, chiarendone le disposizioni, sviluppando e determinando i procedimenti attraverso cui eseguirle, si è proposta di incoraggiare ed aiutare i Pastori nell'adempimento del loro compito.

I mezzi di comunicazione sociale offrono di fatto un grande servizio al ministero della Chiesa nella diffusione del messaggio di Cristo e la Chiesa segue con grande interesse i progressi che si verificano in questo campo, esprimendo tutto il suo apprezzamento per quello che i Vescovi già fanno al riguardo, pur in mezzo a difficoltà di ogni genere.

II testo della Congregazione si è limitato all'aspetto disciplinare, cioè alla presentazione organica del diritto vigente; ma poiché nella Chiesa il diritto è sostegno alla verità e alla libertà, l'Istruzione ha un grande valore.

Le norme in materia infatti costituiscono una garanzia per la libertà di tutti: sia dei singoli fedeli, che hanno il diritto di ricevere il messaggio del Vangelo nella sua purezza e nella sua integralità; sia degli operatori pastorali, dei teologi e di tutti i pubblicisti cattolici, che hanno anch'essi il diritto di comunicare il loro pensiero, salva restando l'integrità della fede e dei costumi ed il rispetto verso i Pastori.

4. Colgo l'occasione per esprimere la mia soddisfazione anche per un'altra iniziativa, che si colloca nella suddetta prospettiva della promozione dell'unità della Chiesa e che fu presa dalla « Plenaria » del 1982 del vostro Dicastero, anche se si è venuta dispiegando poi nel corso degli anni seguenti. Si tratta degli incontri con i Presidenti delle Commissioni Dottrinali delle Conferenze Episcopali dei vari Continenti. L'ultimo di questi incontri, riguardante l'Asia, si è tenuto ad Hong Kong dal 2 al 5 marzo u.s., facendo seguito ai precedenti analoghi incontri per l'America Latina (1984), per l'Africa (1987) e per l'Europa (1989).

Come scrivevo nel Messaggio inviato ai partecipanti a detta Assemblea, ritengo che tali incontri possano « offrire sostegno e sicuro indirizzo al ministero specifico dei Vescovi quali maestri principali della fede nelle loro rispettive comunità, così che tutto il popolo di Dio possa beneficiare di una chiara presentazione della dottrina cattolica e crescere così nella conoscenza delle inesauribili ricchezze di Cristo ».

5. Sempre in questo contesto ritengo opportuno dire una speciale parola di apprezzamento per tutta la collaborazione che offrite agli altri Dicasteri, sotto molteplici aspetti, nella costante preoccupazione di assicurare alla Chiesa quell'unità della fede che nasce dalla fedeltà alla persona di Cristo e che una costante meditazione della Parola di Dio ed un continuo e paziente dialogo possono assicurare.

Vorrei anche accennare all'importanza che attribuisco a quanto la vostra Congregazione fa per l'approfondimento dei molteplici problemi di

Teologia morale, che le vengono sottoposti dalle diverse parti del mondo. Sono a conoscenza degli studi che sono stati intrapresi in relazione a nuove questioni correlate ai problemi della contraccezione, della sterilizzazione, dell'aborto, dei trapianti di organi o di tessuti, delle cure ai malati in fase terminale, della morte e dell'eutanasia. Questi studi hanno consentito di offrire a diversi settori della Chiesa risposte e indicazioni su problemi talora assai complessi e delicati. Vi esorto a continuare in questa linea con coraggio e perseveranza, sia pure in mezzo alle difficoltà che un simile compito presenta.

6. Nel compiacermi infine per l'intenso lavoro svolto in questi quattro giorni, vorrei esprimere il mio apprezzamento soprattutto per lo studio che state conducendo sulla relazione fra fede e filosofia, tema che mi sta particolarmente a cuore.

Al termine di questo incontro, che ci ha permesso di guardare insieme al cammino percorso, traendone incoraggiamento e stimolo per i futuri compiti, affido il vostro impegno a Maria, modello insigne di un ascolto orante della Parola del Signore, e, quale pegno del mio affetto riconoscente, vi imparto di cuore la mia Benedizione.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

CONCHEN. IN AEQUATORE

DECRETUM

Beatificationis Servi Dei Iulii Mariae Matovelle sacerdotis et fundatoris Congreg. Oblatorum et Oblatarum Ss. Cordium Iesu et Mariae (1852-1929).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

«Finis quem ministerio atque vita persequuntur presbyteri est gloria Patris in Christo procuranda. Quae gloria in eo est quod homines opus Dei in Christo perfectum, libere atque grate accipiunt, illudque in tota vita sua manifestant» (CONC. OECUM. VAT. II, Decretum de Presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum Ordinis,* 2).

Inter eos, qui operam enixe contulerunt ad augendam gloriam Dei, Iulius Maria Matovelle est referendus, quem quidem constat et varietate apostolicae navitatis et sanctitate vitae vehementer profuisse in Aequatoria ad bonum animarum, ad humanam christianamque progressionem populi, ad prolationem regni Christi.

Memoratus Servus Dei, in urbe *Cuenca en Ecuador* die 8 mensis Septembris natus anno 1852, cum legitimus non esset filius, a matre fere statim derelictus est. Attamen studium auxiliumque, quod parentibus defuerat, pupulus apud propinquos quosdam prius invenit, deinde apud dominam Mariam Quinde; quae humilis mulier a parvulo eduxit eum et amanter educavit, animum eius magna erga Deum pietate imbuens tene-

raque erga Virginem Mariam veneratione. Aliquantum Sodales Societatis Iesu ad eius formationem sane contulerunt: eorum enim alumnus in Conchensi fuit ephebeo ac Seminario, ubi, non modo benignitate fortique animo acieque mentis, sed distincta etiam pietate in Sacra Corda Iesu eiusque Matris, quibus se ipse totum tradiderat, excelluit. Eo iam tempore catholicam coeperat doctrinam promovere; litterarum sedem et commentarios inter socios condidit; litterarias quoque docuit disciplinas. Iuris doctor summa cum laude anno 1877 renuntiatus, causas forenses maiorem in modum et pro pauperibus et pro ipsis in custodia habitis agere coepit. Spectatus praeceptor plures docuit disciplinas apud Athenaeum suae urbis, ut, v. g., oeconomiam politicam, doctrinam de forma reipublicae, ius publicum ecclesiasticum. Interea qui se ad presbyteratum parare coeperat, tandem, cum sanctus fieri sacerdos vellet omnino, anno 1880 sacrum Presbyteratus Ordinem, die 21 mensis Februarii susceptum, usque ad mortem magno cum fervore exercuit assiduusque in imitatione Christi Boni Pastoris valde profecit.

Ardenti incensus caritate pastoralis operis, Ecclesiae et patriae, suis autem commodis neglectis, intellegenter servivit ac perseveranter. Etenim sive ad praedicandum verbum Dei et ad divina mysteria celebranda, sive ad ministerium Sacramenti Paenitentiae et ad spiritalem ductum .Christifidelium se applicabat, etiam ad pietatem fovendam erga Eucharistiam deditus atque ad cultum Sacrorum Cordium Iesu et Mariae longe lateque pervulgandum. In oppido, quod *Azogues* vulgo dicitur, paucos per annos parochi munere fungens, omni studio operam dedit ut fides reflouresceret et observantia Evangelii; cleri et Christifidelium laicorum intente institutionem curavit cultumque religionis; libros haud paucos, specimina atque scriptiones edidit de rebus theologicis, historicis, iuridicialibus, politicis et litterariis; novorum auctor fuit commentariorum; varias condidit consociationes; strenuus fuit oppugnator errorum atheismi necnon francomurariorum atque liberalismi. Primum universae Aequatoriae Congressum proposuit Eucharisticum recteque ordinavit. Decem annorum spatio Legatus Concilii Nationalis atque Reipublicae Senator magnopere valuit in vita civili suae civitatis. Fortiter Ecclesiae populique iura defendit et cum auctoritate; ipse impetravit ut quattuor Vicariatus Apostolici iterum in silva regionum Aequatoriae ad orientem spectantium aperirentur; felici cum exitu per eum eiusque opera factum est, ut christianae doctrinae institutio in scholis et athenaeis lege sanciretur, itemque ut populus ille Immaculato Cordi Mariae se totum traderet, utque opera pro operariis et egentioribus augerentur socialia.

Prudentem semper ac fortem veritatis et iustitiae defensorem se praebuit, in publicos adversarios officiosum, patientemque vexationum, quae nec paucae nec breves erant, adeo ut, ad exilium coactus, se in Peruviam recipere debuerit. In patriam regressus, Quiti aedificavit templum votivum in honorem Sacratissimo Cordis Iesu. Egregiora inter opera, quae ex eius corde sacerdotali exorta sunt, congregationes religiosae commemorandae duae sunt, quas ad id condidit, ut in mundo regnum Christi instauraretur, utque Sacrorum Cordium Iesu et Mariae devotio pervulgaretur necnon poenae solverentur peccatorum. Prius in vitam institutum ingressum est Oblatorum Sacrorum Cordium Iesu et Mariae conditum a Servo Dei in urbe *Cuenca* anno 1884, quod Ordinarius loci anno post probavit; alterum, iam nunc iuris pontificii, ipsa est Congregatio Oblatarum Sacrorum Cordium Iesu et Mariae eademque anno 1894 ab Episcopo dioecesano approbata. Ambae religiosorum familiae conditorem etiam certum verumque sibi vitae magistrum et patrem sollicitum ducemque prudentia plenum habuerunt.

Servus Dei in multiplici navitate nihil aliud spectavit nisi maiorem Dei gloriam, spiritale Ecclesiae ac populi bonum, vereque copiosi fuerunt fructus, quos ex labore suo apostolico suisque ex incommodis perceperit. Quamvis optimis praeditus facultatibus, non suis tamen viribus, sed auxilio divinae gratiae confisus est, quam merere conabatur tum voluntati Domini fideliter obsequens omnique magnanimitate vitam vivens sacerdotalem, tum in via christianae sanctitatis progrediens, nulla quiete intermissa. Id in vita sua explevit, quod anno 1882 scripserat: «Confisus gratiae Dei et patrocinio Sacrorum Cordium Iesu et Mariae, pro viribus ad sanctitatem tendam, quam sacerdos profiteri obligor, eaque omnia, quae sanctitati assequendae obstare agnoverim, devincenda promptus magnoque animo curabo. Via inita, quae ad summam eiusmodi virtutem attingendam percurri debeat, me ipsum plene despiciam, corpus animumque meum veluti hostias semper aestimabo in primis Deo tenero ardentique amore immolatas, deinde proximis meis, qui omnes in Domino amari debent». Quibus consiliis confirmatus, apostolus magnus factus est verusque homo Dei, splendidus quidem in medio clero populoque ob fidei stabilitatem, spei robur, ardentem sedulamque erga Deum hominesque caritatem. Animarum famulatui cum deditus esset, sapiens ac diligens Servus Dei coluit vitam animi propriam, adhaesionem Deo, deprecationes ei assidue adhibendas, in ipsum incubuit studium aeternarum veritatum earumque in meditationem. Pie Sacrum faciebat, Sacramenta horasque Liturgiae celebrabat, distincta devotione Sanctissimam Trinitatem et Eucharistiam ipsaque Iesu eiusque

Matris corda prosequebatur. Studiosus medendi contumeliis Domino illatis, continenter voluntatem aluit sese devovendi pro conversione peccatorum. Temperantiam per omnia, modestiam, in angustiis patientiam, fortitudinem in Evangelio nuntiando atque testando, continentiam, paenitentiam, discessum ab opibus mundique vanitatibus, oboedientiam iis qui praeessent, integram castitatem, cui se inde ab adulescentia devoverat, egregie haec omnia exercuit. Vir iustus fuit erga Deum et homines; prudenter semper se gessit, quippe qui exemplum Christi eiusque doctrinam sequeretur et Ecclesiae magisterium, quique in omnibus considerate ageret aliorumque consilium demisse peteret.

Quotquot ad eum accedebant, ii omnes tantam eius virtutum altitudinem admirabantur sanctumque eum habebant. Quae opinio per speciales testificationes tunc patefacta est cum mortuus est clarus Servus Dei, die scilicet 18 mensis Iunii anno 1929, postquam aequo fortique animo morbum tulerat. Magnus populus, multi pauperes, omnes scilicet, qui una cum magistratibus civitatis funeri eius interfuerant eiusque mortem fiebant, iam tunc eum sibi invocabant veluti intercessorem apud Deum. Eiusmodi fama sanctitatis insequentibus annis ita solidata est magisque adhuc propagata, ut Episcopus Conchensis, postulationes excipiens spiritalium filiorum filiarumque Servi Dei, necnon episcoporum, presbyterorum, magistrarum multorumque Christifidelium, initium fecerit Causae canonizationis per celebrationem processus ordinarii informativi (annis 1959-1964) cuius ipsius vim iuridicialem anno 1987 confirmavit decretum die 8 mensis Maii editum. Aliis deinde documentis collectis, etiam parata est Positio super virtutibus, quae anno 1989 est peracta. Secundo denique cum exitu Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum die 23 mensis Martii celebratus est anno 1993. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria collecti die 7 mensis Decembris eodem anno, Causae Ponente Exc.mo Domino Hieronymo Grillo, Episcopo Centumcellarum-Tarquiniensi, sacerdotem Iulium Mariam Mato velle virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in modum coluisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et*

Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iulii Mariae Matovelle, Sacerdotis et Fundatoris Congregationum Oblatorum et Oblatarum Ss. Cordium Iesu et Mariae, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 26 mensis Martii A. D. 1994.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

Ê8 Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

II

FLAVIOBRIGEN.

DECRETUM

Beatificationis Servi Dei Felicis a Virgine (in saec.: Felicis Monasterio y Ateca) sacerdotis professi Ordinis Ss.mae Trinitatis (1902-1951).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Unusquisque ad professionem consiliorum vocatus sedulo curet, ut in quam vocationem a Deo vocatus est, in ea permaneat atque magis excellât, ad uberiorem Ecclesiae sanctitatem, ad maiorem gloriam unius et indivisae Trinitatis, quae in Christo et per Christum est omnis sanctitatis fons et origo » (CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 47).

Domini Iesu praecepto obsequens, qui dixit: « Estote ergo vos perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est » *(Mt* 5, 48), Felix a Virgine non modo usque ad mortem in vocatione religiosa mansit, sed amore Dei impulsus continenter progressus est in christianae perfectionis via diligenter

exsequendo sacerdotalia munera et consilia evangelica atque sui Ordinis Regulam accurate observando, sicque gloriam Deo reddidit et Ecclesiae bono interfuit.

Is natus est postridie Calendas Maias anno 1902 in vico *Rigoitia,* tunc in dioecesi Victoriensi, nunc vero in Flaviobrigensi posito, a Petro Monasterio et Anastasia Ateca, fortis fidei catholicae agricolis, qui eum secundum Dei legem educaverunt. Cum utilitate ludum vici, in quo est ortus, frequentavit, inter condiscipulos eminens in bonitate et suavitate indolis, in pietate ac docilitate. Tredecim annorum familiam reliquit ut Ordinem Sanctissimae Trinitatis ingrederetur. In loco *Algorta* tempus petitionis egit, socium habens Beatum Dominicum a Sanctissimo Sacramento. Per novitiatum, in oppido *Marron* peractum, fidelitatem erga Regulam ostendere coepit scrupulosam et ad singula attentam, quae postea nota eius propria fuit semper. Anno 1920 professionem temporaneam fecit et anno 1923 vota sollemnia nuncupavit. Studia theologica Romae perfecit et est doctoris gradum dignitatemque assecutus apud Pontificiam Studiorum Universitatem Gregorianam; die 9 mensis Augusti anno 1925 sacrum presbyteratus ordinem accepit. In Hispaniam reversus, est ilico in conventum loci La Rambla missus, ut se reficeret. Ex anno 1927 in diversis fuit conventibus: Cordubae inque locis *Andújar, Belmonte* et *Algorta* vocatis.

In cursu vitae suae consecratae cum cura est muneribus functus magistri clericorum, moderatoris spiritualis, praeceptoris philosophiae, theologiae, litterarum aliarumque disciplinarum, superioris communitatis, definitoris provincialis, magistri novitiorum, vicarii provincialis. Inter bellum civile Hispanicum assiduitatem praebuit sedulam sauciatis in conventu receptis, in valetudinarium castrense mutato. Constanter de salute animarum sollicitus fuit et libenter in Madagascariam ivisset, si superiores id non vetuissent. Efficacem in patria explicavit apostolatum, praesertim per praedicationem ac ministerium confessionum atque moderationis spiritualis cum in ecclesiis Ordinis sui, tum in paroeciis. Ob suam humanitatem mitem et refrenatam superioribus, fratribus sodalibus, discipulis, clero dioecesano et laicis carus factus est. Ex eius agendi ratione atque loquendi verus homo Dei apparebat, qui aequo animo suam excolit consecrationem et altum adeptus est perfectionis gradum. Non actus fecit insuetos nec munera sustinuit mirifica, quae ei mundi admirationem conciliarent, quae tamen ei non defuit, sed propter alias causas. Est enim existimatus, amatus, cultus ob alacritatem, accurationem et constantiam qua vocationi respondit et sua ordinaria munia est exsecutus. Patebat eum fundavisse vitam suam super petram verbi Dei, in quod firmiter credidit. In lumine fidei

semper ambulavit, cum simplicitate; quam fidem abundanter aluit pie divina mysteria celebrando, intimam cum Deo fovendo coniunctionem, aeternarum veritatum meditationem, assiduam precationem, religionem in Sanctissimam Trinitatem, in Christum crucifixum, in Eucharistiam et in Virginem Mariam. Ex iis nempe, quae credebat, vivebat et fidem disseminare nisus est actuum suorum bonitate et apostolico ministerio. Corde puro et generoso Dominum amavit et conatus est eius quam optime facere voluntatem et impigre pro eius gloria laborare.

Ut Deo placeret mandata servavit, Ecclesiae praecepta et vota religiosa; seipsum abnegavit, omne peccati genus vitavit et mira cum patientia sacrificia tulit ex vita consecrata et infirma valetudine proficiscentia. Misericordissimus fuit in proximum, quem spiritualiter et materialiter adiuvit quotiens potuit. Paci et concordiae in sua communitate favit. Vitia aliena excusavit. Iis ignovit, qui dolore illum affecerunt. Pro conversione peccatorum est deprecatus et crebro pro animis oravit in purgatorio poenas luentibus. Sollicitus fuit de aegrotis et pauperibus. Liberum se servavit ab omni inordinato rerum mundi studio et immodico affectu; acer vero fuit in thesauro spirituali acervando pro regno caelorum. Cum totam spem suam in Deo collocasset, non est turbatus in difficultatibus et aegritudinibus nec in prosperitate et rebus secundis. Semper cum prudentia, aequabilitate ac supernaturali sapientia locutus est et egit. Humilitatis studiosus fuit, silentii et sinceritatis, castigationem exercuit et paenitentiam, otium fugit, fortis fuit, temperans et iustus erga Deum et proximum. Etiam anno (1949-1950), quem egit in nosocomio oppidi *Iturralde,* apud Matritum, ob phthisim ingravescentem, vivendi rationem non mutavit, sed, plene Dei voluntati obsequens, patienter suam tulit crucem et arduum perfectionis montem ascendere perrexit.

Ad conventum loci *Algorta* reversus, pie obiit mane diei 17 mensis Ianuarii anno 1951, fama sanctitatis clarus. Post exsequias, quibus magna multitudo interfuit, corpus sepultum est in Coemeterio oppidi *Guecho.* Anno 1965 idem translatum est ad locum *Algorta* in cryptam Patrum Ordinis Sanctissimae Trinitatis, ubi etiamnunc quiescit a fidelibus veneratum.

Durante fama sanctitatis, Episcopus Flaviobrigensis initium fecit Causae canonizationis per celebratum processum ordinarium informativum (annis 1963-1966), cuius auctoritas agnita est decreto die 10 mensis Iulii anno 1987 promulgato. Pridie Nonas Iulias anno 1993 actus est exitu cum prospero Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales deinde et Episcopi, in Sessione Ordinaria diei 11 mensis Februarii anno 1994, Causae Ponente Exc.mo Domino Paulino Limongi, Archiepiscopo titu-

lari Nieaeensi in Haemimonto, professi sunt Servum Dei Felicem a Virgine heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Felicis a Virgine (in saec.: Felicis Monasterio y Ateca), Sacerdotis professi Ordinis Ss.mae Trinitatis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 26 mensis Martii A. D. 1994.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

III

GRANATEN.

DECRETUM

Beatificationis Servi Dei Iosephi Gras y Granollers sacerdotis fundatoris Congregationis Filiarum Christi Regis (1834-1918).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Si cordi nostro litteris igneis dictum inseverimus Christus regnat; si effecerimus ut illud ab omnibus familiis recipiatur, ita ut eius membra apostoli fiant divini Principatus, Christum proclamabunt Regem populi, urbes, nationes et imperia ».

Haec verba Servi Dei Iosephi Gras y Granollers possunt breviter eius vitam astringere, in Christi actam servitio, Regis regum et Domini dominantium.

A Christi persona et regia maiestate vehementissime attractus totam egit vitam acriter nitens et laborans continenter ut Iesus Christus, rex agnitus, re in cuiusque hominis corde regnaret, in familiis, in societate. Ad hoc propositum persequendum magna cum perseverantia eius fovit pietatem et cultum, cum nondum Ecclesia festum liturgicum non statuerat. Haberi potest igitur religionis erga Christum Regem antesignanus.

Servus Dei in loco ***Agramunt*** est natus, in dioecesi Hispanica Urgellensi posito, die 22 mensis Ianuarii anno 1834: piorum sed pauperum agricolarum filius, Ioannis Gras et Rosa Granollers. Est postridie baptizatus, et anno 1837 Barcinone Confirmationis sacramentum accepit.

Tredecim annorum Barcinonense ingressus est seminarium, qua in urbe sacerdos ordinatus est die 20 mensis Martii anno 1858.

Iam seminarii alumnus suum ostendit studium apostolicum, Beato Francisco Palau cooperans in eius opera Escuela de la Virtud annis 1853-1854. Anno sequenti (1855) suam incepit diurnarii navitatem, diversis in ephemeridibus et commentariis scripta vulgans; quam navitatem usque ad mortem perrexit. Per totum tempus, quo edita est, diurnarius fuit ephemeridis La España Católica, ab Episcopo Barcinonensi conditae.

Post ordinationem sacerdotalem fuit praeceptor Theologiae Dogmaticae in seminario Tarraconensi ab anno 1858 ad annum 1860. Hoc exeunte anno Matritum se contulit tamquam diurnarius ephemeridis catholicae, quae inscripta erat La Regeneración et exeunte anno 1862 ad oppidum Astigim Augustam (in Hispalensi provincia situm), tamquam cappellanus Marchionum de Peñaflor et eorundem filiorum praeceptor. Hac in urbe varia scripta publicavit in honorem Beatae Mariae Virginis et, anno 1864, triduanas preces peregit « in honorem et satisfactionem divinitatis Christi », a Renan negatae in opere suo cui titulus est Vie de Jésus, quod eventum multum habuit momentum in eum.

Die 14 mensis Octobris anno 1866, certamine vieto, in possessionem canonicatus venit in Abbatia Sacri Montis Granatensis. Eodem hoc anno instituit Consociationem religiosam-litterariam, Academia y Corte de Cristo appellatam, ad defendendum et dilatandum Christi Principatum per scrip-

ta et eucharisticam adorationem. Huic aggregati sunt eius sodales canonici Sacri Montis, alii sacerdotes et laici, ipse Archiepiscopus, qui eam approbavit die 15 mensis Decembris anno 1866.

Ut propositum Consociationis ad effectum adduceret, commentarios condidit, qui El Bien inscripti erant, quos usque ad mortem publicavit.

Initialis sociorum fervor et cooperatio gradatim defecit et cito ortae sunt difficultates et adversi casus, quos Servus Dei superavit animo non deficiens, solus pondus commentariorum sustinens cum se devovendi studio et sacrificii spiritu per plus quinquaginta annos.

Anno 1876, videns institutionis laicae pericula, condidit Institutum religiosum Filiarum Christi Regis, ut facerent Christus regnaret et religionem foverent erga Principatum in cordibus puerorum et in familiis per institutionem.

Institutum ei peperit alium laborem aliasque difficultates, quas cum fide superavit et magna Dei fiducia, firmo animo, etsi afflictae condiciones urgebant, praesertim primis annis: Sororum desertiones, cuiusdam Communitatis separatio, oeconomicae difficultates, et alia id genus.

Omnes hae curae non impediverunt quominus fideliter sua exsequeretur munia in Sacro Monte, ubi magnam explicavit vitam pietatis, nulla neglecta re, quae splendori et cultus divini faveret magnitudini. Eodem tempore Ecclesiae Historiam docebat aliasque disciplinas in Seminario-Ephebeo cum Abbatia coniuncto, et diligenter muneribus et officiis sibi concreditis est functus.

Vir contemplativus simulque luctator indefessus, animi defectionis expers, plenus solidae fidei et constantis caritatis, repercussus paulinos sapiens, Christi igne consumebatur; qua re potest mysticus actionis haberi, qui multiplicem suam contrivit exsistentiam (canonici, scriptoris, praeceptoris, conditoris) in regali Christi Principatu proclamando, in efficiendo ut reapse in omnibus regnaret ambitibus et in omni possibili forma, Christi Regis cultum propagans.

Octoginta quattuor annos natus, die 7 mensis Iulii anno 1918, Granatae mortuus est, in domo coniuncta cum novitiatu Filiarum Christi Regis, ab omnibus homo existimatus singularium virtutum, qui illum noverant et praesertim a suis Capituli sociis, inter quos Beato Emmanuele Medina Olmos, qui eius recenset praecipuas virtutes: paupertatem, pietatem, magnam conscientiae mollitudinem, animi simplicitatem, altam hominis absconditi humilitatem, miro ardore animatum; quibus virtutibus Beatus Didacus Ventaja Milán, et ipse Capituli socius, patientiam addit et castigationem sui. Hic vitam eius hac locutione astringit: « Sicut totus Christi Regis fuit, ita totus Christi Regis ostenditur ».

Fama sanctitatis, qua vivus floruit, post mortem quoque duravit. Quapropter Archiepiscopus Granatensis anno 1950 initium fecit canonizationis Causae per celebrationem processus ordinarii informativi, cui additi sunt rogatoriales Matritensis et Asturicensis. Die 22 mensis Septembris anno 1978 promulgatum est decretum super Causae introductione, deinde Granatae est processus apostolicus celebratus, cuius auctoritas est agnita decreto die 3 mensis Decembris edito, anno 1982. Apparata Positione super virtutibus, secundo cum exitu actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris die 16 mensis Novembris anno 1993. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria diei 15 mensis Februarii subsequentis anni, Causae Ponente Exc.mo Domino Paulino Limongi, Archiepiscopo titulari Nicaeensi in Haemimonto, agnoverunt sacerdotem Iosephum Gras y Granollers virtutes théologales, cardinales et his adnexas coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iosephi Gras y Granollers, Sacerdotis, Fundatoris Congregationis Filiarum Christi Regis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 26 mensis Martii A. D. 1994.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

© Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

IV

LUCEN.

DECRETUM

Beatificationis Servae Dei Mariae Dominicae Brun Barbantini fundatricis Congregationis Sororum Infirmis Ministrantium (1789-1868).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum; at ille manus imponens curabat eos » *(Lc* 4, 40).

Dominus Iesus, « qui pertransivit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo » *(Act* 10, 38), discipulos suos docuit curam et caritatem adhibere in aegrotos dixit que: « Quandiu fecistis uni de his fratribus meis minimis mihi fecistis » *(Mt* 25, 40).

Redemptoris exemplum atque doctrinam magna cum alacritate etiam Serva Dei Maria Dominica Brun Barbantini secuta est quae, amore erga egenos impulsa, totam tradidit vitam sedulitati aegrotis praebendae et condidit Congregationem Sororum Infirmis Ministrantium a Sancto Camillo, quibus hoc concredidit munus: « Cum corde ad Cor Iesu conformato et prorsus ardenti eius caritate ibunt, ut miseras curent infirmas ac moribundas, memores salutem suam spiritualem et temporalem esse subiectum vocationis, et finem esse, ad quem sorores infirmorum ministrae omnes suas curas et occupationes dirigere debent » (Reg. anni 1841, Cap. V, § 1).

Serva Dei Lucae orta est die 17 mensis Ianuarii anno 1789, a Petro Brun, Helvetio, et Ioanna Granucci, probis civibus et sinceris christianis; postero die baptismum accepit et anno 1796 sacramentum Confirmationis. Tribus post annis primum ad eucharisticam mensam accessit. A pueritia in oboedientia legi Dei ambulavit, in studio boni et deprecationis, in virtutum christianarum exercitio. Anno 1811 nupsit Salvatori Barbantini, iuveni optime morato, sed post quinque menses ex improviso in viduitate relicta est, filium nasciturum exspectans. Tunc, dolore correpta et fide illu-

minata, precata est: «Deus cordis mei, gratias tibi ago in amaritudinibus quibus opprimor; manum osculor, quae me percussit ad salutem; a matrimonii vinculis me liberam ac solutam fecisti, ut me tibi constantis indivisi amoris nodis coniungam. Tu, posthac, bonum meum crucifixum, solus et unicus meus erit amor, portio mea in aeternum ». Novam ita vitam inibat, totam deprecationi deditam, continentiae et occultationi. Eius corporis cultus simplex factus et vilis, neque aliud exoptavit, nisi Dei voluntatem quam optime facere et in via perfectionis christianae progressus facere. Altae condiciones uxoriae ei propositae sunt, quas fortiter reiecit; ex contrario assistendo infirmis in earum domibus se dedidit atque carissimo filio Laurentio educando, qui ob suas eminentes intellectus dotes felicis futuri spem afferebat. Sed etiam maternitatis gaudia non longa fuerunt, quia puer, post brevem morbum, mortuus est anno 1820. Serva Dei, castitatis voto nuncupato, maiore cum fervore operibus misericordiae se tradidit pro proximo indigenti et curae pauperum infirmarum in earum habitationibus. Ad hunc finem persequendum cum aliis matronis condiderat « Piam Unionem Sororum Caritatis sub tutela Mariae Sanctissimae Perdolentis », cuius lex ab archiepiscopo Philippo Sardi erat approbata. Cum utilis esse exoptaret, per plures annos cum generositate et sacrificii spiritu adiuvit Oblatas a Sancto Francisco de Sales, pro quibus sedem aptam emendam curavit ac novam ecclesiam aedificandam et postea earum coniunctionem cum Ordine Visitationis, sic efficiens ut Lucae institueretur Monasterium Visitationis Sanctae Mariae. Interim clarius usque perspiciebat quae esset de se voluntas Dei; qua re, post multam considerationem, et prudentibus ecclesiasticis monentibus, statuit Monasterium Visitationis relinquere ubi iam aliquot annos vivebat, et vitam communem iniit cum nonnullis sociis (anno 1829), constituta Pia Unione Sororum Oblatarum Ministrarum Infirmorum, quae peculiari cum sedulitate ac sollicitudine mulieribus aegris pauperioribus et derelictis urbis assidebant. Sororum numero augescente, condidit anno 1841 Congregationem Sororum Oblatarum Ministrarum Infirmorum sub tutela Mariae Sanctissimae Perdolentis et Sancti Camilli de Lellis, quam approbavit archiepiscopus Ioannes Stefanelli. Secundum Regulam quam scripserat, Sorores vota non nuncupabant religiosa, sed se obstringebant ad serviendum « Domino nostro in personis pauperum infirmarum cum generositate et recta intentione, semper paratae vitam suam devovere pro amore Iesu, in cruce mortui pro nobis » (I, 11). Anno 1842 novum Institutum aggregatus est Ordini Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis. Non multo post Sorores a Vicario Capitulari Lucensi obtinuerunt ut vota religiosa susciperent. Anno 1852 Summus Pontifex Pius IX Decretum Lau-

dis concessit et statuit ut nomen Congregationis esset Sororum Infirmis Ministrantium, usque ad hoc tempus continuatum. Dum Serva Dei impigre incumbebat in suum Institutum augendum et confirmandum, ei superiores ecclesiastici mandaverunt ut Pium Conservatorium Caelestinarum reformaret et curam ageret Operae S. Dorotheae: quod quidem solita cum prudentia fecit atque peritia.

Sui ipsius immemor, vivebat, laborabat et patiebatur solummodo pro Dei gloria et proximi bono spirituali ac materiali. Fortiter atque patienter labores obiit, incommoda, indignitates, aegritudines et etiam calumnias quae, etsi graves, eam non demoverunt a via, quam a iuventute erat ingressa quamque usque ad finem emensa est crescente cum generositate et perfectione. Semper erga Dei voluntatem obsequens, quae eius actuum norma fuit suprema, egregie est exsecuta uxoris et matris munia: vidua, cor suum Domino consecravit et servitio egenorum atque pauperum infirmarum; sui Instituti conditrix, mater ac magistra vera fuit vitae suis filiabus spiritualibus, quas in viis Dei sapienter duxit. In epistula, quam tamquam testamentum spirituale reliquit, haec suasit eis: « Patimini libenter; ex toto corde Deum amate. Eius creaturas amate, et praesertim egenas, infirmas et moribundas; agnosci te in illis Iesum vestra exspectare servitia, vestra sacrificia. Mementote in divino iudicio omnia opera vestra, et vestras etiam cogitationes, appetitiones inspectum iri: qua re non solum facite, sed omnia facite perfectione quam maxima et recto proposito placendi Deo ».

Quae Sororibus suadebat, ipsa iam cum diligentia, perseverantia et gaudio spirituali explicaverat, cum firmiter statuisset ad virtutum christianarum magnitudinem, heroum propriam, contendere. Etenim semper in fidei lumine ambulavit, et in fervore caritatis Dei fundamentum fuit eius affectionum et alacris navitatis. In divinam revelationem credidit et in Ecclesiae magisterium; intimam cum Domino coluit coniunctionem, deprecationem, contemplationem aeternarum veritatum. Diligenter amore Domini Iesu mandata divina observavit, Evangelio oboedivit, crucem tulit sacrificii sui, caelitus accepta talenta multiplicavit, nisa est quodlibet vitare peccati genus et vitii, naviter regno Dei aedificando operam dedit. Diu noctuque se contulit ad Christi membra dolentia et utilem explicavit apostolatum pro mulieribus pauperibus infirmis, pro puellis et pro iis, qui ad eius confugiebant auxilium. Ita in urbe Luca caritatis christianae lucem effudit et omnibus splendidum dedit testimonium fidelitatis erga Deum et seduli amoris in populi classes egeniores. Suo iuncta est munere, temporibus iniquis difficiliore facto, cum humilitate et prudentia, tenaci voluntate et plena auxilii Providentiae fiducia.

Usque ad dierum suorum finem suam consecrationem sancte observavit est pro suae Congregationis bono alacriter est operata. Pauco ante quam suam industriam conficeret vitam, ita Sorores suas est allocuta: « Pauperes infirmas committo vobis et misellos, illis assidete, his succurrite... Coniunctionem inter vos suadeo vobis ». Meritis ornata, pie interiit die 22 mensis Maii anno 1868.

Fama sanctitatis, qua in vita fuit insignis, post mortem mansit; hinc archiepiscopus Lucensis canonizationis Causae initium fecit celebratione processus ordinarii informativi (annis 1927-1931 celebrati), quem secutus est processus additicius (anno 1939). Deinde necesse fuit aliquot vitae Servae Dei aspectus pernoscere; postid iter Causae resumi potuit. Apparata Positione super virtutibus, die 20 mensis Aprilis anno 1993, prospero cum exitu, actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi deinde, in Sessione Ordinaria diei 7 insequentis mensis Decembris, Causae Ponente Em.mo Cardinali Iosepho Caprio, agnoverunt Matrem Mariam Dominicam Brun Barbantini heroum in modum virtutem théologales, cardinales iisque adnexas coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Dominicae Brun Barbantini, Fundatricis Congregationis Sororum Infirmis Ministrantium, v. « Camilliane », in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 26 mensis Martii A. D. 1994.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. & S.

£8 Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

V

MEDELLEN.

DECRETUM

Beatificationis Servae Dei Mariae a Perpetuo Succursu (in saec.: Isabellae Tejada Cuartas) Sororis professae Instituti Missionariarum a Maria Immaculata et S. Catharina Senensi (1887-1925).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Cuilibet discipulo Christi onus fidei disseminandae pro parte sua incumbit » (CONC. OECUM. VAT. II, Const, dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 17).

Erga gratiam et baptismatis officia fidelis, Maria a Perpetuo Succursu a pueritia cum Deo ambulavit, cuius cognitionem diffudit per opera misericordiae et praesertim per catechisticam institutionem.

Deinde Domino consecrata in Instituto missionario, fervide atque fructuose Evangelium nuntiavit tum vitae sanctitate tum operibus apostolicis, mire studium deprecationis temperans et contemplationis cum cura progressionis humanae et christianae puerorum, pauperum atque aegrotorum.

Orta est Serva Dei in loco *Remedios,* ad dioecesim Sanctae Rosae de Osos in Columbia pertinente, die 13 mensis Octobris anno 1887, ab Emmanuele Salvatore Tejada et Anna Iulia Cuartas, divitibus mercatoribus et christianis proborum morum, qui illam ad fontem baptismalem Isabellam appellaverunt. Paucis post mensibus ex improviso est patre orbata; quam ob rem mater eam ceterosque filios educandos curavit. Dum ludum frequentabat in domum suam puerulos congregabat ut eos catechismum duceret; quem apostolatum peculiari cum peritia erat usque ad finem dierum suorum explicatura. Studia est prosecuta in Lyceo Medellensi Sanctae Teresiae, diligentiam ostendens, oboedientiam praeceptoribus et amabilitatem in condiscipulas. Pariter existimationem sibi conciliavit propter pietatem, caritatem et religionem erga Eucharistiam, quam ipsis illis annis primum

accepit. Coniunctionem cum Iesu auxit assidua precatione et virtutum christianarum exercitio, praecipue castigatione sui et paenitentia. Decem et septem annorum, cum intellexisset se a Domino non ad matrimonium vocari, maiore cum alacritate vitam suam spiritualem colere coepit et se dedere apostolatui atque assidui tati praebendae pauperibus, aegrotis et parvulis, pro quibus ludum aperuit pueritiae. Matre mortua, quae, quamvis bona catholica esset, semper tamen eius vocationi religiosae contraria fuerat, anno 1918 exeunte est novitiatum ingressa Sororum Praesentationis Bogotae, sed post aliquot menses fuit ei exeundum, quandoquidem habita est « spiritu contemplativo » instructa, potius quam « activo », sicut Congregatio postulabat. Tunc cogitavit se conferre ad conventum carmelitanum clausurae legi subiectum in Hispania; sed archiepiscopus Medellensis eam avertit. Providentia ei succurrit per P. Nareissum Rodríguez, eius confessarium, qui eam direxit ad Venerabilem Servam Dei Lauram a Sancta Catharina Senensi Montoya, conditricem Congregationis Missionariarum a Maria Immaculata et Sancta Catharina Senensi, cuius officium erat indigenas Columbiae evangelizare. Hoc Institutum ingressa mense Ianuario anno 1921, insequenti anno vestem religiosam induit nomenque cepit Sororem Mariam a Perpetuo Succursu. Die 22 mensis Maii anno 1923, postquam se cum fervore et humilitate paraverat, vota nuncupavit oboedientiae, paupertatis et castitatis, quae semper summa cum diligentia et singulari simplicitate observavit, constanter ostendens se progressus velle facere in imitatione Christi et in acquisitione perfectionis evangelicae. Mense Martio anno 1924, Dabeiba relicta, ad pauperem et remotum pagum *U ré* pervenit, quem soli indigenae incolebant. Ibi vicaria fuit rectricis scholae, praeceptrix classis subnigrorum, habilis et studiosa catechista. Sua munera explevit cum alacritate, bonitate, spiritu sacrificii et facilitate erga Sorores sodales, discipulos et populum. Non ei aegritudines et privationes defuerunt, quas aequo animo tulit, laetam se ostendens laborare et pati pro Dei gloria et parvorum pauperumque bono, memor divini Magistri doctrinae, qui dixit: « Quandiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis » *{Mt 25,* 40).

Sui apostolatus fundamentum iecit impensam vitam spiritualem, quam a iuventute aluit deprecatione, contemplatione veritatum aeternarum, pia divinorum mysteriorum participatione, religione in Eucharistiam, Passionem Domini et Beatam Virginem Mariam. Fide ducta et caritate, prompte Dei voluntati oboedivit et omni ope saluti animarum operam navavit atque Christi regni incremento. A bonis et vanitatibus terrenis aliena fuit et aeternum cupivit praemium, gratiae auxilio fisa et caelesti misericordia.

Supernaturali cum prudentia semper egit cum in virtutum exercitio, tum in apostolatus operibus et caritatis. Iustitiam erga Deum et proximum coluit necnon fortitudinem in sua sequenda vocatione et sacrificiis atque incommodis vitae consecratae et missionalis obeundis. Sensus, corpus et voluntatem castigavit crucemque Christi et humilitatem dilexit.

Dominus, qui eius cogitationum, affectuum totiusque vitae cardo fuerat, quasi improviso eam ad se vocavit; nam post paucos morbi dies, quam patienter et omnino Dei voluntati obsequenter tulit, pie exstincta est die 29 mensis Iulii anno 1925, a Sororibus sodalibus et a populo pagi *Uré* venerata.

Sanctitatis fama etiam post mortem perduravit; quapropter Archiepiscopus Medellensis Causam iniit canonizationis per celebratum processum ordinarium informativum (annis 1965-1966). Post promulgatum decretum super Causae introductione, Medellii instructus est processus apostolicus (annis 1982-1986). Apparata Positione super virtutibus, secundo cum exitu actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum die 29 mensis Septembris anno 1993. Deinde Patres Cardinales atque Episcopi in Sessione Ordinaria diei 15 mensis Februarii anni 1994, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Gagnon, agnoverunt Sororem Mariam a Perpetuo Succursu heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae a Perpetuo Succursu (in saec.: Isabellae Tejada Cuartas), Sororis professae Instituti Missionariarum a Maria Immaculata et S. Catharina Senensi, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 26 mensis Martii A. D. 1994.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ES S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

VI

MEDIOLANEN.

DECRETUM

Beatificationis Servi Dei Alfredi Ildefonsi Schuster, O.S.B., archiepiscopi Mediolanensis et S.R.E. Cardinalis (1880-1954).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Qua Pastores, miserenti Pastoris Summi consilio electi sumus, etsi impares, ad Verbum Dei cum potestate praedicandum, ad congregandum Populum Dei dispersum, ad innutriendum hunc Populum signis actionis Christi, quae Sacramenta sunt, ad illum per salutis iter ducendum in eaque servandum unitate, cuius nos ipsi in variis ordinibus activa ac vitalia instrumenta constituti sumus, denique ad continenter animandam hanc communitatem circa Christum congregatam, secundum intimam eius vocationem. Cum autem haec omnia absolvimus pro nostris humanis viribus et secundum gratiae Dei mensuram, tunc profecto evangelizationis opus perficimus » (PAULUS VI, Adhort. apost. *Evangelii nuntiandi,* 68: *AAS* 68 [1976], 58).

Magnus evangelizator fuit Cardinalis Alfredus Ildefonsus Schuster qui, summa cum alacritate, sacrificii spiritu ac perseverantia Ecclesiae Ambrosianae tamquam archiepiscopus servivit, exemplari modo officio fungens docendi, sanctificandi et gubernandi. Boni Pastoris diligens imitator, qui venit ministrare, non ministrari (cf. *Mt* 20, 28) et vitam ponere pro ovibus (cf. *Io* 10, 11), ad solam Dei gloriam spectavit solumque populi spirituale bonum, quem non modo assidua pastorali industria aedificavit, verum etiam vitae suae sanctitate, forma factus gregis (cf. *I Pe* 5, 3).

Servus Dei Romae natus est die 18 mensis Ianuarii anno 1880 ex Ioanne Schuster et Maria Anna Tutzer, ac biduo post baptismi sacramentum accepit, Ludovicus, Alfredus, Aloisius appellatus. Patre orbatus, educatus a pia matre, quae eum in Dei duxit viis, inventa in puero docili ac prompta assensione. Ludo confecto, ingressus est monasterium benedictinum Sancti Pauli de Urbe, cum votum significasset Deum quaerendi et amandi secundum doctrinam Sancti Benedicti. Etsi gracilis esset valetudinis, sedulo precationi se dedidit et studiis, Regulae observantiae, vitae asperitati et

Si consideratur quanti antistita faceret veram Sororum unitatem, bene eius dolores intelleguntur, quos est passa per duo temporis spatia, quibus contentiones internae contigerunt. Per prius conditor Florentini exigebat ab ea ut « absolute se subiceret » quoad coniunctionem Sororum Magistrarum Instituti Sanctae Crucis cum Instituto Sororum Caritatis, quod ipse condiderat. Mater, contra, tuebatur nullam obnoxietatem Instituti sui, quam Episcopus quoque volebat Basileensis, pro utili apostolatu institutorio et interna utriusque Instituti concordia. Sorores, quae magni existimabant tum Matrem Bernardam, tum P. Theodosium, acribus comprehendebantur erroribus, sed ipsa Serva Dei maxime dolebat. Quattuor extremi anni vitae Servae Dei afflicti sunt habitu adverso, immo hostili parochi Röllin contra eam, necnon Praelati cuiusdam conatibus adiungendi Institutum Sanctae Crucis, quod ratione franciscana regebatur, Ordini benedictino. Contumeliae et obtrectationes, quas in utroque casu obiit, in luce ponunt Matris virtutes: Providentiae fiduciam, fidelitatem erga Ecclesiam, firmitudinem et, ante omnia, humilitatem, qua propensa est facta ad veniam, adeo ut conflictationem superaret sine ulla simultate. Ad Matrem dolorum confugit. Illi coniuncta precari discebat cum Iesu: « Pater, dimitte

illis, non enim sciunt quid faciunt» *(Lc* 23, 34). Post longos acerborum dolorum menses, quos veluti Crucifixi sponsa toleravit, Serva Institutum Ei restituit, qui idem inierat et per eam servaverat. Id evenit Idibus Decembribus anno 1863. Vix unius et quadraginta annorum erat.

Lapis sepulcri Matris Bernardae inscriptionem habet, quae est eius sanctitatis compendium: « Crucem elegit, Crucem portavit, in Cruce vicit ». Inchoata Causa canonizationis ab Episcopo Basileensi, processus ordinarius informativus celebratus est ab anno 1952 ad annum 1955, eiusque auctoritas est probata decreto a Congregatione de Causis Sanctorum promulgato. Secundo cum exitu die 26 mensis Novembris sessio Consultorum Historicorum, anno 1991, est acta, et die 18 mensis Iunii anno 1993 Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria collecti Calendis Februariis anno 1994, Causae Ponente Em.mo Cardinali Andrea Maria Deskur, Servam Dei Bernardam Heimgartner virtutes théologales, cardinales et his adnexas heroum in modum coluisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Bernardae Heimgartner, Instituti Sororum a S. Cruce primae Moderatricis generalis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 26 mensis Martii A. D. 1994.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. **SS.**

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

III

C ARTH AGINEN, IN COLUMBIA

DECRETUM

Beatificationis Ven. Servae Dei Mariae Bernardae Butler fundatricis Congregationis Sororum Missionalium Franciscalium a Maria Auxiliatrice (1848-1924).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Maria Bernarda Butler die 28 mensis Maii orta est anno 1848 in loco *Auw,* intra fines dioecesis Basileensis in Helvetia. Anno 1867 ingressa est Monasterium Mariae Auxiliatricis oppidi *Altstätten,* ubi vigebant Regula Tertii Ordinis S. Francisci Asisinatis et Statuta ab Urbano VIII approbata anno 1625. Muneribus iuncta est alicuius oneris inter quae magistrae novitiarum et antistitae. Suam communitatem rexit cum prudentia et sacrificii spiritu, renovationem fovens vitae religiosae et Regulae observantiam. Cum in Aequatoriam se contulisset cum nonnullis sociis ut ibi navitatem missionalem explicaret, Congregationem Sororum Missionalium Franciscalium a Maria Auxiliatrice condidit, anno 1912 probatam ab archiepiscopo Carthaginensi in Columbia. Ibi, meritis ornata et fama sanctitatis insignis, obiit die 19 mensis Maii anno 1924.

Canonizationis Causa inchoata est ab archiepiscopo Carthaginensi in Columbia per celebrationem processus ordinarii informativi (annis 1949-1951 peracti), cui additi sunt aliquot processus rogatoriales. Iis confectis quae normae iuridicae statuebant, die 21 mensis Decembris anno 1991 Summus Pontifex Ioannes Paulus II declaravit Matrem Mariam Bernardam Butler virtutes théologales, cardinales hisque adnexas heroum in modum coluisse.

Ad eius beatificationem obtinendam Causae Postulatio Congregationi de Causis Sanctorum iudicandam permisit coniectam miram sanationem, intercessioni Venerabilis Servae Dei Mariae Bernardae Butler ascriptam, in Columbiana urbe *Barranquilla* patratam. Sanatio pertinet ad puellulam Lilianam Sánchez, quae inde a primo die post ortum, qui contigit die 17 mensis Augusti anno 1967, in parte dextra culminis capitis tumorem osten-

dit, qui gradatim est auctus usque ad mensuram cm. 9x7. Medici consultati diagnosim edixerunt de agenesia ossium capitis et ex aliqua parte ossis temporalis dextri cum formatione herniae cerebralis; enuntiaverunt etiam prognosim infaustam, cum nulla esset possibilitas corrigendi illam distortionem. Suasum est igitur ut radiographia fieret, quae tamen non est effecta. Hac in condicione, quadam Sorore Missionali Franciscali a Maria Auxiliatrice suggerente, puerae parentes vespere diei 1 mensis Septembris anno 1967, invocare coeperunt etiam atque etiam intercessionem Matris Mariae Bernardae Butler, cuius reliquiae positae sunt in parte aegra pusae Lilianae. Insequenti mane, ex improviso et ratione pro scientia inexplicabili tumor evanuit, nullo vestigio facto pathologico.

De hac sanatione instructus est processus canonicus apud Curiam Barranquillensem annis 1974-1975; qui est ex iure validus agnitus per decretum diei 4 mensis Maii anni 1992. Consilium Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, in sessione diei 17 mensis Iunii anni 1993, hanc dixit sententiam: Diagnosis: « Tumor ad os lateris capitis dextri magnitudine cm. 9x7, superficie levi, spissitudine molli, qui definiri potest "cephalohaematoma" »; prognosis: « Benigna, cum lenta valetudine clinica »; therapia: « non effecta »; sanationis ratio: « subitanea, perfecta et mansura; inexplicabilis pro nostra scientia ». Die 26 insequentis mensis Novembris Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum actus est et die 18 mensis Ianuarii anno 1994 Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Exc.mo Domino Ottorino Petro Alberti, archiepiscopo Calaritano. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Maria Bernarda Bütler, fundatrice Congregationis Sororum Missionalium Franciscanum a. Maria Auxiliatrice, videlicet de subitanea, perfecta et mansura sanatione puellulae Lilianae Sánchez a « tumefazione a livello dell'osso parietale destro della dimensione di 9 cm.* x *7 cm.; di superficie liscia e di consistenza pastosa, definibile come "cefaloematoma" ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 26 mensis Martii A. D. 1994.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

Ê8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

IV

CHICAGIEN.

DECRETUM

Beatificationis Servae Dei Mariae Teresiae Dudzik fundatricis Congregationis Sororum Franciscanarum a B. Cunegunde (1860-1918).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Ut sodales vocationi suae ad Christum sequendum imprimis respondeant, ac ipsi Christo in Eius membris deserviant actio eorum apostolica ex intima cum Ipso unione procedat oportet. Inde fit ut caritas ipsa erga Deum et proximum foveatur » (CONC. OECUM. VAT. II, Decretum de accommodata renovatione vitae religiosae *Perfectae caritatis,* 8).

Intima cum Christo unio, a pueritia eulta, in anima Servae Dei Mariae Teresiae Dudzik magnum in Dominum amorem accendit et fervidam de pauperibus atque aegrotorum curam, pro quibus totam se dedidit, novam condidit Congregationem religiosam ac, caritate cum excelsa, alacrem explicavit apostolatum, non paucas nec leves tolerans aerumnas.

Orta est Dei Serva die 30 mensis Augusti anno 1860 in pago *Plocicz* in Pomerania, tunc sub Borussiae dominio posito, a Ioanne Dudzik et Agnete Polaszczyk, Polonicis agricolis bene moratis et sincerae fidei catholicae. Paucis post diebus baptizata est in ecclesia paroeciali loci *Kamien,* in dioe-

cesi Culmensi, eique nomen inditum est Iosephina. Ludos frequentavit et postea professionis scholam apud Sorores S. Elisabethae et est vestificae diploma consecuta. In Tertium Ordinem Franciscanum et in sodalicium Rosarii est nomen professa. Anno 1881 cum familia in Foederatas Civitates Americae Septentrionalis migravit et Chicagiae domicilium collocavit, in territorio magnae paroeciae S. Stanislai Kostka, quae e Polonis constabat peregre necessario habitantibus quaeque a sodalibus Congregationis a Resurrectione Domini Nostri Iesu Christi regebatur. Vestificinam aperuit et opus habuit, quod sustinendae familiae sufficiebat. Naviter vitae paroeciae interfuit et aliquarum catholicarum consociationum, in quibus muneribus gravibus est iuncta. Patre mortuo (anno 1889), caritate impulsa domum suam pauperibus et aegris aperuit, quibus cum amore et patientia assiduitatem praebebat. Ipsa scripsit: « Impense alienam miseriam et dolores sentiebam mihique videbar Dominum Nostrum amare non posse et paradisum sperare, si de me sola cogitassem et de matre mea, atque in me impulsionem animadvertebam continuo ad me magis aliis tradendam, haecque constans cogitatio, quo modo pauperibus servirem et aegrotis, nec die nec nocte me relinquebat». Anno 1894, parocho monente et auxiliante, P. Vincentio Barzynski, cum nonnullis Tertii Ordinis Franciscani sociis, condidit Congregationem Sororum Franciscanarum a Beata Cunegunde, cuius est antistita electa. Non multo post maior earum iuvenum pars communitatem deseruit, cum disciplinae rigorem et graves labores non ferret. Serva Dei animo non defecit et insequenti anno prope vicum *Avondale,* in suburbio Chicagiensi, aedificationem iniit primae Instituti domus, quo se contulit anno 1898 cum sororibus sodalibus cumque iis, qui curabantur, senibus nempe et invalidis.

Mense Octobri eodem anno P. Barzynski eam officio antistitae removit et Sororem Annam Wisiñska pro ea substituit, quae fere extra communitatem vivebat, quandoquidem parentibus et sorori aegrotae assidere debebat. Post hanc substitutionem, nec a Servae Dei ratione vivendi exortam nec eius contemptione, ea operis administrationem curavit atque domui exstruendae consuluit pro orphanis novaeque aediculae, dum assidere pergebat senibus. Simul autem nisa est sociis regulae observantiam et silentii inculcare, vituperationes in se excitans, et recusationes. Anno 1900, novitiatu peracto, priorem professionem religiosam fecit coram novo rectore ecclesiastico, P. Andrea Spetz, qui ei munus concredidit magistrae novitiarum, quo cum studio iuncta est, bonitate et sacrificii spiritu. Interea Congregatio confirmabatur et novis vocationibus augebatur novisque domibus atque navitatibus, inter quas puerorum institutione. Anno 1905 Vicaria ge-

neralis facta est et Calendis Ianuariis anno 1909 Antistita generalis, negotio ei commisso regulae lineamenta et formas recognoscendi ac primum praeparandi capitulum generale. Die 8 insequentis mensis Decembris vota perpetua nuncupavit. Cum Capitulum est actum (anno 1910), nullum est illi munus creditum, quin etiam exinde eius incepit exclusio et in umbram atque silentium descensus. Neglectae et negatae sunt ipsae eius conditricis partes, inique Matri Annae Wisinska tributae. Hanc rerum condicionem magna cum animi fortitudine accepit, patientia et tranquillitate atque indignitatum immemor, labori se tradidit in florum saepto et in vestificina communitatis, dum cancer eius valetudinem consumebat. Ita ultimos egit annos in extremis Congregationis quam instituerat et cui vero cum amore continuisque servierat sacrificiis.

Eius vita semper est illustrata et ducta fide atque oboedientia voluntati Dei. Ad Christi exempla et praecepta parata, se ipsam abnegavit et crucem suam cotidie tulit multumque laboravit et passa est pro Dei regno aedificando, in deprecatione vi reperta, in meditatione fervidaque pietate erga Eucharistiam, Sacrum Iesu Cor et Mariam Immaculatam. Obsequens fuit auctoritati Papae, Episcoporum et sacerdotum, cumque moderatores ecclesiastici gravia ab ea postulaverunt sacrificia, non solum non restitit, sed facilitatem ostendit et gaudium in eorum sequendis praescriptis. Plene Providentiae fidebat. Aiebat: « Non timeo: Providentia divina de me curam adhibebit ». Et revera semper Dei auxilium et generositatem est experta, qui eam in difficultatibus sustinuit, in rebus adversis est consolatus et in Congregatione instituenda est tuitus. Deum ex toto corde amavit, ex tota mente, ex omnibus viribus, utque ei placeret perfecte eius servavit legem, Ecclesiae praecepta, vota religiosa et sui Instituti regulam, continuos fecit progressus in Christi imitatione et omne peccati ac vitii genus vitavit. Propter Dei amorem plus proximum amavit, quam seipsam secundum Domini verba, qui dixit: « Diligite invicem, sicut dilexi vos » ***(Io*** 15, 12), nempe usque ad propriae vitae donum. Ut aliis utilis esset erga suam vocationem fidelis mansit et erga munus suum, senes curavit, aegrotos et orphanos, Sororum sodalium formationem coluit, suae servivit Congregationi, libenter graviores et humiliores suscepit labores et lentum excepit tormentum improbationum. Animarum saluti interfuit, ut potuit, caritatis testimonio, deprecatione, sacrificiis, consilio et apostolatu. Omnes docuit, potius operibus quam verbis, Evangelium non solum esse credendum, verum cotidie efficiendum cum fidelitate, generositate atque humilitate. Supernaturali cum prudentia egit cum in usu instrumentorum ad se sanctam faciendam, tum in muneribus exsequendis, quae ei credita sunt. A se ipsa

fuit aliena et a bonis terrenis, temperans, fortis in Christo sequendo, iusta erga Deum et proximum, prompta ad ignoscendum iis, qui ei difficultatum et angorum causa fuerunt.

Morbo consumpta, quem tacita tulit, pie interiit mane diei 20 mensis Septembris anno 1918. Eius exsequiae modestae fuerunt, et Sorores illae, quae eam vivam excluserant et inique iniuriis affecerant, etiam post mortem nisae sunt eius memoriam delere et eius conditricis partes negare. Sed non deerant qui Servam Dei sanctam haberent et eius deprecationem peterent. Denique Providentia effecit ut veritas appareret et lucerna non abscondita maneret sub modio (cf. *Mt* 5, 15). Archiepiscopus Chicagiensis igitur, Sanctae Sedis obtento permissu iuxta normam M. P. « Sanctitas Clarior », Causam iniit canonizationis per celebrationem processus cognitionalis (annis 1979-1981), cui additus est processus rogatorialis Arausicanus Californiae, cuius auctoritas agnita est decreto die 3 mensis Martii anno 1989 promulgato. Apparata Positione super virtutibus, exitu cum prospero Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum est actus die 25 mensis Iunii anno 1993. Patres Cardinales deinde et Episcopi, in Sessione Ordinaria diei 7 subsequentis mensis Decembris, Causae Ponente Cardinali Edmundo Casimiro Szoka, professi sunt Matrem Mariam Teresiam Dudzik heroum in modum virtutes théologales, cardinales et his adnexas coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Teresiae Dudzik, Fundatricis Congregationis Sororum Franciscanarum a B. Cunegunde, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 26 mensis Martii A. D. 1994.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

SB Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

V

CORDUBEN. IN ARGENTINA

DECRETUM

Beatificationis Servi Dei Iosephi Leonis Torres, Sacerdotis professi Ordinis B. Mariae Virginis de Mercede, fundatoris Congregationis Sororum ab Infante Iesu e Tertio Ordine de Mercede (1849-1930).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Religiosi, suae professioni fideles, omnia propter Christum dimittentes (cf. *Me* 10, 28), ipsum tamquam unum necessarium (cf. *Lc* 10, 42), sequantur (cf. *Mt* 19, 21), eius verba audientes (cf. *Lc* 10, 39), de iis quae eius sunt solliciti (cf. *1 Cor* 7, 32). Quapropter cuiuslibet instituti sodales, Deum prae omnibus et unice quaerentes, contemplationem, qua ei mente et corde adhaereant, cum amore apostolico, quo operi redemptionis adsociari Regnumque Dei dilatare nitantur, coniungant oportet » (CONC. OECUM. VAT. II, Decretum de accommodata renovatione vitae religiosae *Perfectae caritatis,* 5).

Cum cura et perseverantia Servus Dei Iosephus Leo Torres imitationi Christi se dedidit, munia sacerdotalia diligenter explens et sedulo evangelica colens consilia; caritate impulsus vitam exercuit interiorem, ad bonum Ordinis, cuius erat sodalis, se contulit et educationi atque institutioni prospexit puellarum, pro quibus novam condidit congregationem religiosam.

Servus Dei ortus est Luyabae in archidioecesi Cordubensi in Argentina die 19 mensis Martii anno 1849 a Gregorio Torres et Margarita Rivero. Subsequentis mensis Iunii die 11 est baptizatus et anno 1860 Confirmationis sacramentum accepit. In ambitu familiae, valde christianae, consilium cepit Deo se consecrandi in Ordine B. Mariae Virginis de Mercede, ubi anno 1868 vota simplicia suscepit et anno 1872 sollemnia. Iam tum ardenter assensus est reformationi quam novus superior provincialis P. Laurentius Morales inierat ut in conventibus mercedariis Argentinis religiosorum vitam communem restitueret atque paupertatis observantiam. Presbyteralem ordinationem excepit die 27 mensis Aprilis anno 1873 et, cum a superioribus magni duceretur, mox munera alicuius oneris ei concredita sunt. Fuit enim novitio-

rum magister, theologiae praeceptor, pluries vicarius et superior provincialis, vicarius generalis ac Provinciae visitator, complurium capitulorum provincialium praeses et capituli generalis legatus. Prudenter vitam spiritualem fovit atque Regulae et disciplinae conventualis observantiam; constanter reformationem provexit a P. Morales initam; vocationibus religiosis favit et studiis ecclesiasticis; operam dedit Ordinis sui incremento et veterum conventuum recuperationi atque novorum aperitioni. Romae Constitutionum Ordinis recognitioni interfuit. Tam assidua, patiens et fructibus copiosa fuit eius industria, ut haec illius provinciae religiosae evaserit renovatio.

Anno 1887, conferre volens ad christianam reddendam societatem Argentinam, Congregationem Sororum ab Infante Iesu e Tertio Ordine de Mercede, Cordubae instituit, quam alacritate et firmitudine rexit usque ad mortem. De Sororum formatione semper fuit sollicitus, quibus pietatem inculcavit, Regulae observantiam, virtutum exercitium atque Ecclesiae et Ordinis Mercedarii studium; eas spirituali cum cura adiuvit, consilio, diligentibus normis, nummariis subsidiis et praesertim vitae suae exemplo, prorsus in Dei servitio impensae et in animarum ministerio. Eius fidelitas erga consecrationem religiosam stimulo fuit fratribus sodalibus atque Sororibus continuo, ut cum generositate vocationi responderent et cum fervore apostolico contemplationem temperarent. Auxilio divino fisus, in difficultatibus fortis, in improbationibus patiens, placide non paucos obiit labores nec pauca incommoda ut alios in viis Dei duceret et ad christianam perfectionem. Copiosi profecto exitus fuerunt, quos est adeptus, sed, cum homo humilis esset, non est de iis gloriatus, sed contra humile se habuit in Dei manibus instrumentum. Occultationem dilexit; honores fugit, nec umquam singulariter tractari voluit, ne tunc quidem, cum officiis est functus magni momenti. Amorem paupertatis, oboedientiae, castitatis et temperantiae multimodis excoluit et docuit. Deus fuit illi solus thesaurus et cogitationum, affectuum navitatisque centrum. Omnia in Dei gloriam faciebat et in eius regni dilatationem. Ut hoc consequeretur propositum, cum constantia spiritualique cum gaudio in suam sanctificationem incubuit, sedulo Regulam et Constitutiones sui Ordinis ac religiosa servavit vota, peccatum fugit et quodlibet vitii genus, ex omnibus viribus sanctitatem appetivit, nisus est proximo prodesse opera faciendo spiritualis et corporalis et praedicationem explicando, itemque confessionum ministerium et spiritualem moderationem, atque assiduitatem praebendo pauperibus. Fidem aluit et caritatem coniunctione cum Domino, precatione, meditatione Verbi Dei, pia Missae celebratione, fervida erga Eucharistiam, Passionem Domini, Sacrum Cor Iesu et Virginem Mariam pietate.

Ad exitum usque dierum suorum cum Deo ambulavit, eius exsequens voluntatem et proximo bene faciens. Aeternitatem est ingressus, quam semper optaverat, nocte diei 15 mensis Decembris anno 1930 post morbum christiana patientia toleratum.

Sanctitatis fama, qua in vita claruit, post eius mortem diffundi perrexit; quam ob rem Archiepiscopus Cordubensis in Argentina Causae canonizationis initium fecit per processus ordinarii informativi celebrationem (annis 1957-1959). Anno 1972 decretum a Congregatione promulgatum est super Causae introductione; deinde instructus est processus apostolicus (annis 1973-1974), quem secutus est processus apostolicus additicius. Horum processuum auctoritas et vis probata est decreto pridie Nonas Octobres anno 1978 promulgato. Apparata Positione super virtutibus, die 26 mensis Octobris anno 1993 prospero cum eventu actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Patres Cardinales deinceps et Episcopi, in Sessione Ordinaria Calendis Marths habita anno 1994, Causae Ponente Eminentissimo Cardinali Eduardo Francisco Pironio, professi sunt Servum Dei Iosephum Leonem Torres virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in modum coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iosephi Leonis Torres, Sacerdotis professi Ordinis Beatae Mariae Virginis de Mercede, fundatoris Congregationis Sororum ab Infante Iesu e Tertio Ordine de Mercede, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 26 mensis Martii A. D. 1994.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ffi S.

€8 Eduardus Nowak,
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 12 Ianuarii 1994. — Cathedrali Ecclesiae Malaibalaiensi R. D. Honestum Pacana, e Societate Iesu, hactenus Seminarii in oppido vulgo dicto Cagayan de Oro rectorem.

die 25 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Ficensi R. D. Chrisostomum Yalung, hactenus Seminarii maioris archidioecesis Manilensis rectorem, quem Auxiliarem eiusdem archidioecesis deputavit.

die 24 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Elphinensi R. D. Christophorum Jones, hactenus cathedralis templi eiusdem dioecesis administratorem.

die 7 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Trium Tabernarum R. D. Fiachra O Ceallaigh, hactenus hibernicum Ordinis Fratrum Minorum Provincialem, quem Auxiliarem archidioecesis Dublinensis deputavit.

die 21 Iunii. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Michaelis Harty, Episcopi Laoniensis, R. D. Guillelmum Walsh, hactenus cathedralis templi eiusdem dioecesis administratorem.

die 28 Iunii. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Antonii Mabutas, Archiepiscopi Davaensis, Exc.mum P. D. Ferdinandum Capaila, hactenus Episcopum luganensem.

die 5 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Portus Cabellensis, noviter erectae, suffraganeae metropolitanae Ecclesiae Valentinae in Venetiola, R. D. Raimundum Antonium Linares Sandoval, hactenus dioecesis Sancti Caroli in Venetiola Vicarium generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Carorensi, Exc.mum P. D. Eduardum Herrera Riera, hactenus Episcopum titularem Ubazensem et Auxiliarem archidioecesis Barquisimetensis necnon ipsius Ecclesiae Carorensis Administratorem Apostolicum.

die 13 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Thomae in Argentina R. D. Franciscum Polti Santillán, e clero Praelaturae personalis Sanctae Crucis et Operis Dei.

die Io Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Civitatensi R. D. Iulianum López Martín, hactenus pro opere pastorali liturgico dioecesis Zamorensis legatum.

die 12 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Viracensi R. D. Emmanuelem de los Santos, hactenus paroeciae Sancti Antonii in oppido vulgo dicto Irriga parochum.

die 18 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Zamorensi in Mexico Exc.mum P. D. Carolum Suárez Cazares, hactenus Campecorensem Episcopum.

die 22 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Babahoiensi, noviter erectae, R. D. Iesum Raimundum Martínez de Ezquerecocha Suso, hactenus Prelatum Fluminum.

die 23 Augusti. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Danieli Villelmi Kucera, O.S.B., Archiepiscopi Dubuquensis, Exc.mum P. D. Hieronymum Georgium Hanus, O.S.B., hactenus Episcopum Sancti Clodoaldi.

die 24 Augusti. — Coadiutorem Em.mi P. D. Roberti S.R.E. Cardinalis Coffy, Archiepiscopi Massiliensis, Exc.mum P. D. Bernardum Panafieu, hactenus Archiepiscopum Aquensem in Gallia.

die 27 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Aquaeregiensi R. D. Villelmum Garlatti, hactenus seminarii Platensis rectorem, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Rochi Exc.mum P. D. Iosephum Laurentium Sartori, e clero dioecesis Sancti Rochi, hactenus eiusdem circumscriptionis Administratorem dioecesanum.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 14 Martii 1994. — Metropolitanae Ecclesiae Bukavuensi Exc.mum R. D. Christophorum Munzihirwa Mwene Ngabo, S.I., hactenus Episcopum Kasongoënsem ed Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » Bakuvuensis archidioecesis.

— Metropolitanae Ecclesiae Vindhoekensi, noviter erectae, Exc.mum R. D. Bonifatium Haushiku, Servorum Christi Sacerdotis sodalem, hactenus Episcopum titularem Troyniensem et Vicarium Apostolicum Vindhoekensem.

— Cathedrali Ecclesiae Keetmanshoopensi, noviter erectae, Exc.mum R. D. Antonium Chiminello, Instituti Oblatorum S. Francisi Salesii sodalem, hactenus Episcopum titularem Numanensem et Vicarium Apostolicum Keetmanshoopensem.

— Cathedrali Ecclesiae Dorumaënsi-Dunguensi, R. D. Richardum Domba Mady, rectorem Seminarii maioris interdioecesani philosophiae Kisanganiae.

— Cathedrali Ecclesiae Navrongensi-Bolgatanganae, R. D. Lucam Abadamloora, hactenus Vicarium generalem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Caprensi R. P. Iosephum Shipandeni Shikongo, Vice-Pro vinciae Congregationis Missionariorum Oblatorum B.M.V. Immaculatae in Namibia praepositum, quem constituit primum Vicarium Apostolicum Runduensem.

die 23 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Hanoiensi Exc.mum R. D. Paulum Iosephum Pham Dinh Tung, hactenus Episcopum Bacninhensem et Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » Hanoiensis archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae de Than Hoa Exc.mum R. D. Bartholomaeum Nguyen Son Lam, P.S.S., hactenus Episcopum Dalatensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Igilgilitanae R. D. Paulum Le Dac Trong, hactenus Vicarium generalem et curionem paroeciae in oppido vulgo Nam Dinh archidioecesis Hanoiensis, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 26 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Tamalensi Exc.mum R. D. Gregorium Ebo Kpiebaya, hactenus Episcopum Vaënsem.

— Metropolitanae Ecclesiae Abugensi, noviter erectae, Exc.mum R. D. Ioannem Olorunfemi Onaiyekan, hactenus Episcopum eiusdem sedis episcopalis.

— Metropolitanae Ecclesiae Urbis Beninensis, noviter erectae, Exc.mum R. D. Patricium Ebosele Ekpu, hactenus Episcopum eiusdem sedis episcopalis.

— Metropolitanae Ecclesiae Calabarensi, noviter erectae, Exc.mum R. D. Brennum Davidem Usanga, hactenus Episcopum eiusdem sedis episcopalis.

— Metropolitanae Ecclesiae Ibadanensi, noviter erectae, Exc.mum R. D. Felicem Alaba Adeosin Job, hactenus Episcopum eiusdem sedis episcopalis.

— Metropolitanae Ecclesiae Iosensi, noviter erectae, Exc.mum R. D. Gabrielem Gonsum Ganaka, hactenus Episcopum eiusdem sedis episcopalis.

— Metropolitanae Ecclesiae Overriensi, noviter erectae, Exc.mum R. D. Antonium Obinna, hactenus Episcopum eiusdem sedis episcopalis.

— Cathedrali Ecclesiae Klerkpolitanae Exc.mum R. D. Zithuele Patricium Mvemve, hactenus Episcopum titularem Lupercianensem et Auxiliarem Ioannesburgensem.

— Cathedrali Ecclesiae Surabayanae R. D. Ioannem Sudiarna Hadiwikarta, hactenus Vicarium generalem dioecesis Semarangensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Molicunzensi R. D. Cyprianum Monis, oeconomum Seminarii maioris interdioecesani « Morning Star College » Calcuttae, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Calcuttensis.

die "23 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Lahorensi, noviter erectae, Exc.mum R. D. Armandum Trindade, hactenus Episcopum eiusdem sedis episcopalis.

die 11 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Madraspolitanae et Meliaporensi Exc.mum R. D. Iacobum Masilamony Arul Das, hactenus Episcopum Ootacamundensem.

die 20 Maii.— Metropolitanae Ecclesiae Bhopalensi Exc.mum R. D. Pasqualem Topno, S.I., hactenus Episcopum Ambikapurensem.

die 10 Iunii.— Metropolitanae Ecclesiae Bulauaiensi, noviter erectae, Exc.mum R. P. Henricum Ernestum Karlen, C.M.M., hactenus Episcopum eiusdem sedis episcopalis.

— Cathedrali Ecclesiae Amboinaënsi R. P. Petrum Canisium Mandagi, Missionariorum Sacratissimi Cordis Iesu in Indonesiana regione Provincialem.

— Cathedrali Ecclesiae Tonganae R. P. Soane Lilo Foliaki, Societatis Mariae sodalem, hactenus Administratorem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Bogorensi R. P. Cosmam Michaelem Angkur, Ordinis Fratrum Minorum, paroeciae Sancti Paschalis in urbe Giakartana curionem.

— Cathedrali Ecclesiae Diphuensi R. D. Ioannem Thomam Kattrukudiyil, iam rectorem « Oriens Theological Seminary » in oppido vulgo Shillong.

— Cathedrali Ecclesiae Kisantuensi R. D. Fidelem Nsielele, hactenus Administratorem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Tangaënsi R. D. Antonium Banzi, Seminarii maioris nationalis philosophiae in oppido vulgo Kibosho rectorem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Fesseitanae R. D. Patricium Iacobum Dunn, Vicarium generalem dioecesis Aucopolitanae, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lupercianensi R. P. Leonem Dobbelaar, Vice-Provinciae aethiopicae Congregationis Missionis Superiorem et Seminarii eiusdem Congregationis in oppido vulgo Addis Abeba rectorem, quem constituit Vicarium Apostolicum Nekemteënsem.

die 1 Iulii.— Cathedrali Ecclesiae Muyingano Exc.mum R. D. Ioannem-Berchmans Nterere, hactenus Coadiutorem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Kiayiensi R. D. Petrum Liu Chengchung, Seminarii minoris rectorem e Sedis dioecesanae operum pastoralium pro-moderatorem.

— Cathedrali Ecclesiae Rosensi R. D. Eduardum Iosephum Gilbert, Congregationis Sanctissimi Redemptoris, Vicarium paroecialem templi « St. Joseph's » in Virginia.

— Cathedrali Ecclesiae Anehensi, noviter erectae, R. D. Victorem Dovi Hounnaké, Directorem nationalem institutionis catholicae.

— Cathedrali Ecclesiae Karaënsi, noviter erectae, R. D. Ernestum Patili Assi, hactenus Vicarium generalem Sokodensem.

— Cathedrali Ecclesiae Kpalimensi, noviter erectae, R. D. Petrum Koffi Seshie, hactenus Vicarium generalem archidioecesis Lomensis.

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Congregatio pro Gentium Evangelizatione ad suum beneplacitum renuntiavit:

die 14 Martii 1994. — Exc.mum R. D. Christophorum Munzihirwa Mwene Ngapo, S.I., Archiepiscopum Bukavuensem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » Kasongoënsis dioecesis.

die 23 Martii. — Exc.mum R. D. Stephanum Nguyen Nhu The, Archiepiscopum titularem Tipasitanum in Mauretania, iam Coadiutorem Huéensem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » eiusdem archidioecesis Huéensis.

die 5 Maii. — R. P. Raphaelem Morales Duque, Ordinis Fratrum Minorum, in praesens Pro-Praefectum Praefecturae Apostolicae Guapiensis, Praefectum Apostolicum Guapiensem.

die 30 Maii. — Exc.mum R. D. Gilbertum Aubry, Episcopum S. Dionysii Reunionis, Administratorem Apostolicum « sede plena et ad nutum Sanctae Sedis » Portus Victoriae dioecesis.

die 10 Iunii. — R. P. Berhane-Yesus D. Souraphiel, Congregationis Missionis sodalem, primum Praefectum Apostolicum Jimma-Bonganae.

die 25 Iunii. — Exc.mum R. D. Armandum Caietanum Razafindratandra, Archiepiscopum Antananarivensem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Miarinarivensis.

die 15 Iulii. — R. P. Robertum Gay, Missionariorum Africae sodalem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Kabalenae.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

10 agosto 1994. S. E. mons. Thomas White, Arcivescovo tit. di Sabiona, *Nunzio Apostolico nello Stato Indipendente di Samoa Occidentale.*

20 » » S. E. mons. Osvaldo Padilla, Arcivescovo tit. di Pia, *Nunzio Apostolico nello Sri Lanka.*

1 settembre » S. E. mons. Thomas White, Arciv. tit. di Sabiona, *Nunzio Apostolico nella Repubblica di Vanuatu.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

20 giugno 1994. S. E. mons. John Basii Meeking, Vescovo di Christchurch, *Membro del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani « in aliud quinquennium ».*

27 » » Le LL.EE. i monsignori Kuriakose Kunnacherry, Vescovo di Kottayam e Paul Shan Kuo-Hsi, Vescovo di Kaohsiung, *Membri del Pontificio Consiglio per il Dialogo Inter-Religioso « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Christian Wiyghan Turni e John Baptist Wu Cheng-chung; le LL.EE. i monsignori Fernando R. Capaila e John Bosco Manat Chubsamai, *Membri del Pontificio Consiglio per il Dialogo Inter-Religioso « in aliud quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Antonio Ribeiro, Alexandre do Nascimento, Ricardo J. Vidal, Adrianus Simonis, Bernard Francis Law, Giacomo Biffi, Simon Ignatius Pimenta, Lucas Moreira Neves, Christian Wiyghan Turni, Eduardo Martínez Somalo, Achille Silvestrini; le LL.EE. i monsignori Carlos Oviedo Cavada, Arcivescovo di Santiago de Chile; Miloslav Vlk, Arcivescovo di Praha; Adam Maida, Arcivescovo di Detroit; Antonio María Rouco Várela, Arcivescovo di Santiago de Compostela;[1] Juan Sandoval Iniguez, Arcivescovo di Guadalajara; Carmelo Juan Giaquinta, Arcivescovo di Resistencia; Arturo Rivera Damas, Arcivescovo di San Salvador; Józef M.

[1] Trasferito a Madrid il 28 luglio 1994.

Zycinski, Vescovo di Tarnów; Emile Marcus, Vescovo di Nantes, *Membri della Congregazione per l'Educazione Cattolica « ad quinquennium ».*

27 giugno 1994. Gli Em.mi Signori Cardinali Bernardin Gantin, Joseph Ratzinger, Eduardo F. Pironio, Roger Etchegaray, Franciszek Macharski, Godfried Danneels, Carlo Maria Martini, Friedrich Wetter, James A. Hickey, Hans H. Groër, Vincentas Sladkevicius, Jozef Tomko, Paul Poupard, Antonio M. Javierre Ortas, *Membri della Congregazione per l'Educazione Cattolica « in aliud quinquennium ».*

4 luglio » Le LL.EE. i monsignori Nerses Der Nersessian, Arcivescovo tit. di Sebaste degli Armeni; Michel Hrynchyshyn, Vescovo tit. di Zigri; Anarghiros Printesis, Vescovo tit. di Grazianopoli; Sia wo j Leszek Glodz, Vescovo tit. di Bettona; Youssef Khoury, Vescovo tit. di Conocora; i Reverendi: Mons. Pio Abresch, Mons. Giuseppe Pasini, Mons. Antonio Petti, Sac. Basilio Pet r a , Sac. Dimitrios Salachas, P. Velasio De Paolis, CS., P. Willem De Smet, O.S.B., P. Edward Farrugia, S.I., P. Clarence Gallagher, S.I., P. Vittorino Grossi, O.S.A., P. George Nedungatt, S.I., P. Viktor Papez, OF.M., P. Rosario Scognamiglio, O.P., P. Tomas Spidlik, S.I., P. Jannis Spiteris, O.F.M. Cap., *Consultori della Congregazione per le Chiese Orientali « ad quinquennium ».*

» » » Le LL.EE. i monsignori Youssef Ibrahim Sarraf e Pierre Duprey; i Reverendi: P. Ivan Zuzek, S.I., Mons. Elias Jarawan, P. Isydor Patrylo, Archim. Paolo Giannini, O.S.B.I., P. Clemente Pujol, S.I., P. Anastasio Gutiérrez, C.M.F., P. Miguel Angel Batiz, O.C.D., P. Emmanuel Lanne, O.S.B., P. Sofroni Mudryj, O.S.B.M., Sac. Umberto Neri, *Consultori della Congregazione per le Chiese Orientali « in aliud quinquennium ».*

NECROLOGIO

29 luglio 1994. Mons. Paul Francis Tanner, Vescovo em. di Saint Augustine *(Stati Uniti d'America).*

1 agosto » Mons. Jorge Martínez Martínez, Vescovo tit. di Macomades Rusticiana.

8 agosto » Mons. Michael Harty, Vescovo di Killaloe *(Irlanda).*

» » » Mons. Josip Arneric, Vescovo em. di Sibenik *(Croazia).*

10 » » Mons. Raimundo Lui, Vescovo em. di Paracatu *(Brasile).*

U » » Mons. Marko Jozinovic, Arcivescovo em. di Vrhbosna-Sarajevo *(Bosnia Erzegovina).*

16 » » Mons. John Gabriel, Vescovo di Pathein *(Myanmar).*

» » » Mons. André Pailler, Arcivescovo em. di Rouen *(Francia).*

18 » » Mons. Francis R. Shea, Vescovo em. di Evansville *(Stati Uniti d'America).*

An. et yol. LXXXVI 7 Octobris 1994 N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIO APOSTOLICA

BULAUAIENSIS

Nova Provincia ecclesiastica in Zimbabuana Civitate conditur Bulauaiensis cognominanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ipso bene iuvante Domino, diversis de causis est laetandum quod catholica res ubique terrarum felix capit incrementum et uberes fructus fundit. Nos autem pro virili parte contendimus ut ecclesiastica instituta propitius condicionibus concinantur. Nunc autem ad Zimbabuanas communitates animum mentemque Nostram convertimus utpote cum earundem occurrere necessitatibus commodisque velimus. Itaque de consilio Congregationis pro Gentium Evangelizatione, rogatis sententiam iis quorum interest, Apostolica Nostra usi potestate, quae sequuntur statuimus et decernimus. Novam Provinciam ecclesiasticam in Zimbabua condimus scilicet Bulauaiensem, quam ad gradum archidioecesis metropolitanae attollimus, cui videlicet veluti suffraganeae nectantur et subiciantur dioeceses Gueruensis et Huangensis. Porro Venerabilem Fratrem Henricum Karlen, adhuc Episcopum Bulauaiensem ad dignitatem statumque Archiepiscopi Metropolitae evehimus, omnibus iuribus officiisque congruentibus concessis secundum iuris canonici praescripta. Haec omnia ut expediantur, Venerabilem Fratrem Petrum Paulum Prabhu, Archiepiscopum titulo Titulanum

in Numidia et in Zimbabua Apostolicum Nuntium, legamus eique haec officia praestanda committimus. Re tandem ad exitum perducta, documenta apparentur, quorum exempla sincera ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur, contrariis rebus minime quibusvis obstantibus.

Datum Roiiiae, apud Sanctum Petrum, die decimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nogentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

68 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang, Praef.,

Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*
Antonius Macculi, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco & Plumbi
In Secret. Status tab., n. 363.033

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servae Dei Mariae Faustinae Kowalska Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius » *(Ps* 117, 1). «Misericordias Domini in aeternum cantabo » *(Ps* 88, 2).

Opus nostrae Redemptionis intime coniunctum est cum opere misericordiae divinae, amoris Dei, qui in Corde Filii Dei in terram descendit. Per Verbum Incarnatum Deus demonstrat altam abyssum misericordiae suae, in redemptione enim hominis perfectissimo modo revelatur infinita eius misericordia erga hominem.

Venerabilis Serva Dei, in saeculo Helena Kowalska, Stanislao Kowalski et Marianna Babel, catholicis ferventissimis, in pago Glogowiec, Poloniae centralis, die vicesimo primo mensis Augusti anno MCMV nata est et secundo die vitae suae gratiae baptismi donum accepit. Novem annos nata primum ad eucharisticum convivium pientissime accessit. A septimo iam an-

no suae aetatis a Deo se ad vitam religiosam vocari sentiebat. Vita eius spiritualis christocentrica et sacramentalis facta est, continuae consuetudinis cum Christo abscondito in Sanctissimo Sacramento. Quaerendo Deum in eius domo, in tabernaculo Eum invenit et semel ibi inventum numquam deseruit.

Inde ab initio sex per annos vitae religiosae, quam ingressa est vicesimo anno suae vitae, Christus servam Dei accuratissime educavit, praeparans eam ad munus apostolae infinitae Suae misericordiae, munus cuius fuit patefacere mysterium divinae misericordiae ac evocare in memoriam animae hanc fundamentalem veritatem fidei: Deus est amor et misericordia.

Ipsa imprimis experta est gratiam misericordiae: « Misericordia Dei in anima mea », posuit in capite primi fasciculi diarii. Usque ad finem suae vitae Christo fidem servavit et persécuta est omnia eius mandata ac desideria. Ex toto immersit se in amorem Christi; quod tamen minime impedivit eam fideliter adimplere omnia officia laboris et socialis communionis. Maria Faustina conscia fuit se esse missam a Christo cum Eius misericordia.

Unusquisque sanctorum unam praecipue proprietatem Dei in sua vita perficere conatur, Maria Faustina desiderio sponsali cupivit ac quaesivit in se proprietatem misericordiae Christi ingenerare. Finis eius vitae fuit benedicere misericordiae Christi eamque glorificare, oculis misericordiae, corde misericordi omnes homines aspicere.

Amore Christi infiammata modo heroico cum ardore, constantia ac perseverantia suum iter spirituale perfecit. Instrumentum docile in manibus superiorum in multis domibus Congregationis in laboribus humillimis constanti alacritate excellebat. Sanctitas Mariae Faustinae eximie apta est nostris temporibus praecipue ob eius simplicitatem, quae accessibilem omni homini imitationem misericordiae Christi reddit et quae in eius vita abscondita apparet. Lampade amoris Christi misericordis accensa ac munita vitam aeternam ingressa est die quinto mensis Octobris anno MCMXXXVIII, trigesimum tertium annum nata.

Canonizationis Causa Servae Dei Mariae Faustinae apud Curiam Cracoviensem inchoata est anno MCMLXV. His completis quae ius praescribit, Nobis coram, die octavo mensis Februarii anno MCMXCII decretum prodiit, quo agnovimus Dei Servam heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque annexas exercuisse. Apud Curiam interea Cracoviensem et Bostoniensem inquisitio peracta est de sanatione quadam mira, anno MCMLXXXI peracta et Dei Servae intercessioni adscripta. Cum autem felicem exitum habuissent suetae inquisitiones, die vicesimo primo mensis Decembris anno

MCMXCii decretum super miro promulgatum est. Statuimus igitur ut beatificationis ritus die duodevicesimo mensis Aprilis anno MCMXCIII celebraretur.

Hanc igitur hoc die in foro ad Basilicam Vaticanam Sancto Petro Apostolo dicatam spectante inter sacra diximus formulam: « Nos, vota Fratrum Nostrorum Michaelis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, Richardi Mariae Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis et Francisci Macharski, Archiepiscopi Cracoviensis necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Ludovicus a Casaurea, Paula Montai Fornés a Sancto Iosepho Calasanctio, Maria Angela Truszkowska et Faustina Kowalska, Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum die ipsorum natali: Ludovici a Casaurea die tricésima mensis Martii; Paulae Montai Fornés a Sancto Iosepho Calasanctio die vicesima sexta mensis Februarii, Mariae Angelae Truszkowska die decima mensis Octobris et Faustinae Kowalska die quinta mensis Octobris in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae autem his decrevimus Litteris nunc et in posterum vim habere volumus rebus quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvm mensis Aprilis, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 336.579

II

Venerabili Servae Dei Mariae Crucifixae Satellico Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Christo confixus sum cruci: vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus» *(Gal* 2, 20). «Vita Christi», quam Paulus Apostolus experiebatur in se, vita est etiam omnis, qui, in spiritu fidei seipsum abnegat, tollit crucem suam et prompta cum alacritate Dominum Iesum sequitur (cf. *Lc* 9, 23) vitam vivens ab eo omnino animatam. Mirum eiusmodi vitae exemplum splendet in Maria Crucifixa Satellico.

Venetiis orta die xxxi mensis Decembris anno MDCCVI Maria Crucifixa pueritiam egit et adulescentiam precocem adhibens intellegentiam in christianis officiis colendis, in bonis lectionibus et in musica. Tredecim annos nata a Clarissis monasterii Ostrae Veteris, in dioecesi Senogalliensi positae, est excepta, tamquam cantus liturgici moderatrix. In eodem monasterio, novitiatu peracto, professionem fecit anno MDCCXXVI.

Sanctitatem vehementer appetens, suum religiosae contemplativae munus explevit impensa cum generositate se continuae deprecationi dedens austeraeque paenitentiae, magis in dies se Christi passioni pro mundi salute coniungens. Vitam suam theologalem cum consiliorum evangelicorum professione, quae exercebat in Beatae Virginis Mariae imitatione, congruenter consociabat, ad effectum adducens caritatis perfectae exemplar eximium, quod, sicut in Sancto Francisco et in Sancta Clara, apparebat in seraphico ardore erga Deus Patrem in Iesu Crucifixo atque in amore fraterno erga omnes Cruce Domini redemptos.

In eius sublimis contemplationis Mysterii Crucis vita multae fuerunt strenuae luctationes, semper quidem victrices, contra temptationes, crebras insidias et vexationes inimici; sed etiam singularia supernaturalia dona et mystica phaenomena, peculiaris divinae caritatis signa. Electa abbatissa, auctoritatem exercuit in impensi servitii spiritu, ut monasterii spiritalem aleret vitam utque sorores sodales in perfectionis itinere deduceret.

Praeterea dioecesim Altanam suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Pacensi in Bolivia eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Pacensis in Bolivia subicimus iisdem iuribus, privilegiis, insignibus et honoribus ornatum atque oneribus et officiis adstrictum, quibus dioecesani Praesules fruuntur atque adstringuntur. Mandamus insuper ut quam primum ibi Collegium Consultorum ad normam iuris communis constituatur qui Episcopo, consilio et opera, valido sint auxilio. Congruae quidem ac dignae sustentationi Praesulis novae dioecesis provideatur Curiae emolumentis, fidelium oblationibus ac portione bonorum, quae eidem debent obvenire e divisione ad normam canonis 122 Codicis Iuris Canonici facienda quaeque hactenus ad patrimonium archidioecesis Pacensis in Bolivia pertinuerunt. In iis autem quae spectant ad Seminarii dioecesani aedificationem atque candidatorum ad sacerdotium institutionem, serventur praescripta iuris communis, habita praesertim ratione normarum ac regularum a Congregatione de Institutione Catholica statutarum; suoque tempore selecti sacerdotes sua studia completuri, Romam mittantur. Quod vero attinet ad conditae dioecesis regimen, bonorum ecclesiaticorum administrationem, dioecesani Administratoris « sede vacante » electionem, fidelium iura et onera aliaque id genus, quae sacri canones praescribunt ad amussim serventur. Simul ac dioecesis erectio ad effectum deducta fuerit, eo ipso sacerdotes illi adscripti censeantur Ecclesiae in cuius territorio ecclesiasticum officium detinent; ceteri autem clerici Seminariique alumni incardinati maneant vel incardinentur Ecclesiae in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Acta et documenta, quae ad noviter constitutam dioecesim eiusque clericos, fideles et bona temporalia forte respiciunt, a Curia archidioecesis Pacensis in Bolivia ad Curiam Altanam quam primum transmittantur. Haec, quae statuimus, perficienda committimus Venerabili Fratri Ioanni Tonucci, quem diximus, vel, absente eo, illi, qui curat negotia Apostolicae Nuntiaturae in Boliviana Natione, eisdem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis, cum primum fas erit, remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quinto et vicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

83 BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Franciscus Chiaurri, ***Protonot. Apost.***
Antonius Macculi, ***Protonot. Apost. s.n.***

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 353.664

III

PORTUS CABELLENSIS

In Venetiola nova conditur dioecesis Portus Cabellensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sollicitus de spirituali bono suorum fidelium, quorum numerus hisce temporibus est auctus, Venerabilis Frater Georgius Liberatus Urosa Savino, Archiepiscopus Metropolita Valentinus in Venetiola, audita Conferentia Episcopali eiusdem Nationis, ab hac Apostolica Sede petivit ut quodam seiuncto territorio a circumscriptione ecclesiastica sua nova dioecesis con-

deretur. Nos vero, favente quoque eidem rei Venerabili Fratre Oriano Quilici, Archiepiscopo titulo Tablensi, in memorata Natione Nuntio Apostolico, de consilio Congregationis pro Episcopis enixas preces libenter audiendas esse putavimus. Summa igitur Nostra potestate, sequentia decernimus: ab archidioecesi Valentina in Venetiola separamus integrum territorium municipiorum nuncupatorum «Puerto Cabello» et «Juan José Mora» atque ex ita distracto territorio novam constituimus dioecesim Portus Cabellensis appellandam, quae iisdem limitabitur finibus, quibus praedicta municipia simul sumpta, prout in civili lege exstant, nunc terminantur. Sic conditae Ecclesiae sedem in urbe « Puerto Cabello » ponimus, ibique situm templum, Deo in honorem Sancti Ioseph dicatum, ad gradum et dignitatem ecclesiae cathedralis evehimus cuique propria insignia, privilegia et honores tribuimus. Praeterea dioecesim Portus Cabellensis suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Valentinae in Venetiola eiusque pro tempore Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Valentini in Venetiola subicimus iisdem iuribus, privilegiis, insignibus et honoribus ornatum atque oneribus et officiis adstrictum, quibus Praesules Ordinarii locorum fruuntur atque adstringuntur. Mandamus insuper ut quam primum ibi Collegium Consultorum ad normam iuris constituatur qui Episcopo, consilio et opera, valido sint auxilio. Congruae quidem ac dignae sustentationi Praesulis novae dioecesis provideatur Curiae emolumentis, fidelium oblationibus ac portione bonorum, quae eidem obvenire debent e divisione ad normam canonis 122 C.I.C. facienda quaeque hactenus ad mensam episcopalem archidioecesis Valentinae in Venetiola pertinuerunt. In iis autem quae respiciunt ad Seminarii dioecesani aedificationem adque sacrorum alumnorum institutionem, serventur quidem praescripta iuris communis, habita praesertim ratione normarum ac regularum a Congregatione de Institutione Catholica statutarum; suoque tempore selecti Seminarii dioecesani alumni philosophicis ac theologicis disciplinis imbuendi, necnon sacerdotes sua studia completuri, Romam mittantur. Quod vero attinet ad conditae dioecesis regimen, bonorum ecclesiasticorum administrationem, dioecesani Administratoris « sede vacante » electionem, fidelium iura et onera aliaque id genus, quae canones Codicis Iuris Canonici praescribunt ad amussim serventur. Simul ac dioecesis erectio ad effectum deducta fuerit, eo ipso sacerdotes illi adscripti censeantur Ecclesiae in cuius territorio ecclesiasticum officium detinent; ceteri autem clerici Seminariique alumni incardinati maneant vel incardinentur Ecclesiae in cuius territorio legitimum habent domicilium. Acta et documenta quae ad noviter constitutam dioecesim eiusque clericos, fideles et bona temporalia pertinent, a Curia Valentina in Venetiola ad

Curiam Portus Cabellensis quam primum transmittantur. Haec, quae statuimus, perficienda committimus Venerabili Fratri Oriano Quilici, quem diximus, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis, de more remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quinto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

ffi ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

£8 BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n.. 353.802

LITTERAE APOSTOLICAE

I

In Regno Cambogiae Nuntiatura Apostolica conditur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad aptius fovendas et confirmandas publicas necessitudinis rationes, quae inter hanc Apostolicam Sedem et Regnum Cambogiae hoc ipso die feliciter sunt initae, simulque ad efficacius consulendum catholicae Ecclesiae operi et incremento necnon spirituali bono Christifidelium illic degentium, Nobis peropportunum videtur in memorato Regno Apostolicam Nuntiaturam condere. De communi igitur utriusque partis voto, audita quoque Congregatione pro Gentium Evangelizatione, summa Nostra potestate harumque Litterarum virtute in Regno Cambogiae Nuntiaturam Apostolicam constituimus, factis omnibus iuribus, privilegiis, honoribus, praerogativis et indultis, quae huiusmodi Legationum, praesertim earum sub iurisdictione Congregationis, quam diximus,

propria sunt. Has denique Litteras, in forma Brevis maioris expeditas, nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Martii, in Sollemnitate Annuntiationis Domini, anno MCMXCIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

© ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 355.049

II

Imago Beatae Mariae Virginis, quae sub titulo « Nuestra Señora de Monserrate » in sacrario eiusdem nominis pie colitur, pretioso diademate redimitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Omnibus manifestum est a primordiis evangelizationis Americae Beatam Virginem Mariam vehementer ibi auxiliari, qua de causa a populo fideli prolixe colitur. Inter antiquiores Dei Genericis aedes enitescit sacrarium v.d. « Nuestra Señora de Monserrate », dioecesis Maiaguezensis Patronae, quod etiam totius Portus Divitis Nationis est sanctuarium universosque Portudivitenses iam a saeculis circa dilectam Matrem et Dominam congregat.

Igitur, petente Excellentissimo Domino Ulixe Aurelio Casiano Vargas, Episcopo Maiaguezensi, qui litteris die xxvin mensis Aprilis hoc anno datis communia vota cleri et Christifidelium expromit, concedimus libentes ut pulchra multisque gratiis praeclara imago Beatae Mariae Virginis, quae sub titulo « Nuestra Señora de Monserrate » in sacrario eiusdem nominis pie colitur, Nostro nomine et auctoritate pretioso diademate redimiri possit. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvm mensis Iulii, anno MCMXCIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 353.211

ALLOCUTIO

Ad Panamenses episcopos sacra limina visitantes *

Queridos Hermanos en el episcopado:

1. Con ocasión de vuestra visita *ad Limina,* el Señor nos concede hoy la gracia de este encuentro, que es testimonio elocuente de vuestra unión con el Sucesor de Pedro y en el que se fortalecen los vínculos de caridad de nuestro ministerio, como continuación de la misión encomendada por el mismo Cristo a los Apóstoles. Esta unidad, que hoy expresamos de manera visible, es fuente de consuelo para nosotros en el ministerio que se nos ha confiado y, a la vez, garantía y aliento para los amadísimos fieles de Panamá, que pueden ver vuestro servicio pastoral como nacido verdaderamente del Espíritu del Señor, que acompaña y dirige en todo momento a su Iglesia.

Deseo agradecer vivamente las amables palabras que Mons. Marcos Gregorio McGrath, Arzobispo de Panamá y Presidente de la Conferencia Episcopal, ha querido dirigirme en nombre de todos y que expresan también el afecto y cercanía del querido pueblo panameño al Sucesor de Pedro.

Los coloquios personales con cada uno de vosotros, junto con las relaciones quinquenales, me han servido para acercarme con mayor conocimiento a la realidad de vuestras diócesis, con sus luces y sombras, pero siempre animadas por el estímulo de vuestro celo pastoral por conseguir en vuestras comunidades eclesiales esa renovación auténtica de toda la vida cristiana, según las directrices del Concilio Vaticano II.

En este encuentro conclusivo de vuestra visita *ad Limina,* amados Hermanos, me siento particularmente cercano a vosotros « con lazos de unidad, de amor y de paz »[1] como Pastor de toda la Iglesia,[2] y quiero compartir algunas reflexiones que os acompañen en vuestra solicitud en favor de las comunidades que el Señor ha confiado a vuestro cuidado.

2. En un documento colectivo reciente titulado « Nueva evangelización y sociedad panameña », habéis querido trazar las líneas pastorales que han de alentar y dirigir la acción evangelizadora en vuestro País en este final

*** Die 20 m. Ianuarii a. 1994.**

[1] ***Lumen gentium,* 22.**

[2] **Cf. *ibid.***

de milenio. Me complace vivamente constatar que el trabajo común, tanto en el seno de la Conferencia como en vuestras respectivas diócesis, se propone impulsar una renovada pastoral de evangelización. En efecto, ha llegado el momento de desplegar con nuevo vigor la acción de la Iglesia con decisión y audacia apostólica, pues los retos de los tiempos actuales y los problemas con que se enfrenta vuestra patria panameña demandan una presencia más incisiva de los valores cristianos. Vuestra tarea, pues, es hacer que la verdad sobre Cristo y la verdad sobre el hombre penetren aún más profundamente en todos los estratos de la vida individual y social de Panamá y la transformen.

Como habéis reiterado en numerosas ocasiones, amados Hermanos, la Iglesia está llamada a iluminar, desde el Evangelio, todos los ámbitos de la vida del hombre y de la sociedad, sin excluir la dimensión moral y social. Como señalaba en mi reciente encíclica *Veritatis splendor,* « la contraposición, más aún, la radical separación entre libertad y verdad es consecuencia, manifestación y realización de otra más grave y nociva dicotomía: la que se produce entre fe y moral ».[3] Por ello, en el documento colectivo antes citado, habéis puesto especialmente de relieve la necesidad de coherencia entre fe y vida. « La fe es una decisión que afecta a toda la existencia: es encuentro, diálogo, comunión de amor y de vida del creyente con Jesucristo, Camino, Verdad y Vida.[4] Implica un acto de confianza y abandono en Cristo y nos ayuda a vivir como él vivió,[5] o sea, en el mayor amor a Dios y a los hermanos ».[6]

3. Por todo ello, entre los objetivos pastorales que se ha propuesto vuestra Conferencia episcopal está el de orientar y armonizar la fe de los cristianos con la propia vida individual y colectiva. Ello reviste una particular importancia si pensamos en la presencia de los cristianos en la vida pública. El Concilio Vaticano II nos recuerda que a los laicos cristianos corresponde el « impregnar y perfeccionar todo el orden temporal con el espíritu evangélico »,[7] ejerciendo « su apostolado en el mundo a manera de fermento ».[8] Es especialmente necesaria en nuestro tiempo la presencia activa de los laicos cristianos en las realidades temporales con todo el vigor profético y testimonial que los valores religiosos le imprimen.

[3] N. 88,,
[4] Cf. *Jn* 14, 6.
[5] Cf. *Gal* 2, 20.
[6] *Veritatis splendor,* 88.
[7] *Apostolicam actuositatem,* 5.
[8] *Ibid.,* 2.

Mirando a la realidad de Panamá, vemos que se hace cada vez más necesaria la presencia activa de un laicado adulto, que sepa comprometerse decididamente en lo social y que sea capaz de superar el individualismo y anteponer siempre el bien común a los egoísmos e intereses de parte. Estoy convencido de que, en la medida en que los laicos cristianos vivan más abiertos a la presencia y a la gracia de Dios en lo profundo de su corazón, serán más capaces de ofrecer a sus hermanos el testimonio de una vida renovada, tendrán la libertad y la fuerza de espíritu necesarias para transformar las relaciones sociales y la sociedad misma según los designios de Dios.

Para hacer presente en medio del mundo los valores del Evangelio, los cristianos necesitan estar firmemente enraizados en el amor de Dios y en la fidelidad a Cristo tal como se transmiten y se viven en la Iglesia. Quiero, por ello, exhortaros a intensificar la catequesis a todos los niveles, de manera que los fieles hallen una verdadera guía a la vida cristiana, desde sus aspectos mas íntimos de conversión personal a Dios hasta el desarrollo de la vida comunitaria, sacramental y apostólica.

4. En esta labor de educadores de la fe os animo a que prestéis una particular atención a los jóvenes. Es necesario que la comunidad cristiana y todos los sectores pastorales apoyen con especial interés aquellas iniciativas que contribuyan a la formación cristiana de los jóvenes y a su participación activa en la vida de la Iglesia, sin olvidar la perspectiva vocacional. A este propósito, es de suma importancia la labor de los educadores en los centros de enseñanza, la dedicación de los sacerdotes, religiosos y religiosas y seglares adultos comprometidos en el apostolado con los jóvenes.

Ciertamente que una consecuente pastoral juvenil ha de prestar una atención prioritaria a la familia, « iglesia doméstica », donde la semilla del Evangelio ha de hacerse fecunda. En este Año internacional de la Familia, que acabamos de iniciar, deseo reiterar las palabras que dirigí al amado pueblo panameño durante mi inolvidable visita apostólica: « El cristiano auténtico... habrá de decir no a la unión no santificada por el matrimonio y al divorcio; no a la esterilización, máxime si es impuesta a cualquier persona o grupo étnico por razones falaces; no a la contracepción y no al crimen del aborto que mata al ser inocente. El cristiano cree en la vida y en el amor. Por eso dirá sí al amor indisoluble del matrimonio; sí a la vida responsablemente suscitada en el matrimonio legítimo; sí a la protección de la vida; sí a la estabilidad de la familia ».[9] De modo particular, los laicos

[9] *Discurso a las familias,* **Panamá 5-3-1983, 8.**

creyentes, hombres y mujeres, están llamados a dar testimonio de vida familiar cristiana y defender los valores de esta célula primordial de la sociedad frente a las amenazas de los tiempos presentes.

5. En esta ingente tarea que representa la nueva evangelización contáis, en primer lugar, con la colaboración de vuestros sacerdotes. Ellos, como nos lo recuerda el Concilio Vaticano II, son « próvidos cooperadores » del Obispo,[10] servidores del anuncio de la verdad salvifica, maestros y guías responsables de santidad, coordinadores de comunión. Los tiempos actuales requieren sacerdotes dispuestos al sacrificio, formados en el espíritu de oración y de trabajo, con una seria preparación en las ciencias eclesiásticas, entusiasmados con el ideal del servicio a Cristo y a la Iglesia en el ejercicio del ministerio.

Sea vuestro trato con los sacerdotes como el de un padre, hermano, amigo. Apoyadles y confortadles en sus tareas pastorales y en su vida personal. Ante la cercanía del Obispo, el sacerdote se siente animado a vivir con alegría y dedicación su vocación de seguimiento a Cristo y de amor incondicional a la Iglesia. Igualmente, fomentad el espíritu de colaboración con los religiosos y religiosas, que en gran manera contribuyen a difundir y consolidar el mensaje del Evangelio en vuestras diócesis. Como señala la Exhortación Apostólica *Evangelii nuntiandi,* a ellos « se les encuentra no raras veces en la vanguardia de la misión y afrontando los más grandes riesgos para su santidad y su propia persona

6. Me complace comprobar que la formación espiritual, disciplinar e intelectual de los candidatos al sacerdocio y a la vida religiosa es objeto de particular atención por parte del Episcopado panameño. Motivo de gozo es el florecimiento de los Seminarios menores en vuestro País. El Señor está suscitando numerosas vocaciones y es consolador ver la vitalidad de esos prometedores centros de formación espiritual y humana. Como señalaba en la Exhortación Apostólica *Pastores dabo vobis,* « una larga experiencia demuestra que la vocación sacerdotal tiene, con frecuencia, un primer momento en los años de la preadolescencia o en la juventud. E incluso en quien decide su ingreso en el Seminario más adelante, no es raro constatar la presencia de la llamada de Dios en períodos muy anteriores ».[12] Os aliento, pues, a cuidar con todo esmero esas esperanzadoras promesas para vuestras diócesis, que son los Seminarios menores.

[10] Cf. *Lumen gentium,* 28.
[11] N. 69.
[12] N. 63.

La formación integral en los Seminarios habrá de llevar, ante todo, a la experiencia personal con el Señor, a formarse sólidamente en el campo humano, científico y pastoral para ser verdaderos « ministros de Cristo y dispensadores de los misterios de Dios ».[13] Ya desde el Seminario, el candidato al sacerdocio ha de sentir la solicitud personal y la cercanía de su Pastor, creándose de este modo una relación de amistad que luego se consolidará en el lazo fraterno del Obispo con su presbiterio.

7. Uno de los motivos de preocupación para vosotros, Pastores de la Iglesia en Panamá, es la difícil realidad social por la que atraviesa hoy vuestro País, donde muchas personas y familias sufren marginación y pobreza. Vosotros tocáis de cerca la situación angustiosa de tantos hermanos que carecen de lo necesario para una vida auténticamente humana. Por todo ello, movidos por vuestra solicitud pastoral, no habéis dejado de mostrar particular atención a lo social, pues ello forma « parte de la misión evangelizadora de la Iglesia ».[14] Pienso, en esta circunstancia, en determinados sectores de la población panameña particularmente desprotegidos, como son los indígenas, afroamericanos y campesinos, a los cuales la Iglesia ha de mostrar su amor preferencial, como ha querido reafirmar la IV Conferencia General del Episcopado Latinoamericano.

8. El Papa os agradece vivamente, queridos Hermanos, vuestra abnegada labor en favor de las Iglesias particulares que el Señor ha confiado a vuestros cuidados, vuestra cercanía y solicitud por quienes más sufren. El pueblo de Dios en Panamá espera y necesita vuestra guía doctrinal para poder así purificar y afianzar en la verdad sus hondas creencias religiosas. Al mismo tiempo, necesita vuestras orientaciones para saber cómo actuar y defenderse frente a la actividad proselitista de las sectas. En vuestro documento colectivo « Las opciones pastorales de la Iglesia en Panamá » hacéis notar con preocupación que « uno de los grandes problemas de la proliferación de los nuevos grupos religiosos es su interpretación caprichosa de la Biblia y de la tradición cristiana, como también la fragmentación de la unidad que identifica y constituye al pueblo. Nuestra fe, en lugar de ser motivo de unión y solidaridad creciente entre todos los estratos de nuestro pueblo —señaláis—, se está tornando en causa de división y de distanciamiento entre los que deberíamos considerarnos miembros de una sola familia o comunidad humana en Cristo ».[15]

[13] *1 Cor 4,* 1.
[14] *Sollicitudo rei socialis,* 41
[15] N. 50.

Antes de concluir este encuentro deseo recordar las palabras que, hace diez años, dirigí a todos los panameños durante el acto de despedida en el aeropuerto de Tucumen: « En la sede de vuestra más alta institución nacional sé que se hallan cinco estatuas de bronce que representan las cualidades que han de acompañar a todo hijo de esta tierra: el trabajo, la constancia, el deber, la justicia y la ley. Que esos valores básicos de la persona y de la sociedad se vean incrementados por la riqueza espiritual y, sobre todo, por una fe cristiana que inspire vuestra convivencia y conducta hacia metas cada vez más altas ».[16] Quiera Dios que las raíces cristianas del noble pueblo panameño infundan en todos una esperanza viva y un dinamismo nuevo, que les lleve a superar las dificultades del momento presente y asegure un porvenir de creciente progreso espiritual y humano.

Al volver a vuestras diócesis os ruego que transmitáis a los sacerdotes, religiosos, religiosas y fieles el saludo entrañable del Papa, que en todos piensa y por todos ora con gran afecto. A la intercesión de Nuestra Señora de la Antigua encomiendo vuestras personas e intenciones pastorales, para que llevéis a cabo la tarea de una nueva evangelización que prepare los corazones a la venida del Señor.

Con estos deseos os acompaña mi plegaria y mi Bendición Apostólica.

Discurso de despedida, **Panamá 5-3-1983, 3.**

NUNTIUS

Litterae Familiis datae ipso volvente sacro Familiae anno MCMXCIV

Carissimae Familiae!

1. Gratissimam sane subministrat mihi Familiae Annus occasionem pulsandi ostia domuum vestrarum, quandoquidem vos singillatim consalutare cupio magno amoris adfectu atque vobiscum pariter sermocinari. Hac epistula illud efficio, a vocibus nempe iis profectus litterarum encyclicarum *Redemptor hominis* inscriptarum, quas primis quidem ministerii mei Petriani divulgavi diebus, ubi sum elocutus: « Hic ipse homo est... prima et praecipua Ecclesiae via

Vocabulis illis ante omnia multiplices indicare volui vias, quibus homo procedit, eodemque etiam tempore inculcare quam esset viva magnaque Ecclesiae voluntas comitandi homines has vitae terrestris suae semitas percurrentes. Laetitiarum scilicet atque exspectationum consortem se praestat Ecclesia, luctuum atque angorum terrenae hominum peregrinationis,[2] cum sibi penitus habeat persuasum Christum ipsum eam induxisse hos in tramites: ipse Ecclesiae concredidit hominem, quem veluti « viam » ipsius muneris ministeriique commendavit.

2. Complures inter vias istas, prima est familia eademque maximi momenti: communis nimirum via, quamvis particularis et unica restet quaeque repeti non possit, perinde atque haud potest quisquam repeti homo; via porro a qua homo sese seiungere nequit. Nam intra familiam plerumque is nascitur, unde iure dici licet familiae ipsi acceptum esse referendum quod quis uti homo exsistat. Quotiens familia desideratur, in persona hunc ingrediente orbem timenda quaedam oritur ac dolorosa lacuna, quae totam deinceps gravabit vitam. Ecclesia ideo adest benevola cum sollicitudine omnibus qui degunt similibus in vitae condicionibus, cum probe noverit principales illas partes quas vocatur familia ut exsequatur. Scit ea insuper exire plerumque hominem e familia ut ipse vicissim novum intra familiarem nucleum suae vitae expleat vocationem. Etiamsi solus in vita manere maluerit, superest tamen familia veluti necessarius quidam eius finiens or-

[1] Litt, Enc. *Redemptor hominis* (4 Martii 1979), 14: *AAS* 71 (1979), 284-285.

[2] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const.. past de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 1.

bis, haud secus ac primaria illa societas, in qua tota socialium necessitudinum summa agit radices, a proximis et vicinis ad longinquas usque. Nonne loquimur fortasse de « humana familia », cum homines cunctos in terris incolentes significamus?

Eodem illo ex amore familia suam ducit originem quo orbem effectum amplectitur Conditor, quem ad modum « in principio » iam est enuntiatum apud Genesis librum (1, 1). In Evangelio hoc Iesus summopere confirmat: «Sic... dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret» ***(Io*** 3, 16). Unigenitus Filius consubstantialis Patri, « Deus de Deo, lumen de lumine », hominum in historiam est ingressus per familiam: « Filius Dei incarnatione sua cum omni homine quodammodo Se univit. Humanis manibus opus fecit... humano corde dilexit. Natus de Maria Virgine vere unus ex nostris factus est, in omnibus nobis similis excepto peccato ».[3] Si igitur Christus « hominem ipsi homini plene manifestat »,[4] in primis id a familia incipiens facit ubi nasci voluit atque adolescere. Constat magnam vitae suae partem Redemptorem transegisse abdito in Nazareth recessu, « subditum » ***(Lc*** 2, 51) ut « filium hominis » matri suae Mariae fabroque Iosepho patri. Nonne haec eius filialis « oboeditio » prima iam est declaratio illius oboedientiae Patri « usque ad mortem » ***(Philp*** 2, 8), qua nempe orbem redemit?

Quapropter divinum Incarnationis Verbi mysterium cum familia ipsa humana artissime cohaeret: neque vero solum cum una, videlicet Nazarethana, sed quadamtenus quaque cum familia, perinde atque Concilium Vaticanum II de Dei Filio pariter adseverat, qui incarnatione sua « cum omni homine quodammodo Se univit ».[5] Christum secuta, qui inter homines « venit ut ministraret » (cf. *Mt* 20, 28), ministerium pro familia aestimat Ecclesia unum suorum munerum necessariorum seu essentialium. Sic tam homo quam familia « Ecclesiae viam » efficiunt.

3. Has omnino ob causas laetissima quidem agnoscit Ecclesia coeptum illud Nationum Unitarum ut annus MCMXCIV Internationalis Familiae Annus commemoraretur. Luculenter hoc consilium illustrat quantum ponderis ac momenti prae se ferat tota familiaris quaestio singulis illis civitatibus quae ad eandem pertinent Nationum Consociationem. Quod si participem

[3] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis ***Gaudium et spes, 22.***

[4] ***Ibid.***

[5] ***Ibid.***

se illius rei cupit esse Ecclesia, propterea id agit quia a Christo ipsa quondam est ad « omnes gentes » missa (*Mt* 28, 19). Ceterum non primum nunc suam reddit Ecclesia inceptionem quandam Nationum Unitarum. Meminisse sufficiat verbi gratia MCMLXXXV Internationalem Iuventutis Annum. Hac ratione etiam praesentem se in huius aetatis orbe sistit, ad effectum sententiam deducendo Pontifici Ioanni XXIII caram necnon incitatricem conciliaris Constitutionis *Gaudium et spes.*

In festivitate Sacrae Familiae anno MCMXCIII initus est cunctam per ecclesialem communitatem « Familiae Annus » proprius tamquam unus ex admodum significantibus passibus totius itineris ad Magnum Iubilaeum anni bis millesimi comparandum, quod simul huius saeculi finem simul millennii tertii a Iesu Christi ortu principium signabit. Iste porro annus mentes nostras dirigat oportet et animos ad Nazareth, ubi die xxvi mensis Decembris proximi praeteriti ille sollemni eucharistica celebratione est apertus praesidente pontificio Legato.

Interest autem hunc omnem per annum testificationes denuo retegere caritatis curaeque ipsius Ecclesiae in familiam: caritas et cura iam a primis patent Christiani nominis initiis, cum sicut « ecclesia domestica » aestimantur familia. Nostris dein temporibus crebrius illam « ecclesiae domesticae » locutionem repetimus, quam suam effecit Concilium[6] cuiusque doctrina cupimus ut viva usque vigeat et praesens. Neque haec cupiditas deficit propter conscientiam ipsam mutatarum condicionum familiae in huius temporis societate. Propter hoc significantior etiam idcirco fit titulus quem Concilium sua in pastorali Constitutione *Gaudium et spes* destinavit quo officia Ecclesiae hodierno in rerum statu definiret: « De dignitate matrimonii et familiae fovenda deque eius promotione ».[7] Aliud praeterea magnae gravitatis miliarium post Concilium stat postsynodalis Adhortatio Apostolica cui nomen *Familiaris consortio,* anno MCMLXXXI foras data. Illo nempe in documento ampla reperitur multiplexque experientia familiam tangens, quae, vel inter gentes ac civitates diversas, ubique semper omnibus locis « Ecclesiae via » remanet. Certo quodam modo talis ea multo magis evadit ibi omnino ubi familia interiora subit discrimina aut impulsibus obicitur culturalibus, socialibus et oeconomicis perniciosis, quae intimae eius minitantur cohaerentiae, si non vel ipsius prorsus obstant constitutioni.

[6] Cf. Const.. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 11.

[7] Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* pars II, cap. I.

4. Hisce ego litteris in animo habeo compellare non quamlibet « in re abstracta » familiam, sed unamquamque veram solidamque familiam cuiuslibet terrarum regionis, ad quamcumque longe lateque provinciam pertinet, quantumvis multiformis sit ipsius varietas culturae atque historiae. Dilectio illa qua « dilexit Deus mundum » *(Io* 3, 16) quaque Christus « in finem dilexit», quemque atque universos *(Io* 13, 1), sinit ut nuntius hic omni familiae intendatur velut vitali cuidam « cellulae » magnae universalisque hominum « familiae ». Rerum conditor Pater atque Verbum incarnatum, hominis Redemptor, fontem statuunt huius latissimae apertionis hominibus tamquam fratribus et sororibus, atque impellunt ut singuli illa precatione comprehendantur quae a dulcissimis verbis incipit: « Pater noster ».

Efficit namque precatio ut Dei Filius inter nos commoretur: « Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum » *(Mt* 18, 20). Haec epistula ad Familias vult in primis imploratio esse Christo conversa, ut apud quamque familiam humanam maneat: invitatio scilicet Ei porrecta, ut parvam per parentum filiorumque familiam incolat ipse inter amplissimam nationum familiam, unde omnes cum Eo vere dicere possimus: « Pater noster! » Fiat precatio necesse est elementum praecipuum Anni Familiae in Ecclesia: precatio ipsius familiae, precatio pro familia, cum familia precatio.

Plurimum nimirum illud significat, quod prorsus in precatione ac per precationem simplicissimo quodam altissimoque modo detegit homo propriam suam naturam ut subiecti: « ego » enim humanum in precatione facilius intellegit suae ipsius personae altitudinem. Quod ad familiam aequabiliter valet quae non principalis tantum societatis « cellula » est, verum suam insuper habet subiecti rationem. Ipsa autem suam praecipuam invenit probationem roboraturque, quotiens familiae partes communi sociantur in prece: « Pater noster ». Precatio spiritalem familiae firmitudinem corroborat ac necessitudinem, dum efficit ut particeps ipsa fiat « fortitudinis » Dei. Intra matrimonii ritum minister celebrans, dum sollemnem « benedictionem nuptialem » persolvit, hisce Dominum vocibus implorat: « Emitte super eos (modo nuptos) Spiritus Sancti gratiam, ut, caritate tua in cordibus eorum diffusa, in coniugali foedere fideles permaneant ».[8] Hac vero de « Spiritus Sancti effusione » interiores profluunt familiarum vires necnon ipsa potestas eas in amore veritateque coniungendi.

[8] ***Rituale Romanum, Ordo celebrandi matrimonium,*** **n. 74, editio typica altera, 1991, p. 26.**

5. Utinam Familiae Annus concinens evadat continuataque precatio omnium « ecclesiarum domesticarum » universique Dei populi! Utinam eadem precatio attingat etiam familias in difficultatibus versantes sive in periculo, familias sine fiducia ac disiectae vel quae in condicionibus iacent quas Adhortatio Apostolica *Familiaris consortio* « abnormes » describit.[9] Omnes utinam sese comprehendi sentiant caritate curaque fratrum et sororum!

Per hunc Familiae Annum reddat in primis precatio hortativum quoddam testimonium de iis familiis quae intra ipsam familiarem coniunctionem suam implent humanae christianaeque vitae vocationem. Tot quidem huius modi sunt quaque in civitate, dioecesi, paroecia! Licet ratio habeatur non paucarum « abnormium condicionum », convenienter tamen colligi potest illas familias prae se ferre normam sive « regulam » communem. Rerum usus porro ostendit quam sit grave officium familiae cum norma morali congruentis, ut homo in ea natus atque educatus, sine dubitationibus viam arripiat boni in corde ipsius semper inscripti. Ad disiungendas vero familias nostris diebus, pro dolor!, varia videntur tendere instituta quae valida habent sua in potestate subsidia. Interdum immo opera dari videtur plane ut aliqui familiae status quasi « ad regulam » et allicientes praebeantur, aliunde additis decoris signis, qui reapse « abnormes » sunt. Etenim ipsi « veritati et amori » adversantur, quae movere ac dirigere debent mutuam inter homines ac mulieres necessitudinem, proindeque contentiones pariunt partitionesque intra familias, gravibus cum consectariis in liberos maxime. Moralis obscuratur conscientia; ea quae bona sunt ac pulchra deformantur, atque in libertatis locum vera subrogatur servitus. His coram omnibus, quam adcommodatae resonant et incitantes apostoli Pauli voces de illa, qua nos liberavit Christus, libertate, deque peccato inducta servitute (cf. *Gal* 5, 1)!

Exinde profecto intellegitur quam sit opportunus immo vero necessarius in ecclesia Familiae annus; quam emergat essentialis cunctarum familiarum testificatio quae suam cotidie vocationem vivunt; quantopere magna familiarum precatio urgeat, quae ubique increscat totumque terrarum pervadat orbem ipsa, et in qua gratiarum peragatur actio de amore in veritate, de « Spiritus Sancti gratiae emissione »,[10] de Christi praesentia parentes inter prolemque: Christi nempe Redemptoris et Sponsi, qui nos « in finem dilexit» (cf. *Io* 13, 1). Intus nobis persuadetur hanc caritatem maio-

[9] Cf. Adh. Ap., *Familiaris consortio* (22 Novembris 1981), nn. 79-84: *AAS* 74 (1982), 180-186.

[10] Cf. *Rituale Romanum, Ordo celebrandi matrimonium,* n 74, ed. cit., p. 26.

rem esse ex his omnibus (cf. *1 Cor* 13, 13), quocirca omnia eam censemus feliciter posse vincere quae non sint caritatis.

Attollatur adsidua hunc annum precatio Ecclesiae, familiarum « ecclesiarum domesticarum » precatio! Atque a Deo in primis audiatur deindeque ab hominibus quoque, ne in dubitationem hi recidant, atque quotquot humanam ob fragilitatem titubant non cedant suasori invitamento bonorum dumtaxat apparentium, qualia in omni suggerantur temptatione.

Apud Canam Galilaeae, quo Iesus in nuptiarum cenam est invitatus, Mater eius pariter adstans famulos monet: « Quodcumque dixerit vobis, facite » *(Io* 2, 5). Nobis, haud secus Familiae annum ingressis, easdem profert Maria voces. Et quod Christo nobis hoc proprio historiae tempore dicit, continet vehementem hortationem ad amplam cum familiis ac pro familiis precationem. Virgo Mater nos incitat ut per hanc precem adiungamur sensibus Filii sui, qui unamquamque diligit familiam. Illum testatus est amorem sui operis in exordio sua ipsius sanctificante apud Galilaeae Canam praesentia, quae etiamnum perseverat.

Pro totius orbis precemur familiis. Per Ipsum et cum Ipso et in Ipso Patrem obtestemur « ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur » *(Eph* 3, 15).

6. Immensus ipseque maxime variatus orbis, animantium omnium summa, inscriptus in Dei paternitate est sua tamquam in origine ac fonte (cf. *Eph* 3, 14-16). Est inibi nimirum inscriptus secundum similitudinis normam, ex qua, ipso iam libri Genesis initio, discernere licet paternitatis ac maternitatis veritatem proindeque humanae etiam familiae. Interpretandi autem modus in ipso principio consistit « imaginis » et « similitudinis » Dei, quod biblica scriptio magnopere effert *(Cri* 1, 26). Sui sermonis vi condit res Deus: «Fiat! » (v.gr. *Gn* 1, 3). Notatu vero dignum illud est quod hoc Dei verbum in homine condendo aliis simul vocabulis completur: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram » *(Gn* 1, 26). Prius quam hominem creet velut in se regreditur Deus, ut exemplum eius instinctumque conquirat suae in exsistentiae mysterio quod hic iam uti « nos » divinum quadamtenus demonstratur. Quo e mysterio, per creationem, exoritur homo: « Et creavit Deus hominem ad imaginem suam; ad imaginem Dei creavit illum; masculum et feminam creavit eos » *(Gn* 1, 27).

Benedicens autem novis creatis dicit Deus: « Crescite et multiplicamini et replete terram et subicite eam» *(Gn* 1, 28). Locutionibus utitur Genesis

liber iam alibi usurpatas intra creationis narrationem aliorum animantium: « multiplicamini »; eorum tamen elucet consimilis sensus. Nonne haec generationis analogia est et paternitatis maternitatisque, quae totam inibi per contextam orationem est legenda? Nullum scilicet animalium, praeter hominem, « ad imaginem et similitudinem Dei » effectum est. Humana paternitas et maternitas, quamvis biologica ratione similes sint aliis in natura animantibus, in se tamen essentiali et exclusivo modo « similitudinem » cum Deo complectuntur, in qua familia stabilitur, accepta uti vitae humanae communitas, communio personarum in amore iunctarum.

Sub Novi Testamenti lumine introspicere licet quo pacto pristinum familiae exemplum conquiri debeat in Deo ipso, in trinitario videlicet eius vitae arcano. Illud namque « Nos » divinum instituit sempiternum humani « nos » exemplum; hoc « nos » in primis constituunt vir ac femina ad imaginem conditi divinamque similitudinem. Libri Genesis verba de homine amplectuntur veritatem cui ipsa hominum respondet experientia. Creatus est « in principio » homo ut mas et femina: vita inde humanae communitatis — a parvis coetibus sicuti a magnis multitudinibus — signum prae se fert priscae huius duplicitatis. Hinc « masculina res » et « feminina » singulorum hominum deducuntur, quem ad modum inde omnis communitas proprias suas haurit divitias mutua in personarum consummatione. Huc porro spectare videtur libri Genesis locus: «Masculum et feminam creavit eos » *(Gn* 1, 27). Prima etiam haec est confirmatio aequalis dignitatis viri et feminae: sunt nempe duo pares personae. Haec eorum constitutio, atque dignitas simul propria inde profecta, iam « ab initio » circumscribunt qualitates communis hominum boni omni in parte provinciaque vitae. Hoc in bonum commune uterque, vir ac femina, operam suam confert, cuius vi in ipso veluti fundamento hominum consortionis detegitur indoles communionis mutuaeque perfectionis.

7. Habita semper familia est prima ac principalis socialis naturae hominis declaratio. Nec suo in nucleo essentiali hic rerum prospectus immutatus est hodie. Atqui Nostris quidem diebus extollere malunt quid in familia, quae minimam efficit maximeque pristinam hominum communitatem, importetur ab ipsis viro ac femina. Personarum namque ea est communitas, quibus genus proprium exsistendi vivendique una simul communio est: nimirum communio personarum. Hic aequaliter, dum in tuto omnino collocatur plene Conditoris transcendentia quod spectat ad rem creatam, exemplum exoritur illius « Nos » divini. Personae dumtaxat vivere « in communione » valent. Ex conubiali ipsa coniunctione, quam Concilium Vaticanum II

tamquam « foedus » definit, ubi coniuges « sese mutuo tradunt atque accipiunt »,[11] suum demum accipit exordium familia.

Genesis Liber nos ad hanc recludit veritatem, dum familiae per conubium enarrans constitutionem affirmat: « Relinquet vir patrem suum et adhaerebit uxori suae; et erunt in carnem unam » *(Gn 2,* 24). Cum Pharisaeis dein disputans Christus eadem repetit verba atque addit: « Itaque iam non sunt duo sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet » *(Mt* 19, 6). Denuo regulam patefacit alicuius facti quod « ab initio » *(Mt* 19, 8) exsistit in seque semper talem adservat doctrinam. Si vero «nunc» illam confirmat Magister, id nempe facit ut, in Novi Foederis limine, claram reddat indubiamque matrimonii indolem indissolubilem tamquam communis familiarum boni fundamentum.

Cum genua flectimus ad Patrem, ex quo omnis paternitas ac maternitas nominantur (cf. *Eph* 3, 14-15), conscii nobis evadimus ipsum « esse parentes » eventum praeberi quo familia, iam conubiali constituta foedere matrimonii, « omnino proprieque »[12] efficiatur. Paternitatem porro necessario continet maternitas ac vicissim maternitatem involvit paternitas: fructus namque est duplicis naturae quam Conditor homini « ab initio » est largitus.

Duas memoravi inter se coniunctas notiones, verum haud eiusdem significationis: « communionis » videlicet atque « communitatis ». « Communio » respicit necessitudinem inter « ego » et « tu ». « Communitas » autem excedit hanc rationem tenditque ad « societatem », ad « nos ». Hinc familia velut personarum communitas prima est hominum « societas ». Tum enim enascitur, cum matrimonii coniugale perficitur foedus, quo ad plenam amoris vitaeque communionem coniuges aperiuntur, ac plene consummatur proprieque liberorum generatione: coniugum « communio » familiarem gignit « communitatem ». Pervaditur autem penitus haec familiaris « communitas » iis rebus quae propriam « communionis » naturam componunt. Num inter homines altera quaevis « communio » exsistere potest illi par quae inter matrem filiumque constituitur, quem in utero gerit in lucemque denique prodit?

Intra sic institutam familiam nova quaedam demonstratur unitas, in qua ratio « communionis » parentum usquequaque completur. Docet praeterea ipsum rerum experimentum hanc completionem secum etiam obligationem inferre ac provocationem. Obligatio tangit coniuges suum primum exsequentes pactum. Geniti ab iis liberi debent idem confirmare foedus

[11] **Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 48.**

[12] **Adh. Ap. *Familiaris consortio* (29 Novembris 1981), 69: *AAS* 74 (1982), 165.**

— haec provocatio est — dum locupletare augentque patris ac matris conubialem communionem. Quod si non evenit, interrogari licet sitne fortasse egoismus qui ob hominum in malum proclivitatem etiam in amore viri ac feminae latet, valentior quam hic amor. Coniuges oportet sibi huius rei memores sint. Necesse quidem est iam a principio habeant illi animos mentesque in illum intentas Deum, « ex quo omnis paternitas nominatur », ut paternitas eorum ac maternitas eodem de fonte vim sumant potestatemque sese perpetuo in amore renovandi.

Peculiarem amoris confirmationem in se ipsae paternitas et maternitas commonstrant, cuius amplitudinem detegere patiuntur altitudinem primigeniam. Haud tamen hoc sua sponte contingit. Id enim munus utrique potius concreditur viro atque uxori. Eorum quidem in vita paternitas maternitasque « novitatem » adierunt atque ubertatem adeo excelsam ut ad eam nemo accedere valeat nisi « genua flectens ».

Rerum usus docet hominum amorem, suapte natura ad paternitatem ordinatum et maternitatem, permagno interdum discrimine adfligi proindeque gravibus exponi periculis. Iis in casibus itaque perpendi debebit beneficiorum usus ex officiis consultatoriis pro matrimonio et familia, per quae adiumenta etiam peti poterunt psychologorum ac psychotherapeutarum ad hoc proprie instructorum. Verumtamen oblivisci nefas est Apostoli voces semper valere: « Flecto genua mea ad Patrem, ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur ». Conubium, matrimonium, sacramentum, personarum foedus est in amore. Augeri potest amor custodirique dumtaxat Amore, illo videlicet « diffuso in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis » *(Rom* 5, 5). Nonne ideo per hunc Familiae annum preces sunt dirigendae in rem tanti profecto discriminis ac momenti qualis est transitio a coniugali amore ad generationem proin ad paternitatem et maternitatem? Nonne tunc maxime necessaria fit « mentium visitatio a Spiritu Sancto », efflagitata in liturgica sacramenti matrimonii celebratione?

Ad Patrem genua flectens Apostolus implorat « ut det... virtute corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem » *(Eph* 3, 16). Haec « interioris hominis virtus » poscitur in familiae vita, difficilioribus praesertim ipsius temporibus, cum amor qui in liturgico coniugalis consensus ritu est declaratus verbis: «Promitto me tibi fidem servaturum (servaturam)... omnibus diebus vitae meae », necesse est arduam quandam perferat periclitationem.

8. Ea verba « personae » solae enuntiare possunt; illae unae vivere valent « in communione » secundum mutuam electionem, quae est vel esse debet conscia prorsus ac libera. Genesis liber, ubi de homine narrat qui pa-

trem relinquit ac matrem ut suae adhaereat uxori (cf. *Gn* 2, 24), consciam illam liberamque electionem collustrat quae matrimonium parit, dum filium reddit maritum filiamque uxorem. At quo pacto haec satis intellegitur mutua electio, nisi prae oculis plena habetur veritas de ipsa persona, id est de creatura rationali et libera? Concilium Vaticanum II edisserit de similitudine cum Deo, ubi maxime significantia adhibet vocabula. Etenim non imaginem solam commemorat similitudinem que divinam, quam omnis ex se iam possidet homo, verum etiam et praesertim « aliquam similitudinem innuit inter unionem personarum divinarum et unionem filiorum Dei in veritate et caritate ».[13]

Formula haec, locupletissima quidem ac pienissima, id in primis confirmat quod intimam cuiusque viri feminaeque naturam eandem statuit. Eadem haec indoles ex facultate constat in veritate atque amore vivendi; quin, magis immo, in eo consistit quod est semper opus ac necessitas veritatis amorisque uti partis personarum vitam constituentis. Necessitas haec veritatis atque amoris hominem Deo reserat aliisque simul creaturis: ad reliquas videlicet personas aperit, ad vitam « in communione », praesertim ad matrimonium et familiam. In Concilii elocutionibus personarum « communio » certo quodam modo deducitur ex arcano illius « Nos » trinitarii; quocirca « communio coniugalis » ad idem refertur mysterium. Familia, de viri feminaeque profecta amore, funditus ex Dei manat mysterio. Hoc essentiae viri et mulieris respondet intimae, necnon nativae eorum veraeque personarum dignitati.

In conubio vir inter se feminaque sic firmiter coniunguntur ut ad libri Genesis dicta evadant «in carnem unam» *(Gn* 2, 24). Sua ipsius corporis complexione mas et femina, duo subiecta humana, licet corporis distent compage, participes nihilominus pariter sunt vivendi « in veritate et amore » potestatis. Quae facultas, propria hominis ut personae, amplitudinem quandam spiritalem simulque corpoream refert. Ex illo enim corpore mas et femina parantur ut « personarum communionem » in coniugio efficiant. Cum enim foederis conubialis virtute ita sese iungunt ut « in carnem unam » sint *(Gn* 2, 24), eorum est exsequenda coniunctio « in veritate et amore », dum eo more in lucem profertur propria hominum maturitas ad imaginem ac Dei similitudinem conditorum.

Inde vero enata familia interiorem suam firmitatem trahit e coniugum pacto, quod ad sacramenti ordinem sustulit Christus. Propriam ducit communitariam indolem, immo suas « communionis » qualitates, primaria de

[13] **Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 24.**

illa coniugum communione quae in liberis perpetuatur. « Estisne parati ad prolem amanter a Deo suscipiendam et... educandam? »,[14] ipse interrogat celebrans administer in matrimonii liturgico ritu. Coniugum autem responsio congruit intima cum veritate eos amoris consociantis. Ipsorum tamen iunctio non modo eos haud in sese concludit, verum contra ad novam eos recludit vitam novamque simul personam. Tamquam parentes dein vitam creaturae donare poterunt sui simili, quae est non solum « os ex ossibus suis et caro de carne sua» (cf. *Gn* 2, 23), sed imago ac similitudo Dei, id est persona.

Cum quaerit Ecclesia: «Estisne parati...?», admonentur coniuges se consistere ante creantem Dei potentiam. Ut genitores fiant vocantur, vel potius ut cum Creatore cooperentur in elargienda vita. Cum Deo autem operari novis ad vitam vocandis hominibus idem profecto est atque adiuvare ad illam imaginem transfundendam similitudinemque cuius « quisque ex muliere natus et nata » gestator est.

9. Per communionem personarum, quae in conubio impletur, originem familiae tribuunt vir ac mulier. Cum familia vero hominis copulatur genus et ortus: personae genealogia. In biologia ipsa figuntur hominum paternitas et maternitas, quae eam tamen simul excedunt. Apostolus, « flectens genua ad Patrem, ex quo omnis paternitas (et omnis maternitas) in caelis et in terra nominatur », ante oculos nostros universum constituit animantium orbem, a spiritalibus scilicet in caelo ad corporalia in terra. Singulae aetates reperiunt in Dei Paternitate pristinum suum exemplar. Atqui, quod attinet ad homines, haec « cosmica » ratio similitudinis cum Deo minime sufficit ut paternitatis maternitatisque necessitudo convenienter definiatur. Etenim cum e conubiali duorum coitu novus nascitur homo, secum in mundum peculiarem omnino adfert imaginem similitudinemque cum Deo ipso: in generationis biologia personae genealogia inscribitur.

Adfirmantes vero coniuges uti parentes cum Deo Conditore cooperari in concipiendo generandoque novo homine[15] non unas tantum repetimus biologiae leges; inculcare potius contendimus in humana paternitate ac maternitate Deum ipsum adesse aliter atque in reliquis cunctis generationibus contingat « in terra ». Solo enim a Deo illa cooriri potest « imago et similitudo » quae hominis est propria, perinde ac factum est in ipsa creatione. Generatio enim est creationis propagatio.[16]

[14] *Rituale Romanum, Ordo celebrandi matrimonium,* n. 60, ed. cit., p. 17.

[15] Cf. Adh.. Ap. *Familiaris consortio* (22 Novembris 1981), 28: *AAS* 74 (1982), 114.

[16] Cf. Pius XII, Litt. Enc. *Humani generis* (12 Augusti 1950): *AAS* 42 (1950), 574.

Sic igitur tam in conceptu quam in novi hominis ortu sistunt parentes coram « sacramento magno » (cf. *Eph* 5, 32). Porro haud secus ac parentes, novus arcessitur homo velut persona ad vitam; ad vitam « in veritate et amore » arcessitur. Quae vocatio non ad ea sola aperitur quae in tempore sunt, verum in Deo ad aeternum aperitur aevum. Haec amplitudo est ipsius originis personae, quam semel Christus nobis patefecit in perpetuum, cum etiam Evangelii sui lumen in vitam mortemque hominis, ideoque in humanae familiae significationem, coniecit.

Quem ad modum Concilium adseverat, homo ipse « in terris sola creatura est quam Deus propter seipsam voluerit ».[17] Non tantum biologiae regulis respondet hominis effectio, verum etiam creatrici ipsi Dei voluntati recta via: quae proin voluntas filiorum filiarumque in humanis familiis respicit originem. Iam inde ab initio « voluit » Deus hominem — quem etiamnum in omni conceptione et nativitate humana « vult ». Similem sibi uti personam « vult » hominem Deus. Hic homo, quisque homo, a Deo creatur « propter seipsum ». Ad universos hoc pertinet, etiam qui aegroti minutive nascuntur. In singulari cuiusque compositione inscribitur Dei voluntas, qui hominem vult ordinatum quadamtenus ad se ipsum. Tradit Deus hominem sibi ipsi eodem tempore familiae concredens ac societati sicut proprium quoddam earum munus. Parentes, coram novo homine, plenam conscientiam habent aut habere debent, Deum hunc hominem « propter seipsum velle ».

Compressa haec locutio admodum copiosa est et alta. Ab ipso conceptionis momento, deindeque tempore ortus, novus homo destinatur ut humanitatem suam eius in plenitudine exprimat seseque velut personam « inveniat ».[18] Tanguntur hac re omnes, perpetuo aegri quoque et impediti. « Hominem esse » principalis illius est vocatio: « hominem esse » pro recepto dono. Pro illo « talento » quae ipsa est humanitas atque, postmodum dumtaxat, secundum reliqua talenta. Hoc pacto quemque hominem vult Deus « propter seipsum ». Intra Dei consilium autem personae vocatio temporis fines praetergreditur. Patris obviam procedit voluntati, in Verbo incarnato demonstratae: suae enim ipsius vitae divinae communicationem homini concedere vult Deus. Dicit nimirum Christus: « Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant » *(Io* 10, 10).

Dissidetne hominis finis extremus ab illa adfirmatione qua Deus dicitur velle hominem « propter seipsum »? Si ad vitam aeternam homo est crea-

[17] **Const.. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 24.**

[18] ***Ibid.***

tus, verene « propter seipsum » exsistit? Haec decretoria est magnique momenti quaestio, tum terrestris cum oritur eius vita tum eadem cum exstinguitur: pondus profecto habet per totum vitae spatium. Deus forsitan videatur, hominem destinans ad divinam vitam, subducere illum in sempiternum ab ea vita sive exsistentia qua «propter seipsum» est.[19] Quae demum intercedit ratio inter personae humanae vitam atque vitae Trinitatis communicationem? Praeclaris sanctus Augustinus vocibus nobis respondet suis: « Inquietum est cor nostrum, donec requiescat in Te ».[20] Cor istud « inquietum » indicat nihil revera dissensionis inveniri utrumque inter finem, contra vero vinculum, compositionem, congruentiam maximam. Suam propter genealogiam persona humana, ad imaginem condita Deique similitudinem, nominatim vitam illius communicans « propter seipsam » exsistit seque complet. Huius autem completionis doctrina intima est ipsa Vitae plenitudo in Deo, de qua Christus loquitur (cf. *Io* 6, 37-40), qui ut nos in eam introduceret nos redemit (cf. *Me* 10, 45).

Sui nimirum causa concupiscunt liberos coniuges, atque in eis sui mutui amoris videant cumulum et coronam. Propter familiam illos cupiunt, veluti summi pretii donum.[21] Appetitio sane comprehensibilis ratione quadam. In coniugum amore tamen, perinde ac patris matrisque amore, veritas inscribatur oportet de homine, quam breviter summatimque Concilium enuntiavit dictione illa: « Deus hominem propter seipsum voluit ». Dei autem cum voluntate oportet parentum etiam concilietur voluntas: eodem enim adfectu novam creaturam cupere debent quo Conditor illam vult: « propter seipsam ». Hominum enim voluntas semper necessarioque subicitur legibus temporis atque fragilitatis. Divina contra voluntas in aeternum manet. Legitur in libro Ieremiae prophetae: « Priusquam te formarem in utero, novi te et, antequam exires de vulva, sanctificavi te » (1, 5). Personae sic igitur ortus coniungitur in primis cum Dei aevo aeterno ac solummodo multo post cum paternitate ac maternitate humana explendis in tempore. Ipso conceptionis puncto iam ad Dei aeternitatem homo dirigitur.

10. Circumscribit stabilitque simul conubialis consensio bonum quod coniugii et familiae est commune. « Ego accipio te... in uxorem meam (in maritum meum) et promitto me tibi fidem servaturum (servaturam), inter prospera et adversa, in aegra et in sana valetudine, ut te diligam et hono-

[19] Const. past de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 24.

[20] S. AUGUSTINUS, *Confessiones,* I, 1: *CCL,* 27, 1.

[21] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 50.

rem omnibus diebus vitae meae ». Singularis quaedam personarum communio est matrimonium. Secundum hanc communionem invitatur familia ut transeat in personarum communitatem. Officium hoc adsumunt sibi novelli coniuges « coram Deo et Ecclesia », prout eos celebrans commonet, cum consensus in vicem profertur.[23] Huius officii sunt testes quotquot eiusdem ritus sunt participes; ibidem etiam quodam modo Ecclesia ipsa ac societas exhibentur, quae vitales sunt locorum ambitus novae familiae.

Verba conubialis consensionis id definiunt quod commune bonum efficit paris ipsius ac familiae. Ante omnia bonum coniugum commune: amorem, fidelitatem, honorem, diuturnitatem eorum usque ad mortem coniunctionis: « omnibus diebus vitae meae ». Utriusque porro bonum, quod cuiusque bonum est, fiat oportet liberorum bonum. Suapte natura commune commodum, singulas dum copulat personas, uniuscuiusque in tuto collocat commodum. Quodsi Ecclesia, sicut et ceterum Status, consensionem recipit coniugum declaratam vocabulis superius memoratis, id profecto facit quoniam est «opus legis scriptum in cordibus» eorum *(Rom* 2, 15). Ipsi namque coniuges inter se permutant coniugalem consensionem, iurantes confirmantesque nempe coram Deo sui consensus veritatem. Quatenus sunt illi baptizati, eatenus illi in Ecclesia ministri sunt sacramenti matrimonii. Sanctus Paulus hoc mutuum eorum munus docet «mysterium... magnum» esse *(Eph* 5, 32).

Consensionis verba illud ideo exprimunt quod coniugum bonum constituit commune et id simul indicant quod venturae familiae et domus commune esse debebit. Hoc rite ut efferatur, percontatur Ecclesia sintne parati ad suscipiendos instituendosque filios ac filias quos iis voluerit tribuere Deus. Ad futuri familiaris nuclei commune bonum refertur ista interrogatio, ratione habita genealogiae personarum in ipsa constitutione matrimonii familiaeque inscriptae. De liberis quaestio eorumque institutione proxime cum conubiali iungitur consensu, cum amoris iuramento, cum coniugali honore atque fidelitate usque ad obitum. Receptio et educatio filiorum — duo e principalibus familiae propositis— huius muneris exsecutione adiiciuntur. Paternitas enim ac maternitas produnt officium indolis non modo psychicae, verum et spiritalis; per eas enim transit personae originatio, quae aeternum suum in Deo habet principium ad eumque perducere debet.

Familiae Annus, qui peculiaris familiarum precationis est annus, reddere omnem familiam horum omnium consciam debet nova altaque ratione.

[22] ***Rituale Romanum, Ordo celebrandi matrimonium,*** **n. 62, ed. cit., p. 17.**

[23] ***Ibid.,*** **n. 61, ed. cit., p. 17.**

Quos sensuum biblicorum thesauros secum adferet talis precationis fundamentum intimum! At necesse semper est sermonibus Sacrarum Litterarum adiungatur singularis recordatio coniugum — parentum, necnon filiorum ac nepotum. Per ipsam personarum originem coniugalis communio fit generationum communio. Sacramentalis duorum coniunctio, foedere ante Deum inito consignata, persistit roboraturque in aetatum successione. Evadere autem illa debet precationis unitas. Ut vero hoc significanter per Familiae Annum eluceat, precandi morem fieri oportet consuetudinem in vita cotidiana cuiusque familiae insitam. Oratio namque est gratiarum actio, Dei laus, indulgentiae imploratio, supplicatio atque invocatio. Multum habet quod Deo dicat familiae precatio sub qualibet illarum formarum. Plura pariter continet quae hominibus ostendat, initio facto a mutua personarum communione familiaribus vinculis coniunctarum.

« Quid est homo, quod memor es eius? » *(Ps* 8, 5), Psalmista rogat. Locus quidam precatio est ubi quam simplicissimo modo, memoria creatrix ac paterna Dei commonstratur: non solum nec tantum Dei recordatio ab homine renovata, quantum potius hominis memoria a Deo repetita. Familiaris idcirco communitatis prex evadere potest locus communis mutuaeque recordationis: aetatum enim multarum communitas est familia. Precationi omnes plane oportet intersint: viventes haud secus ac mortui, quin immo etiam nascituri. In familia necesse est pro unoquoque precatio fiat, pro illo bono quod cuique familia adferre potest, tum etiam pro bono quod ipse familiae addere valet. Firmius precatio illud stabilit bonum, perinde ac familiae totius commune bonum. Immo huic bono nova semper ratione originem dat. Suis namque in precibus sese reperit familia sicut primum illud « nos » in quo singuli sunt « ego » et « tu »; quisque pro altero est ex ordine maritus aut marita, pater aut mater, filius aut filia, frater aut soror, avus aut nepos.

Suntne tales familiae illae, quas his Litteris adloquor? Non paucae nimirum sic se habent; tempora vero quibus nunc vivitur certam indicant proclivitatem ad nucleum familiarem intra duas generationes circumscribendum. Quod ob angustias plerumque domiciliorum accidit, praesertim magnis in urbibus. Crebrius tamen illud sententiae sive opinioni debetur plures simul viventes aetates intimam impedire vitam eamque difficiliorem reddere. At nonne hoc debilissimum est caput? Humanitatis parum in nostrorum dierum familiis deprehenditur. Personae desiderantur quibuscum bonum commune constituatur et dividatur; atqui sua natura bonum postulat ut gignatur et cum aliis communicetur: « Bonum est diffusivum sui ».[24]

[24] S. THOMAS AQUINAS, ***Summa Theologiae,*** I, **q. 5, a. 4, ad 2.**

Quo autem magis bonum commune est, eo similiter est etiam proprium: meum — tuum — nostrum. Haec logica consecutio est, cum in bonitate vivitur, in veritate et caritate. Quodsi eam homo percipere scit ac persequi, reapse fit vita ipsius « donum sincerum ».

11. Dum confirmat Concilium hominem unam esse in orbe terrarum creaturam quam Deus propter seipsam voluit, statim addit eum plene seipsum invenire non posse nisi per sincerum sui ipsius donum.[25] Haec secum pugnare videntur, sed profecto minime discrepant. Est potius magnum mirumque paradoxon humanae existentiae, quae ad inserviendum veritati in amore vocatur. Amor efficit ut homo se ipsum perficiat per sui ipsius donum sincerum: amare sibi vult dare et accipere quod neque emi potest neque venire, sed libere vicissimque impertiri.

Personae porro donum per se stabile ut sit requirit et irrevocabile. Coniugii vinculi perpetuitas ex huius doni natura primum manat: de personae dono videlicet personae facto. Cum mutuo se dant, amoris sponsalis indoles manifestatur. In matrimonii consensu novensiles coniuges proprio nomine se nuncupant: «Ego... accipio te... in uxorem (in maritum) et promitto me tibi fidem servaturum (servaturam)... omnibus diebus vitae meae». Huiusmodi donum artius altiusque devincit quam quod quovis modo et quolibet pretio « emi » potest. Positis genibus Patri, ex quo omnis paternitas maternitasque oriuntur, futuri coniuges sibi conscii fiunt se esse « redemptus ». Caro enim pretio empti sunt, pretio sincerissimi doni, Christi profecto sanguine, quem per sacramentum participant. Coniugalis consensus liturgicum fastigium est Eucharistia — « corporis traditi » sacrificium atque « sanguinis effusi » — quae per coniugum consensum ipsa quodammodo exprimitur.

Cum in matrimonio vir mulierque in unitate « unius carnis » mutuo dantur et accipiuntur, sinceri doni consentaneum propositum in eorum vitam ingreditur. Quo deficiente, matrimonium inane est, dum personarum communio, super hanc rationem fundata, parentum fit communio. Cum coniuges filium gignunt, nova persona « tu » appellanda interponitur inter eos qui « nos » nuncupantur, persona scilicet nascitur quae novo nomine appellabitur: «filius noster...; nostra filia...». «Acquisivi virum per Dominum» *(Gn* 4, 1), dicit Eva, prima historiae mulier: homo, primum novem per menses exspectatus, deinde parentibus, fratribus sororibusque « manifestatus ». Conceptionis processus necnon in materno sinu progressus,

Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 24.

partus ortusque spatium paene quoddam efficiunt aptum ad creaturam veluti « donum » demonstrandam: talis est enim ipsa usque a principio. Aliter forsitan iste definiri potest debilis et inermis, parentibus penitus obnoxius iisque omnino addictus? Modo natus homo parentibus se dedit, eo quod in hunc mundum venit. Exsistendo donum is fit, primum Creatoris donum creaturae factum.

In modo edito filio bonum familiae commune perficitur. Quemadmodum coniugum bonum commune in amore sponsali completur, qui ad novam vitam suscipiendam paratur, ita bonum commune familiae per ipsum amorem sponsalem absolvitur, qui per natum perficitur. In personae genealogia domus genealogia inscribitur, quae memoriae mandatur per litteras in baptismorum albis relatas, quamvis haec tantum sint sociales consecutiones, « quia natus est homo in mundum » ***(Io*** 16, 21).

At verumne profecto est hominem modo natum esse solummodo parentum donum? Donum societati? Nihil hanc rem, ut apparet, ostendere videtur. Hominis ortus interdum solummodo computationis elementum habetur, quod sicut ceterae populorum rationes in tabulas refertur. Certe natus filius prae se parentibus alios labores fert, alia opum onera, alias cotidianas coactiones, quae eos impellere possunt ad alium natum respuendum.[26] Quibusdam in locis socialibus culturalibusque acrior fit temptatio. Estne ideo filius donum? Ipsene ad accipiendum, non ad dandum, venit? Haec sollicite postulantur, quibus huius aetatis homines laboriose levantur. Filius enim spatium occupabit aliquod, at spatium in mundo magis magisque imminuitur. At verumne profecto est familiae societatique nihil eundem afferre? Nonne ipse « particula » quaedam est illius boni communis, sine quo humanae communitates franguntur et ad interitum vergunt? Quis id infitiari potest? Puer tum fratribus, tum sororibus, tum parentibus, cunctae denique domui se praebet donum. Eius vita ipsis vitae largitoribus fit donum, qui necessario persentiunt filium adesse eundemque in eorum vita sociari, bonum commune iuvare eorum et familiaris communitatis. Veritas haec est, quae simplicitate altitudineque sua perspicua manet, quamvis psychologicae pathologicaeque complicentur quorundam personarum structurae. Totius societatis bonum commune in homine immoratur, qui, ut supra dictum est, est « Ecclesiae via ».[27] Is enim ante omnia « gloria Dei » est: « Gloria Dei vivens homo », secundum omnibus notum Sancti Irenaei[28] effatum,

[26] Cf. Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis* (30 Decembris 1987), 25: *AAS* 80 (1988), 543-544.

[27] Litt,. Enc, *Redemptor hominis* (4 Marti 1979), 14: *AAS* 71 (1979), 884-885; Cf. Litt. Enc. *Centesimus annus* (1 Maii 1991), 53: *AAS* 83 (1991), 859.

[28] *Adversus Haereses* IV, 20, 7: *PG 7,* 1057; *SCh* 100/2, 648-649.

quod sic quoque interpretari licet: « Gloria Dei est ut vivat homo ». Excelsissime quidem hic definitur homo: Dei gloria est bonum commune omnium rerum quae sunt; bonum scilicet commune humani generis.

Ita est! homo est bonum commune, bonum commune familiae et humanitatis, singulorum coetuum multipliciumque socialium structurarum. At hac in re gradus et modi distinctio quaedam plane in lucem proferenda est: homo est profecto bonum commune, exempli gratia, Nationis ad quam pertinet vel Civitatis cuius est civis: attamen certius et initerabilius bonum est pro sua familia; est non modo velut individuus, qui in humana multitudine partem habet, verum tamquam « hic homo ». Deus Creator facit ut is sit « per se ipsum », atque mundum ingrediens homo in familia « magnum vitae eventum » incipit. « Homo hic », utcumque res se habet, ius vindicat suae auctoritatis propter humanam quam habet dignitatem. Haec dignitas ipsa personae locum inter homines statuit, praecipue vero in familia. Familia est enim — magis quam alia humana institutio — locus in quo per donum sui sincerum homo « per se ipse » esse potest. Quocirca eadem usque exstat socialis institutio quae subici non potest neque debet: est enim « sanetuarmm vitae ».

Quod porro « nascitur homo », « natus est homo in mundum » *(Io* 16, 21), «paschale signum» constituit. Hac de re discipulis locutus est Iesus ipse, ut commemorat Ioannes Evangelista, antequam pateretur et moreretur, cum sui excessus tristitiam cum aegritudine parientis mulieris compararet: « Mulier, cum parit, tristitiam habet (id est patitur), quia venit hora eius; cum autem peperit puerum, iam non meminit pressurae propter gaudium, quia natus est homo in mundum » *(Io* 16, 21). « Hora » Christi mortis (cf. *Io* 13, 1) confertur hic cum «hora» parientis mulieris; novi hominis ortus perconsentaneum invenit locum in vitae victoria supra mortem, quam Dominus resurgens reportavit. Multa sane de hac similitudine considerari possunt. Quemadmodum Christi resurrectio vitam significat ultra mortis limen, ita pueri etiam ortus vitam demonstrat, quae per Christum destinatur « ad vitae plenitudinem » quae est in ipso Deo: « Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant » *(Io* 10, 10). Nunc in suo alto sensu illud S. Irenaei explicatur: « Gloria Dei vivens homo ».

Doni sui haec est evangelica veritas, qua carens homo « plene se invenire » nequit, quaeque perpendere sinit quam radicitus « sincerum donum » innitatur Dei Creatoris Redemptorisque dono, « gratia Spiritus Sancti », cuius « effusionem » in sponsos in matrimonii ritu invocat celebrans. Sine

[29] **Litt. Enc. *Centesimus annus* (1 Maii 1991), 39: *AAS* 83 (1991), 842.**

« hac effusione » haec omnia difficulter intelleguntur atque complentur sicut hominis vocatio. Attamen tot homines haec perspiciunt! Multi viri mulieresque hanc adipiscuntur veritatem prospicientes in ea una conveniri « Veritatem et Vitam » *(Io* 14, 6). Hac adempta veritate coniugum vita pariter ac familiae nullum humanum sensum plene consequi potest.

Quapropter Ecclesia docere testarique hanc veritatem numquam intermittit. Quamvis materno affectu multa illa et complicata familiae discrimina intellegat aeque ac hominis moralem debilitatem, persuasum sibi habet Ecclesia humani amoris veritati fidelitatem esse prorsus servandam: si eam dimitteret, se ipsa proderet. Ab hac enim veritate discedere « oculos fidei » (cf. ***Eph*** 1, 18) sibi vult claudere, qui contra semper sunt extendendi ad lumen quo Evangelium humanas vicissitudines collustrat (cf. *2* ***Tim*** 1, 10). Sinceri sui doni conscientia, per quam « se ipse perficit » homo, solide est iteranda et continenter praestanda, obsistentibus saepenumero Ecclesiae multis fautoribus qui perperam cultum progressus intellegunt.[30] Familia semper novam boni speciem pingit pro hominibus, eaque de causa novam officii conscientiam gignit. De officii conscientia in peculiare bonum commune versa agitur, in quo hominis bonum continetur: item cuiusque domus membri; bonum certe « difficile », « bonum arduum », at fascinosum.

12. Hoc in loco Litterarum Familiis datarum duae sunt quaestiones afferendae inter se complicatae. Altera communior, in amoris cultu versatur; altera districtior, de paternitatis maternitatisque conscio officio edisserit.

Antea iam dixi matrimonium singularem officii conscientiam requirere ad bonum commune: primo coniugum, deinde familiae. Hoc bonum commune ab homine concitatur, a personae bono et ab ea re quae eius dignitatis mensuram significat. Hanc amplitudinem nimirum in socialibus, oeconomicis politicisque omnibus ordinibus secum fert homo. In matrimonii ambitu familiaeque tamen haec muneris conscientia complures ob rationes magis obstringens evadit. Non sine causa Constitutio pastoralis ***Gaudium et spes*** tractat « de dignitate matrimonii et familiae fovenda ». Concilium hanc promotionem ducit Ecclesiae et Civitatum munus; attamen, in omni cultura, ipsa officiose pertinet ad personas, quae matrimonio coniunctae certam quandam familiam constituunt. « Paternitatis maternitatisque ministerii conscientia » officium prae se fert, ut eiusmodi compleatur munus, quod nostra aetate notas peculiares suscipit.

[30] **Cf. Litt.. Enc. *Sollicitudo rei socialis* (30 Decembris 1987), 25: *AAS* 80 (1988), 543-544.**

Particulatim ipsum momentum attingunt in quo vir mulierque « in carne una » se iungentes, fieri possunt parentes. Hoc momentum peculiarem inducit praestantiam, sive ob interpersonalem necessitudinem, sive propter eorum ministerium pro vita: fieri parentes possunt — tum pater tum mater — hominem gignentes. Duae coniugalis coniunctionis rationes, altera coniunctiva alteraque procreativa, seiungi artificiose non possunt, quin ipsius actus coniugalis intima veritas laedatur.[31]

Haec stabilis fuit ecclesiae doctrina, atque « signa temporum », quorum nos hodie sumus testes, novas rationes praebent hanc peculiari alacritate confirmandi. Sanctus Paulus, vigilanti animo sui temporis necessitates circumspectans, firmiter planeque postulabat: « Insta opportune, importune » *(2 Tim* 4, 2) timore deposito eo quod « sana doctrina non sustinetur » (cf. *2 Tim* 4, 3). Eius verba notissima quidem sunt iis qui, hodiernas vicissitudines penitus intellegentes, exspectant ut ecclesia non modo « sanam doctrinam » non relinquat, verum renovata alacritate eam edicat, dum in hodiernis « signis temporum » rationes requiruntur ad ipsius cuiusdam altiorem tempestivam perceptionem.

Multae eiusmodi rationes inveniuntur iam in ipsis scientiis, quae ex vetere anthropologiae stirpe ortae in varias disciplinas se explicaverunt, quae sunt biologia, psychologia, sociologia, ceteraeque scientiae ab his manantes. Haec omnia quodammodo in medicinam vergunt, quae est scientia aeque ac ars (ars medica), quaeque vitae hominisque saluti inservit. At rationes, quae memorantur, ex humana praesertim experientia oriuntur, quae multiplex est quaeque, ratione quadam, antecedit scientiam ipsamque sequitur.

Ex usu suo discunt coniuges quid sibi velit paternitatis maternitatisque conscium officium; idem quoque ex aliorum coniugum experientia percipiunt, qui similibus fere in condicionibus vivunt et ideo apertiores ad scientiae rationes facti sunt. Quodammodo dici potest « inquisitores » ex « coniugibus » paene discere, ut deinde vicissim altius eos doceant procreationis consciae officium eiusque concretas exsecutiones.

Argumentum hoc in Concilii documentis penitus explicatum est, in Litteris Encyclicis *Humanae vitae,* in Episcoporum Synodi « Propositionibus » anno MCMLXXX, in Adhortatione apostolica *Familiaris consortio* et in id genus scriptis, usque ad Instructionem *Donum vitae* Congregationis pro Doctrina Fidei. Ecclesia de conscia paternitate maternitateque veritatem mo-

[31] Cf. PAULUS VI, Litt,. Enc. *Humanae vitae* (25 Iulii 1968), 12: *AAS* 60 (1968), 488-489; *Catholicae Ecclesiae Catechismus,* n. 2366.

ralem docet, eamque tutatur contra erratas opinationes proclivitatesque, quae nostris temporibus vulgo proferuntur. Cur hoc persequitur Ecclesia? Num fortasse quia minime argumenta ipsa intellegit, quae afferunt qui laxamenta quaedam hac in re suadent, in suam sententiam eam pariter adducere conantes, interdum quoque iniqua adhibita pressura, vel minis admotis? Ecclesiale enim Magisterium nonnumquam reprehenditur eo quod obsoletum est et tardum ad postulationes « spiritus temporum » recentium percipiendum, quod insuper humanitati obest et immo vero Ecclesiae ipsi. Suis pertinaciter perseverans in sententiis — affirmant — Ecclesia « popularem favorem » amittet et fideles magis magisque ab ea digredientur.

At quomodo dici potest Ecclesiam, Episcopatum praesertim cum Pontifice coniunctum, his gravissimis huius temporis quaestionibus esse alienam? Paulus VI in his ipsis tam praestantes quaestiones prospectabat, ut ad Litteras Encyclicas *Humanae vitae* compelleretur edendas. Fundamentum, quo Ecclesiae doctrina de « paternitatis maternitatisque conscio officio » innitur, solidum est atque amplum. Concilium ante omnia id tradit in doctrina de homine, cum asseverat quod ille « in terris sola creatura est quam Deus propter seipsam » voluit, neque potest « plene seipsum invenire nisi per sincerum sui ipsius donum ».[32] Hoc quia ipse ad imaginem et similitudinem Dei creatus est et a Patris Filio unigenito redemptus, qui propter nos et propter nostram salutem homo est factus.

Concilium Vaticanum II, de hominis quaestione deque eius vocatione prorsus sollicitum, autumat coniugalem coniunctionem, quae est sacrorum Bibliorum « una caro », intellegi et plane explicari posse, notionibus dumtaxat « personae » et « doni » prolatis. Quisque vir et mulier quaeque per sui sincerum donum plane perficiuntur, atque coniugalis coniugum coniunctio persingularem attingit significationem. Tunc quidem vir mulierque, in suarum virilitatis et muliebritatis « veritate », mutuum fiunt donum. Omnis quidem in matrimonio vita donum est; at clarius illud liquet, cum coniuges, alteri se in amore dans alter, congressionem efficiunt eam, quae duo « in carnem unam » *(Gn* 2, 24) redigat.

Momentum tunc ipsi experiuntur peculiaris sponsalitatis, procreativam quoque propter facultatem coniugali actui coniunctam. Coniuges enim eodem temporis momento pater et mater fieri possunt, novum humanum germen incohantes, quod deinde in mulieris sinu coalescet. Si quidem primum animadvertit mulier se matrem futuram, vir, quocum ipsa convenit

Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 24.

«in carnem'unam », vicissim per eius testimonium sibi conscius fit se patrem factum. Potentiales, deindeque reales, paternitas ac maternitas utrique sunt adscribendae. Effectum huius voluntatis vir non potest non agnoscere vel non accipere, quandoquidem hanc et ipse voluit. Non potest is in id genus sententiis se abdere: « nescio », « nolui », « tu hoc voluisti ». Coniugalis coniunctio utcumque res ceciderit, cum viri tum mulieris sponsalitatem inducit, potentialem quidem quae cum res postulaverint, realis fiet. Id praesertim pertinet ad virum, qui, quamvis artifex sit in generationis processu, biologice ab eo seiungitur: in muliere enim explicatur. Quomodo potest vir onus istud non suscipere? Oportet uterque, vir scilicet et mulier, simul coram se aliisque sibi sumant munus officiumque novae vitae, quam ipsi concitarunt.

Consecutionem hanc comprobant ipsae humanae disciplinae. At oportet altius progredi, coniugalis actus sub lumine memoratorum bonorum, quae « persona » et « donum » sunt, altius perquirere. Hoc ipsum Ecclesia usque docet et persequitur, peculiariter in Concilio Vaticano II.

Coniugali actu exstante, vir et mulier scientes volentesque inducuntur ad confirmandam sui mutuam donationem, quam in sacramentali foedere inierunt. Atqui cum quis alii se penitus dat ex necessaria consecutione procreationi dat locum: matrimonium hac ratione tamquam familia plene ad effectum deducitur. Certe mutuum viri mulierisque donum non illuc dumtaxat tendit, ut filii pariantur, verum in se vitae amorisque est mutua communio. Semper huius doni intima veritas est praestanda. « Intima » non idem est atque « subiectiva ». Ipsa potius veritati obiectivae aequatur eius qui se donat vel quae donat. Ad propositum quoddam adipiscendum numquam persona instrumentum haberi potest; numquam « voluptatis » res cumprimis: ipsa est atque esse debet omnium actuum finis. Tunc vero cum sincera personae dignitate actio congruit.

Nostrae hac de re tam gravi subtilique cogitationi imponens finem, primum Vobis, coniuges carissimi, animum addere peculiariter volo, omnibusque pariter qui vos adiuvant, ut intellegatis atque ad rem deducatis Ecclesiae de matrimonio doctrinam deque maternitatis paternitatis conscio officio. De Pastoribus potissimum cogito itemque compluribus inquisitoribus, theologis, philosophis, scriptoribus et vulgatoribus, qui ad cultum iudiciaque quae nunc vigent non inclinant, qui vero animose « contra vulgi opinionem sentiunt ». Confirmare exinde cupio manipulum peritorum, medicorum paedagogorumque plus plusque frequentem, qui, germani laici apostoli, matrimonii familiaeque dignitatem aestimare praestans vitae institutum tenent. Ecclesiae nomine omnibus edico: gratias! His deficienti-

bus, quid Pastores faciant, quid Sacerdotes, Episcopi ipseque Petri Successor? Inde a sacerdotii primordio mihi magis magisque persuadere incepi, ex quo scilicet tempore in reconciliationis tribunali sedere incohavi, ut tot coniugum sollicitudines, timores spesque participarent: quosdam sum nactus difficiles reclamationis repugnationisque eventus, at eodem tempore permulti se mire sui officii conscios et liberales ostenderunt. Hanc mihi conscribenti epistulam omnes hi coniuges ob oculos versantur, quos mea precatione animique affectione complector.

13. Familiae carissimae, paternitatis maternitatisque consciae argumentum continetur tota in quaestione « civilis cultus amoris », de qua nunc sermocinari studeo. Ex iis quae hucusque dicta sunt plane indubieque liquet « amoris civili cultui », ut Paulus VI dixit, subesse familiam,[33] quae sententia in Ecclesiae doctrinam immigravit et communis iam facta est. Difficulter hodie cogitari potest aliquid Ecclesiam declarare vel aliquod de Ecclesia verbum, dempto « amoris civilis cultus » sermone. Sententia haec nectitur « ecclesiae domesticae » primaeva in christianitate, at ea hoc quoque nostrum tempus expresse contingit.

Etymologiae ratione, « civilis » vocabulum cum « civis » voce copulatur, quod videlicet in quolibet cive politicam inesse rationem confirmat. At altior huius vocis significatio non tantum ad politicam rem spectat quantum potius ad « humanitatem ». Verumtamen civilis cultus ad hominum annales pertinet, quippe qui eius spiritalibus moralibusque respondeat necessitatibus: ad imaginem similitudinemque Dei creatus, ipse ex Creatoris manibus mundum suscepit, ut eum ad suam imaginem similitudinemque effingeret. Ab hoc sane ipso munere compiendo civilis cultus defluit, qui ad summam non secus habetur atque « mundi ad humanam speciem conversio ».

« Civilitas » denique idem fere est ac « cultus ». Quapropter « amoris cultura » quoque dici potest, quamvis locutio illa, iam facta familiaris, potius sit servanda. Civilis cultus amoris, ad hodiernam verbi vim, locutioni adhaerescit quam affert conciliaris Constitutio *Gaudium et spes:* «Christus... hominem ipsi homini plene manifestat eique altissimam eius vocationem patefacit ».[34] Asseverari igitur licet amoris cultum civilem a Dei revelatione initium capere, qui «caritas est», ut Ioannes ait evangelista *(1 Io* 4, 8.16), quam quidem efficaciter Paulus describit in hymno de caritate in prima epistula ad Corinthios (13, 1-13). Is cultus arte cum caritate coniungitur, « diffusa in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis »

[33] Cf. *Homilia* de Anni Sancti conclusione (25 Decembris 1975): *AAS* 68 (1976), 145.

[34] Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 22.

(Rom 5, 5), atque per continentem culturam augescit, de qua vitis et palmitum similitudo sic presse disserit: « Ego sum vitis vera, et Pater meus agrícola est. Omnem palmitem, in me non ferentem fructum, tollit eum, et omnem, qui fert fructum, purgat eum, ut fructum plus afferat » *(Io* 15, 1-2).

Sub luce Novi Testamenti horum locorum aliorumque, intellegi potest quid « amoris civilis cultus » significet et cur familia cum hoc cultu natura coniungatur. Si quidem prima « Ecclesiae via » est familia, addendum est etiam amoris cultum civilem « viam esse Ecclesiae », quae in mundo iter facit atque ad eiusmodi iter familias vocat ceterasque societatis partes tum nationales tum internationales ipsius familiae causa perque familias. Familia enim pendet complures ob rationes ex amoris civili cultu, in quo congrua invenit argumenta quibus ipsa consistat familia. Amoris item cultus civilis familia paene cardo est et cor.

Amor tamen verus non datur nisi conscientia exstat « Deum esse caritatem » atque pariter hominem in terrarum orbe creaturam unam esse quam Deus « per se ipsam » efficit ut sit. Homo ad Dei imaginem similitudinemque creatus non potest « se ipse prorsus invenire » nisi per sui sincerum donum. Hac de homine, de persona deque in familia « personarum communione » adempta notione, amoris civilis cultus non admittitur; vicissim personae personarumque communionis opinatio sine civilis cultus amore penitus tollitur. Familia «cellula» exstat praecipua societatis: at Christo opus est — tamquam « vite » ex qua sucum excipiunt « palmites » —, ut cellula ista intus forisque a quadam culturali evulsione arceatur. Si enim hic « civilis cultus amor » est, illic « contraria civilitas » exsistere potest et manere, quae vim habet delendi, quemadmodum multa hodie comprobant indicia rerumque condiciones.

Quis neget, nostram aetatem in discrimine magnopere versari, quod summum cedat potissimum in veritatis discrimen? Veritatis discrimen significat primo opinationum discrimen. Voces « amor », « libertas », « sincerum donum », immo etiam « persona », ... « personae iura » exprimunt revera quod natura continent? Hac de causa plane magni sunt ponderis Ecclesiae terrarumque orbi — ad occidentem praesertim verso — litterae Encyclicae, quae sunt *Veritatis splendor.* Si tantum de libertate deque personarum in matrimonio familiaque communione veritas splendorem suum recuperaverit, tum vero amoris civilis cultus efficietur et « de matrimonii familiaeque dignitate aestimanda» efficaciter dici poterit — ut Concilium asseverat.[35]

Cf. Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 47.

Cur tam magnum habet pondus « splendor veritatis »? Cumprimis propter quandam oppositionem: hodierni cultus processus cum scientiae technicaeque progressu arte coniungitur, qui saepenumero una tantum facie evolvitur, atque aliquas sinceri positivismi species prae se fert. Haec autem doctrina, uti constat, agnosticismum ratione parit, utilitarismum vero re atque ethice. Nostra quidem aetate res gestae quodammodo iterantur. Utilitarismus opera resque colit, usum, « res ipsas » non « personas »; personas veluti « res » adhibere studet. Ubi voluptatis cultus viget, fieri potest mulier hominis obiectum, filii parentibus officere possunt, familia institutio fit quaedam, quae tamquam onus in singula membra inclinatur. Ut id percipiatur, de sexu quasdam educandi rationes perpendere sufficit, quae in scholas saepe inducuntur, parentibus crebro renuentibus. Istud pariter planum fit in abortus proclivitatibus, quae nequiquam se abdere nituntur « iure eligendi», quod coniuges sibi vindicant, praesertim mulier ipsa. Duo dumtaxat sunt allata exempla ex multis quae afferri possunt.

Liquet talibus cultus vigentibus propositis, familiae minas necessario admoveri, quandoquidem eius ipsa fundamenta excutiuntur. Quod amoris civilis cultui obsistit, id toti de homine veritati officit, eique comminatio evadit: ei se ipsum inveniendi non dat facultatem neque se securum percipiendi, sicut coniugem, parentem, filium. « Sexus securus », quem vocant, qui « technico cultu » divulgatur, reapse, spectatis in universum personae necessitatibus, est radicitus non securus, immo graviter periculosus. Persona enim periclitatur, sicut vicissim etiam familia. Quod est periculum? Amissio veritatis de se ipsa, cui discrimen iacturae libertatis iungitur et deinceps amoris. « Cognoscetis veritatem, — Iesus asseverat — et veritas liberabit vos » *(Io* 8, 32): veritas, veritas dumtaxat, ad amorem vos comparabit de quo dicere liceat: « quam pulchrum! ».

Huius temporis familia, perinde ac omnium aetatum, «pulchram dilectionem » quaeritat. Amor non « pulcher », qui ad voluptatem explendam tantum redigitur (cf. *1 Io* 2, 16), vel ad mutuum viri mulierisque « usum », personas reddit earum infirmitatum servas. Nonne ad hanc adducunt servitutem quaedam « culturales emissiones » hodiernae? Ipsae hominis imbecillitatibus « ludunt », quem sic magis magisque infirmum efficiunt et inermem.

Civilis cultus amor laetitiam revocat, laetitiam, inter cetera, eo quod homo venit in mundum (cf. *Io* 16, 21), et insuper quia coniuges fiunt parentes. Amoris civilis cultus sibi vult « congaudere veritati» (cf. *1 Cor* 13, 6). Sed cultus, qui mentem consumendarum rerum persequitur quaeque natalitati adversatur, numquam amoris civilis cultus esse potest. Si familia

quoad amoris civilem cultum sic magnum habet pondus, hoc evenit propter peculiarem propinquitatem gravitatemque vinculorum, quae in eo inter personas generationesque instituuntur. Ipsa tamen vulnerari potest et pericula obire quae hebetent vel etiam eius unitatem et firmitatem deleant. Haec ob pericula familiae amplius civilem amoris cultum non testantur, quem omnino negare possunt, ratione quadam contra-testari. Familia nempe disiecta potest vicissim formam quandam « cultui adversantem » confirmare, amorem in variis exstantem provinciis exstinguendo, in cunctam socialem vitam necessario quibusdam evenientibus effectibus.

14. Caritas cui Paulus apostolus in epistula ad Corinthios hymnum dicavit — caritas scilicet quae « patiens » est, « benigna est » atque « omnia suffert » *(1* ***Cor*** 13, 4.7) — certe est amor imperans. Eius pulchritudo in eo stat, quod multum postulat et hoc modo verum hominis bonum constituit, atque in alios fundit. Bonum enim, ut ait S. Thomas, est natura sua « diffusivum sui ».[36] Amor tum verus est cum personae societatumque bonum parit idque gignit et aliis dat. Qui solummodo a se ipse amoris titulo multum poscit, is amorem ab aliis etiam postulare potest. Nam amor multum requirit, cum in omnibus humanis condicionibus, tum vehementius ex iis qui Evangelio student. Nonne Christus eundem in « suo » maximo mandato praedicat? Homines hodierni hunc amorem multum postulantem detegant oportet, quandoquidem in eo familiae admodum solidum invenitur fundamentum, quod « omnia sufferre » potest. Ad Apostoli mentem, amor « sufferre » omnia non potest, si « aemulationibus » cedit, si « agit superbe », si «inflatur», si «est ambitiosus » (cf. *1* ***Cor*** 13, 5-6). Amor germanus, sanctus Paulus docet, aliud est: « omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet » *(1* ***Cor*** 13, 7). Hic amor ipse « omnia sufferet ». In eo ipsa omnipotens agit vis Dei, qui « caritas est » *(1* ***Io*** 4, 8.16). Agit pariter omnipollens Christi vis, hominis Redemptoris atque mundi Salvatoris.

Caput XIII Pauli primae epistulae ad Corinthios considerantes, semitam ingredimur illam, quae propius penitusque ad intellegendam nos perducit plenam circa amoris civilem cultum veritatem. Nullus alius sacrorum bibliorum locus planius altiusque hanc veritatem exprimit quam caritatis hymnus.

Pericula in amorem impendentia etiam amoris civili cultui minantur, cum res eidem contrarias prorsus suppeditent. Hic in primis de nimio sui studio dicitur, non modo de unius personae nimio sui amore, verum et co-

Summa Theologiae, **I, q. 5, a. 4, ad 2.**

niugum vel, in ampliore provincia, de societatum nimio amore sui, veluti classium nationis ve (quod est nationis studium). Verumtamen nimium sui studium, quavis sub specie, recto et radicitus amoris cultui obest. Dicemusne amorem esse habendum aliquid nimio huic studio dumtaxat contrarium? Nimis esset definitio inops eademque tandem negans, etiamsi infitiari non potest varias nimii studii formas esse praetergrediendas ut amor amorisque civilis cultus efficiantur. Hac in re de « aliorum studio » rectius dicitur, quod « nimio sui studio » opponitur. Locupletior absolutior que est amoris notio, quam sanctus Paulus enodat. Caritatis hymnus, qui in epistula prima ad Corinthios invenitur, amoris civilis cultus veluti « magna charta » perstat. In ea non perpenduntur tantum singulae significationes (sive amoris sui sive aliorum studii), verum ipsa hominis intima notio exhibetur, qui se ipsum tamquam persona per sincerum sui donum « invenit ». Donum, ut liquet, in alios convertitur: haec est civilis cultus amoris praecipua nota.

Sic evangelicae de libertate veritatis attingimus cardinem. Persona per libertatis exercitium in veritate perficitur. Libertas non intellegitur veluti facultas quidlibet faciendi: donum sui ipsa dicit. Immo altius dicit interiorem doni disciplinam. Doni notione non tantummodo liberum subiecti inceptum designatur, sed officii quoque significatio. Haec omnia in « personarum communione » complentur. In ipso familiae corde versamur.

Insistimus etiam vestigiis individualismi et personalismi inter se pugnantium. Amor, civilis cultus scilicet amor, cum personalismo nectitur. Cur autem cum personalismo? Cur porro amoris civili cultui individualismus minatur? In conciliari sententia caput invenitur responsionis: « donum sincerum ». Individualismus prae se libertatis usum fert, ad quam subiectum quod vult patratur, « veritatem » statuens illius rei quae sibi probatur vel sibi congruit. Ut alius a se aliquid veritatis obiectivae titulo « velit » postuletve non patitur. « Dare » alii non vult veritatis nomine neque ipse « donum sincerum » fieri. Individualismus ideo in statione sistit sui studii ibique circumscribitur. Quod autem personalismo opponitur, non ex rationibus quibusdam oritur, sed potius ratione quae est « ethos ». Personalismi enim ethos aliis addicitur: nam personam concitat ut donum aliis ipsa fiat et in se donando gaudium inveniat. Gaudium est de quo Christus sermocinatur (cf. *Io* 15, 11; 16, 20.22).

Quocirca necesse est humanae societates, iis familiae quoque annumerandae quae in dimicationis condicione inter amoris civilem cultum et quod ei opponitur vivere consueverunt, solidum suum fundamentum anquirant in recta hominis consideratione atque eorum quae de eius humani-

tate plene « perficienda » decernunt. Amoris civili cultui procul dubio obsistit « amor liber », qui eo est periculosior quod sicut alicuius « verae » affectionis fructus afferri solet, dum contra re amorem destruit. Quot familiae hunc ob amorem corruerunt! Ad omnes casus « veram » affectionem consectari, inducto amore quibuslibet condicionibus soluto, reapse idem valet atque hominem iis voluptatibus mancipare, quas S. Thomas passiones animae vocat.[37] « Amor liber » humanis infirmitatibus abutitur, generosam quandam nobilitatis formam ei exhibens, illecebris iuvantibus multorumque opinione favente. Hac ratione conscientiam « placare » homines conantur, moralem quandam absentiam inducendo. Omnes tamen consecutiones quae sequuntur non considerantur, praesertim cum, praeter coniugem, filii patiuntur, patre matreve orbati, qui re veluti pupilli parentum viventium damnantur.

In ipso utilitarismi ethici fundamento habetur, ut fert opinio, continuata conquisitio « summae » felicitatis, quae est « felicitas in utilitatem versa », quae tantum sicut voluptas existimatur itemque proxima satisfactio ad individui singularis commodum vergens, praeter vel contra obiectivas veri boni necessitates.

Utilitarismi propositum, quod libertate innititur in individualismum prona, libertate scilicet officii conscientia carente, amori adversatur, cultum quoque humanum exprimenti simul sumptum. Cum eiusmodi libertatis notio in societate recipitur, foedere cum variis hominum imbecillitatibus icto, continenter et constanter familiae minitari videtur. Complura gravia hac de re incommoda afferri possunt, documentis ad rationariam artem explicabilia, etsi eorum multa vehementerque dolentia in virorum mulierumque cordibus abduntur, veluti acerba vulnera.

Coniugum amor ac parentum his vulneribus medendi habet potestatem, si insidiae de quibus dictum est, non auferant regenerationis vim communitatibus humanis omnino beneficam et salutarem. Haec potestas pendet e veniae reconciliationisque divina gratia, quae spiritalem dat facultatem iterum incipiendi. Hac de causa necesse habent familiae membra Christum convenire in Ecclesia per mirabile Paenitentiae Reconciliationisque sacramentum.

His propositis rebus, intelligi facile potest quantum habeat momenti precatio in familiis et pro familiis, in iis potissimum in quas dissipatio aliqua impendet. Precandum est ut coniuges suam diligant vocationem, etiam cum iter difficile fit vel tam arduum in ascensu, ut aditus prohiberi

[37] *Summa Theologiae,* I-II, q. 22.

videatur; deprecari necesse est, ut etiam tunc fideles sint foederi cum Deo peracto.

« Familia via est Ecclesiae ». Litteris his profiteri et simul enuntiare cupimus hanc viam, quae per coniugalem familiaremque vitam ad regnum caelorum (cf. *Mt* 7, 14) perducit. Multum interest sane ut in familia « communio personarum » comparatio fiat ad « communionem Sanctorum ». Idcirco Ecclesia confitetur illudque enuntiat: caritas « omnia suffert » *(1 Cor* 13, 7), cum in ipsa conspiciatur, sancto Paulo iuvante, virtus «maior» *(1 Cor* 13, 13). Apostolus nemini fines imponit. Omnes ad amandum vocantur, ut liquet, etiam coniuges familiaeque. In Ecclesia enim omnes aeque ad sanctitatis perfectionem vocantur (cf. *Mt* 5, 48).[38]

15. Quartum Decalogi mandatum familiam respicit eiusdemque interiorem soliditatem; solidarietatem dicere possumus.

In eius perscriptione familia haud plane affertur. At re de hac ipsa agitur. Ut inter generationes communionem significaret, divinus Legifer nullum verbum hoc aptius repperit: «Honora... » *(Ex* 20, 12). Alia quidem adducitur ratio quae quid sit familia planum facit. Sententia haec non « artificio quodam » familiam elevat, sed eius subiecti naturam in propatulo ponet eiusdemque inde manantia iura. Familia est communitas permagnarum necessitudinum inter personas: inter coniuges scilicet, inter parentes et filios, et deinceps inter generationes. Haec communitas peculiari modo est servanda. Quapropter Supremus Legifer nullam invenit aptiorem hac cautionem: « Honora ».

« Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi » *(Ex* 20, 12). Mandatum hoc tria praecepta subsequitur praecipua, quae necessitudinem inter hominem et Israelis populum cum Deo respiciunt: « Shema, Israel... », «Audi Israel: Dominus Deus noster Dominus unus est» *(Dt* 6, 4). «Non habebis deos alienos coram me» *(Ex* 20, 3). Primum maximumque mandatum habemus, amoris scilicet mandatum, ut Deus ametur « super omnia »: Ipse diligendus est « ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota fortitudine tua » *(Dt* 6, 5; cf. *Mt* 22, 37). Merito iureque quartum mandatum hoc in ambitu locatur. « Honora patrem tuum et matrem tuam », quandoquidem tibi quodammodo Dei Domini ipsi agunt partes, ii vitam tibi dederunt te in humanam vitam producentes: in gentem aliquam, nationem, culturam. Post Deum primi ipsi sunt beneficii auctores. Si quidem Deus solus est bonus,

[38] **Cf.** CONC. OECUM. VAT. II, **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,*** 11, 40 **et** 41.

immo summum Bonum, parentes singulariter hanc bonitatem summam participant. Itaque: honora parentes tuos! Est hic quaedam cum cultu Deo tribuendo similitudo.

Quartum mandatum arte cum dilectionis mandato iungitur. Illa « honora » et « ama » maximo vinculo copulantur. Honor, in praecipua significatione, cum iustitiae virtute coniungitur, quae vicissim plane explicari non potest, nisi amore inducto: erga Deum et proximum. Quis vero est propinquior familiaribus, parentibus filiisque?

Estne alicui parti obnoxia inter personas necessitudo, quam quartum mandatum obnuntiat? Compellitne ad parentes tantummodo honorandos? De verbo sane, ita est. At oblique, de « honore » quoque loqui possumus quem filiis tribuere debent parentes. Ipsum « honora » idem valet ac ipsum « agnosce »! Sine ergo certa personae agnitione te adduci, in primis patris matrisque, deinde ceterorum familiae membrorum. Honor est motus quidam essentialiter utilitatis immemor. Dixerit quis eum esse « sincerum personae donum in personam versum », atque hac significatione honor cum amore convenit. Si quidem quartum mandatum deposcit ut honor patri matrique tribuatur, id ipsum pro familiae bono expostulat. At hanc propter causam a parentibus quoque aliquid requirit. Parentes — commonere praeceptum divinum videtur — ita vos gerite ut mos vester honorem mereatur (et amorem) filiorum! « In vacuum quiddam morale » divinam honoris vestri postulationem cadere ne patiamini! Agitur tandem de mutuo honore. Mandatum illud « honora patrem tuum et matrem tuam » oblique quidem parentibus dicit: vestros filios filiasque vestras honorate. Hoc ipsi merentur quia exsistunt, quia sunt id quod sunt: hoc ex ipso conceptionis momento viget. Hoc mandatum, totum familiae vinculum exprimens, eiusdem interioris soliditatis collustrat fundamentum.

Mandatum pergit: « ut sis longaevus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi ». Istud « quia » consociationem quandam rationum « utilitatis » evocare potest: honorare propter futuram longaevitatem. Dicendum interea, hoc minime infirmare vim praecipuam illius imperativi « honora », quod natura sua cum consuetudine alios respicienti copulatur. Honorare numquam significat: « prospecta commoda ». Difficile tamen est non agnoscere ex mutui honoris habitu, qui inter membra familiaris communitatis viget, varia manare commoda. « Honor » certe est utilis, quemadmodum est « utile » omne bonum verum.

Familia ante omnia efficit bonum, ut « plures una sint », quod bonum est ipsius matrimonii praecipuum (ex hac re ipsius perpetuum vinculum) familiarisque communitatis. Bonum etiam naturae subiecti definiri potest.

Nam persona est subiectum aliquod aeque ac familia, quae, a personis est constituta arto communionis vinculo iunctis, quae unum communiter subiectum efficiunt. Immo familia, magis quam alia socialis institutio, est subiectum: magis quam Natio, quam Civitas, quam societates, atque internationales Consociationes. Societates hae, Nationes praesertim, tantum gaudent propria subiectivitate quantum ex personis percipiunt earumque familiis. Suntne hae « rationis » animadversiones, ut familia vulgo « elevetur »? Minime quidem, sed potius alius modus est agnoscendus ut quid familia sit proferatur. Et hoc quoque ex quarto mandato eruitur.

Veritas haec digna est quae collustretur et planius explicetur: confirmat enim momentum et pondus huius mandati. Instituta composita pro hodierna temperatione iurium hominum iuridicialia verba adhibent: Deus autem dicit: « honora ». Omnia « hominis iura » sunt, ultimo, debilia et imbecilla, si non subest imperativum illud: « honora »; si, aliis verbis, hominis testificatio deest, ex eo quod ipse homo est, « hic » homo. Ex se iura ipsa haud sufficiunt.

Immoderatum itaque non est confirmare Nationum vitam, Civitatum, internationalium Institutionum per familiam transire eamque Decalogi quarto mandato niti. Nostrae autem aetati, quamvis multiplices effictae et enuntiatae sint iuris sententiae, « alienatio » notatione digna minatur, quae ex « illuminismi » propositis oritur, ad quam homo « magis » est homo, si sit homo « tantum ». Facile intellegi potest alienationem, ab iis omnibus quae ad hominis divitias varias ob causas pertinent, nostrae aetati insidian. Et hoc in medium profert familiam. Nam personae confirmatio maxima ex parte ad familiam et congruenter ad quartum mandatum refertur. In Dei consilio familia prima est hominis schola variis de causis: homo esto! Hoc praeceptum in ea enuntiatur: homo veluti patriae filius, Status civis, et, ut vulgo hodie asseveratur, mundi civis. Qui quartum mandatum humanitati tradidit Deus est erga hominem « benignus » (ut Graecano utamur verbo, philanthropos). Universi Creator amoris est Deus vitaeque. Ipse vult ut homo vitam habeat et abundantius habeat, ut Christus enuntiat (cf. *Io* 10, 10): ut vitam habeat ante ceteros per familiam.

Hinc plane liquet « amoris civilem cultum » arte cum familia iugari. Compluribus amoris civilis cultus est adhuc mera utopia. Arbitrantur enim a nullo expeti posse amorem neminique imponi: eum homines libere eligunt, accipiunt scilicet vel respuunt.

Quaedam veritas in hoc invenitur. Attamen plane constat Iesum Christum amoris mandatum reliquisse, quemadmodum in monte Sina praeceperat Deus: « Honora patrem tuum et matrem tuam ». Amor igitur non est

dumtaxat utopia: homini datur tamquam munus explendum, divina iuvante gratia. Homini mulierique committitur, in Matrimonii sacramento, veluti principium et eorum « officii » fons, qui eis mutui muneris fit fundamentum, coniugalis officii primum, deinde patris et matris. In Sacramenti celebratione, coniuges se dedunt vicissimque se recipiunt, significantes se paratos esse ad liberos suscipiendos excolendosque. Hi sunt humani civilisque cultus cardines, qui aliter definiri potest ac « amoris civilis cultus ».

Huius amoris familia est declaratio et fons. Per eam hominis civilis cultus transit praecipuus cursus, qui in ea sua « socialia fundamenta » invenit.

Ecclesiae Patres, christiana procedente traditione, de familia sunt locuti veluti de « ecclesia domestica », « parva scilicet ecclesia ». Amoris civilem cultum sic denotabant tamquam vitae quandam rationem humanique convictus: « simul esse », sicut familia est, alios aliis inservire, communitatis locos singulis hominibus, ut sunt homines, suppeditare, ut « hic » homo individuus compleatur. Nonnumquam de personis agitur aliqua corporis animique parte laborantibus, quas societas « progressum appetens », ut aiunt, reicere mavult. Etiam familia huius societatis similis fieri potest. Hoc re perficit cum mox senes ipsa respuit vel quempiam pravitatibus affectum vel morbo correptum. Ita autem geritur, deficiente fide in Deo per quem « omnes vivunt » *(Lc* 20, 38) cunctique ad vitae plenitudinem vocantur.

Sane quidem, Amoris civilis cultus exstare potest, non est utopia quaedam. Attamen hoc fieri potest tantummodo per stabilem praesentemque necessitudinem ad « Deum et Patrem Domini nostri Iesu Christi ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur » (cf. *Eph* 3, 14-15), ex quo omnis humana familia proficiscitur.

16. Quibus rebus constituitur institutio? Ut postulatis his respondeatur, duae praecipuae veritates sunt memorandae: primum, in veritate amoreque hominem ad vivendum vocari; deinde, quemque hominem per sui sincerum donum perfici. Hoc momentum inducit tum pro institutoribus, tum pro iis qui sunt instituendi. Institutio idcirco processus est peculiaris, in quo mutua personarum communio summam habet significationem. Institutor est persona quae spiritaliter « gignit ». Hac ex parte, institutio apostolatus verus ac germanus haberi potest. Est vitalis communicatio, quae non modo necessitudinem inter praeceptorem et educandum comparat, verum insuper utrumque in veritatem amoremque penitus inserit, ad postremam scilicet metam ad quam quisque homo a Deo Patre, Filio et Spiritu Sancto vocatur.

Paternitas maternitasque prae se ferunt ut una sui iuris individui sint unaque conspirent. Id prorsus liquet in matre novum hominem concipien-

te. Primis mensibus cum ipse in materno sinu vivit peculiare vinculum constituitur, quod iam processus institutorius habetur. Mater, iam antequam filius nascatur, non modo eius corpus efformat, verum oblique etiam omnem eius humanitatem. Tametsi de processu agitur ex matre in filium, non est obliviscendum nasciturum filium affectionem quandam in matrem habere. Hunc mutuum processum, qui, nato puero, exterior fit, non directe communicat pater. Is tamen pro sua conscientia curam ac fulcimentum suum praegnanti matri praestare debet eidemque, si fieri poterit, etiam parienti.

« Amoris civilis cultus » penitus postulat ut vir mulieris, uxoris suae, maternitatem omnino animadvertat homo tamquam donum: quod vero in totum institutionis processum recidit. Multum pendet ex eo quod is paratus est ad recte partecipanda prima haec momenta doni humanitatis adque se implicandum uxoris maternitati veluti maritum et patrem.

Educatio tum est primo utriusque parentis humanitatis « elargitio »: uterque simul suam humanitatem modo nato communicat, qui vicissim iis impertitur novitatem humanitatisque viriditatem, quam secum affert in mundum. Hoc accidit etiam cum pueri corporis animique infirmitatibus notantur: immo his in casibus res ipsa peculiarem educationis virtutem concitare potest.

Iure meritoque igitur Ecclesia matrimonii ritu progrediente rogat: « Estisne parati ad prolem amanter a Deo suscipiendam, et eam secundum legem Christi eiusque Ecclesiae educandam? ».[39] Coniugalis amor in educatione sicut germanus parentum amor demonstratur. « Communio personarum », quae incohante familia tamquam coniugalis amor significatur, completur deinde et perficitur educatione, quae in filios redundat. Obvenientes divitiae, quae in quolibet homine insunt qui nascitur et in familia adolescit, sunt officiose ita sumendae ne corrumpantur neve diffluant, sed contra in humanitate magis magisque firmata perficiantur. Hic quoque est mutuus dynamicus processus, in quo parentes iique praeceptores vicissim quodammodo instituuntur. Humanitatis magistri ipsi sunt filiorum, eandemque a liberis suis exinde discunt. Inde plane concinna familiae compages exsistit atque quarti mandati praecipua significatio manifestatur.

Illud « nos » parentum, viri scilicet uxorisque, per procreationem educationemque in ipsum « nos » familiae evolvitur, quod superioribus generationibus inseritur quodque ad progredientem amplitudinem patet. Hac de re, peculiares sustinent partes hinc parentum parentes, hinc filiorum filii.

[39] *Rituale Romanum, Ordo celebrandi matrimonium,* **n. 60, ed. cit., p. 17.**

Si vero vitam donantes parentes Dei creatricem operam participant, educando eius paternae maternaeque ipsi sociantur puerili disciplinae. Divina paternitas, ad sancti Pauli mentem, exemplar est primigenium omnium paternitatum maternitatumque in mundo universo (cf. *Eph* 3, 14-15), paternitatum maternitatumque potissimum humanarum. De divina puerili disciplina nos uberius docuit Patris aeternum Verbum, quod caro factum ipsi homini veram absolutam que magnitudinem vocationis revela vit: se esse scilicet filium Dei. Sic pariter revelavit, qui esset educationis hominis verus sensus. Per Christum quaevis educatio, sive in familia agenda sive extra, in artis institutoriae divinae salutis ratione locatur, quae hominibus familiisque destinatur et in paschali mortis resurrectionisque Domini mysterio perficitur. Hoc ex « corde » nostrae redemptionis proficiscitur christianae educationis processus omnis, qui eodem tempore ad plenae humanitatis educationem refertur.

Primi praecipuique educatores filiorum sunt parentes, atque hoc in ministerio tuendo primas agunt partes: sunt educatores quia sunt parentes. Ipsi quidem hoc munus peculiare cum aliis hominibus aliisve institutionibus participant, cum Ecclesia, et cum Civitate; quod vero usque usu venire debet ad subsidiarii officii principium recte adhibitum. Id autem sibi vult legitimum esse, immo officiosum parentibus praestitum auxilium, sed eorum praepollenti iure eorumque certis facultatibus intrinsece praeciseque finitur. Subsidiarii ideo officii principium parentum amori inservit, familiae nucleo opem ferendo. Plenae enim cunctis educationis postulatis satisfacere uni parentes non possunt, quod praesertim ad eruditionem attinet et ad magnum civilis convictus ambitum. Subsidiarietas hoc modo complet paternum maternumque amorem, dum eius praecipuam naturam confirmat, quandoquidem quilibet educationis processum participans operari non potest nisi nomine parentum iisque consentientibus et, ratione quadam, vel iis mandantibus.

Iter institutionale ad educationem sui ipsius perducit, quae attingitur cum, congruo corporis animique maturitatis recepto gradu, homo « se ipse educare » incipit. Progrediente tempore educatio sui praetergreditur metas iam ante in educationis processu aequatas, in quo tamen radices agere pergit. Adulescens novos homines convenit novaque loca, cumprimis magistros et scholae condiscipulos, qui in eius educationis iter ad bonum vel malum vim habent. Hac in mansione is quodammodo a familiae educatione abducitur, induens interdum erga parentes censoris speciem. Nihilo minus tamen educationis sui processus notari non potest affectione institutoria quam habent familia et schola in puerum atque in adulescentem. Vel

dum immutatur suamque semitam ingreditur adulescens, penitus continuat suae existentiae stirpem amplecti.

Hoc in prospectu nova ratione quarti mandati adumbratur significatio: « Honora patrem tuum et matrem tuam » *(Ex 20, 12),* quod composite continuateque educationis processui toti coniungitur. Paternitas maternitasque, hoc scilicet primum praecipuumque humanitatis donum, novas amplioresque facultates pro parentibus proque filiis recludunt. Generare secundum carnem est aliam paene « generationem » incohare, quae gradatim et implicate educationis totum processum occupat. Decalogi mandatum a filio poscit ut is patrem matremque honoret. At, quemadmodum supra dictum est, idem praeceptum quodammodo « aequale simileve » imponit officium. Parentes quoque « honorare » filios debent, tum minores tum maiores natu, isque mos est toto educationis processu continuandus, tempore quoque scholae sumpto. « Honorandi principium », quo homo scilicet agnoscitur et colitur ut homo, omnes rectos institutorios processus temperare prorsus debet.

In educationis provincia peculiarem agit partem Ecclesia. Sub Traditionis magisteriique conciliaris lumine est prorsus asseverandum non agi modo de educatione Ecclesiae demandanda quod ad rem moralem religiosamque personarum attinet, verum de « una cum ecclesia » personae continuata educatione excolenda. Familia vocatur « in Ecclesia » ad munus educatorium explendum, ad vitam missionemque ecclesialem participandam. Ecclesia cupit educare potissimum per familiam, quippe quae matrimonii sacramento ad hoc munus designetur « gratia status », inde insequenti, atque iuvante charismate familiaris communitatis proprio.

Procul dubio inter munera omnino necessario familiae obeunda religiosa educatio annumeratur, qua videlicet nisa familia veluti « ecclesia domestica » incrementum capit. Religiosa educatio et liberorum catechesis efficiunt ut familia in Ecclesia tamquam obiectum ponatur verum evangelizationis atque apostolatus. Agitur de iure arte cum libertatis religiosae principio coniuncto. Familiis, verius parentibus, copia optioque dantur libere eligendi certam quandam rationem liberorum religiose moraliterque educandorum, quae ad eorum mentem conveniat. Attamen etiam cum ministerium hoc ipsi ecclesiasticis institutis scholisve a religiosis temperatis committunt, ii continenter actuoseque adesse debent et institutoriam operam continuare.

Nec in educando propositum praecipuum est neglegendum de vocatione eligenda et in ea peculiariter de coniugali vita praeparanda. Studiose profecto Ecclesia contendit satagitque ut matrimonium congruenti institutio-

ne contrahatur, exempli gratia per curricula quibus desponsati recte disponuntur et instituuntur. Omnia haec apta necessariaque sunt. At non est obliviscendum familiae esse potissimum advenientem vitam coniugum comparare. Procul dubio dumtaxat familiae spiritaliter sibi consciae munus hoc obire congruenter possunt. Quapropter confirmatur peculiaris inter familias conspiratio, quae variis formis effici potest, quales sunt familiarum pro familiis consociationes. Familiaris institutio hac consociata opera vim haurit, qua non modo singulae personae coniunguntur, verum et communitates, quandoquidem ad communem precationem compelluntur et simul concitantur ut, omnibus concurrentibus, praecipuis postulatis recte respondeant, quae ex vita effulgent. Nonne hoc modo aliae familiae aliis apostolatum luculenter exhibent? Magni igitur refert ut familiae operam sociare contendant. Ceterum id mutuum sinit educationis ministerium dari: parentes ab aliis parentibus instituuntur, liberi a liberis. Peculiaris sic inducitur translaticia institutoria consuetudo, quae ex « ecclesiae domesticae » nota vim haurit, familiae propria.

Amoris evangelium est perennis fons, unde humana familia veluti personarum communio haurit alimentum. Amore autem educationis totus processus nititur et firmatur, qui est veluti fructus maturus mutuae parentum deditionis. Per labores, aegritudines animique destitutiones, quae personae educationem comitantur, amor continuo exploratur. Ut eiusmodi pericula superentur spiritalis roboris opus est fonte, qui tantum reperitur in Eo qui «in finem dilexit eos» *(Io* 13, 1). Ita educatio ad cultum civilem amoris plene pertinet; ab eo pendet, atque maxima ex parte eundem aedificandum confert.

Familiae evolvente anno, Ecclesia usque fidenter pro hominis educatione precatur, ut familiae in educationis munere, animo, fiducia speque sustentatae, perseverent, quamvis difficultates nonnumquam obstent tam graves ut superari non posse videantur. Ecclesia precatur ut « civilis cultus amoris » vires superiores evadant, quae ex amoris Dei fonte defluunt, quasque Ecclesia indesinenter universae humanae familiae bono commodat.

17. Familia est personarum communitas, minima societatis cellula, atque idcirco praecipua est institutio in omnium societatum vita.

Familia, ut institutio, quid a societate poscit? Ante omnia ut agnoscatur ipsa in natura sua atque pariter ut in sociali sua subiectivitate recipiatur. Subiectivitas haec cum identitate coniungitur, quae est matrimonii et familiae propria. Matrimonium nempe, quo familiaris institutio sustentatur, ex foedere constituitur « quo vir et mulier inter se totius vitae consor-

tium constituunt, indole sua naturali ad bonum coniugum atque ad prolis generationem et educationem ordinatum ».[40] Iunctio eiusmodi una veluti « matrimonium » agnosci confirmarique in societate potest. Interpersonales autem ceterae consortiones non ita sunt habendae, quae his carent condicionibus de quibus supra facta est mentio, quamvis hodie inclinationes quaedam diffundantur, in periculum familiam et societatem futuro de tempore adducentes.

Nulla humana societas nimiae licentiae concedere potest cum de rebus agitur summi ponderis ad ipsum matrimonium pertinentibus et familiam! Id genus immodica moralis licentia sine dubio germanis pacis necessitatibus et inter homines communioni damna infert. Quocirca intellegitur cur authenticam familiae rationem strenue tueatur Ecclesia atque legitimas concitet institutiones, rerum politicarum potissimum custodes itemque internationales Consociationes, ne rerum novarum illecebrae fallacis speciei cedant.

Veluti amoris vitaeque communitas, familia aliquid est sociale, quod radicitus defigitur, atque proprie peculiariterque societas nemini obnoxia, quamvis varias ob rationes condicionibus quibusdam adstricta. Quandoquidem nemini obnoxia dicitur familia-institutio, cumque ipsa aliquibus condicionibus obstringatur, de familiae iuribus sermo est instituendus. Hac de re Sancta Sedes anno MCMLXXXIII "Familiae Iurium Chartam" evulgavit, quae etiam nunc maxima vi pollet.

Familiae iura cum hominis iuribus arte coniunguntur: personarum etenim ex eo quod communio est familia, sui ipsius consummatio perfectio ve magna ex parte a recte adhibitis iuribus pendent personarum quae eam participant. Altera iura ipsam respiciunt familiam, veluti parentum ius filios responsaliter gignendi et educandi; altera iura autem ad familiae nucleum solummodo oblique tantum referuntur: inter quae, magni momenti annumeratur ius mancipii, familiaris praesertim mancipii, atque ius operae praestandae.

Familiae iura tamen haud « summam mathematicam » constituunt simpliciter personae, cum sit familia plus quiddam quam membrorum summa singulariter sumptorum. Communitas est ipsa parentum et filiorum; nonnumquam multiplicium generationum communitas. Hac de causa eius subiectivitas, quae in divino consilio consistit, propria iura constituit et requirit. "Familiae Iurium Charta" ex memoratis moralibus principiis sumens initium, efficit ut familiaris institutio firmior sit in sociali iuridicialique

[40] *Codex Iuris Canonici,* can. 1055, 1; *Catholicae Ecclesiae Catechismus,* n. 1601.

ordine « magnae » societatis: Nationis scilicet, Civitatis, internationalium Communitatum. Unaquaeque « magna » societas oblique saltem pendet a familia; quapropter summi est momenti definire necessitatisque « magnarum societatum » iura officiaque erga familiam.

Primum tenet locum quasi descriptum vinculum quod inter familiam Nationemque accedit. Haud in omnibus casibus, ut liquet, de Natione propria ratione loqui licet. Sunt veruntamen gentes, quae, quamquam verae Nationes haberi non possunt, « magnarum » tamen societatum munus quodam modo sustineant. In utraque opinatione, familiae cum gente Natione-ve vinculum in cultura participanda primum invenit firmamentum. Parentes quodammodo etiam Nationi liberos pariunt, ut eiusdem sint membra eiusque historicum culturaeque patrimonium participent. Inde a primordio familia iisdem fere fingitur et fruitur lineamentis atque Natio ad quam ipsa pertinet.

Familia, culturale nationis patrimonium participans, peculiares illas libertatem immunitatemque iuvat, quae eius e cultura sermoneque scatent. Hoc de argumento Congressionem UNESCO, ut dicitur, Lutetiae Parisiorum anno MCMLXXX habitam, sum allocutus, atque saepenumero idem reperii argumentum, quippe quod magni sit momenti. Per culturam sermonemque non modo Natio, sed omnis familia suum spiritalem principatum invenit. Difficulter ceteroquin complures eventus explicarentur ad populorum, Europaeorum potissimum, annales pertinentes; eventus dico antiquos et recentes, praeclaros et lamentabiles, victoriarum cladiumque, ex quibus intellegitur quam apposite cum Natione familia vicissimque cum familia Natio coniungantur.

Circa Civitatem partim fere idem est hoc familiae ligamen, partim aliud. Nam Civitas propter minus « familiarem » structuram a Natione discernatur, et ad politicam rationem componitur adque magis « grapheocraticam » formam. Verumtamen Civitatis quoque compages paene « animam » propriam habet, prout cum sua ipsius natura « communitatis politicae » congruit, iure ad bonum commune ordinatae.[41] Hac cum « anima » arte familia copulatur, cum Civitate vi ipsius subsidiarii officii principii coniuncta. Familia enim res est socialis cui non omnia praesto sunt instrumenta ad suos fines consequendos, etiam in provincia institutionis educationisque. Civitas ergo secundum memoratum principium arcessitur, ut opem ferat suam et opituletur. Ubi autem familia sibi res suppetit, sini debet ut ipsa sua voluntate operetur; nimius Civitatis intercursus detrimentum afferet

[41] **Cf. Const.. past, de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 74.**

atque contumeliosus fiet, quoniam familiae iura violabit; ubi reapse ipsa sibi non sufficit, potest Civitas debetque adesse.

Praeter quemvis educationis institutionisque ordinem, civitatis auxilium, quod minime privatorum subsidia interdicere debet, exprimitur, exempli gratia per instituta spectantia ad vitam valetudinemque civium servandam, potissimumque ad cautionem eorum omnium quae rationem habent ad operariorum coetus. Coacta operis vacatio gravissime hodiernis temporibus familiari vitae minatur, atque de ea merito omnes societates sollicitantur. Ipsa provocationem infert politicae civitatum arti atque ad multam meditationem elicit pariter in Ecclesiae doctrinam socialem. Festinata ergo ratione necessarioque ideo huic rei mederi animose oportet, congruis adhibitis rationibus, quae quidem ultra etiam cuiusque nationis fines prospiciant tot familiis, quae opere carentes in iniquo discrimine versantur.[42]

Cum de opere disceptatur quod familiam respicit, aequum est momentum extollere et pondus navitatis mulierum in familiae gremio,[43] cui auctoritas tribui debet quodque omni ex parte efferri debet. Mulieris « labor », quae, postquam filium peperit, eundem alit, curat et curiose excolit prioribus praesertim vitae annis, tam est gravis, ut cum nullo artis opere conferri possit. Quod convenienter est agnoscendum non minus quam in ceteris operibus ius vindicandum. Maternitas, atque in ea insidens labor, oeconomice etiam sunt agnoscenda, saltem aeque atque alia opera quae sustinentur, ut familia in suae exsistentiae peculiari momento sustentetur.

Omni ope oportet ut familia primigenia societas agnoscatur et ratione quadam « alii non obnoxia »! Eius « libertas et immunitas » ad societatis bonum sunt necessariae. Natio quae nemini obnoxia vere dici potest spiritaliter que fortis, semper solidis familiis constituitur, quae suae vocationis suique in historia muneris sibi sunt consciae. Familia medium praecipuumque harum quaestionum munerumque occupat locum: si ad secundas partes agendas compellitur adque minoris momenti ordinem, eam exturbando ex loco ei proprio in societate, magnum detrimentum societatis corpori vere augendo importatur.

18. Cum Ioannis discipulis olim loquens Iesus de invitatione ad nuptias mentionem fecit, adstante inter convivas sponso: «Cum illis est sponsus» *(Mt* 9, 15). Denotabat sic in sua persona compleri Dei sponsi imaginem, in Vetere Foedere iam adhibitam, ut plene Dei mysterium veluti Dilectionis mysterium revelaret.

[42] Cf. Litt. Enc. *Centesimus annus* (1 Mai 1991), 67: *AAS* 83 (1991), 862-863.
[43] Cf. Litt. Enc. *Laborem exercens* (14 Septembris 1981), 19: *AAS* 73 (1981), 625-629.

Tamquam « sponsum » se ostendens, Iesus Dei essentiam patefacit pariterque suam in hominem immensam dilectionem confirmat. At huius imaginis electio oblique altam quoque sponsalis amoris veritatem collustrat. Illa enim usus Iesus ut de Deo loquatur, demonstrat ipse quanta Dei paternitas quantusque amor reluceant in viri mulierisque amore matrimonium ineuntium. Idcirco suum incohans ministerium, Iesus est in Cana Galilaeae, ut nuptiarum convivium una cum Maria primisque discipulis (cf. *Io* 2, 1-11) participet. Hoc modo ipse comprobare vult quantum veritatis de familia inscribatur in divina Dei revelatione atque in salutis historia. In Antiquo Testamento, in Prophetis imprimis, pulcherrima de Dei amore reperiuntur verba; est amor sollicitus sicut matris in filium et tener veluti amor sponsi in sponsam, atque eodem tempore admodum aemulus; hic amor ante omnia non ulciscitur, sed ignoscit; amor qui in hominem inclinatur quemadmodum pater in filium prodigum, eum extollit et vitae divinae participem reddit. Amor hic admirationem movet: aliquid novi omnino, apud gentes usque ad id tempus incognitum.

In Cana Galilaeae Iesus est veluti praeco divinae de matrimonio veritatis, veritatis scilicet qua niti humana familia potest, contra omnes vitae casus adversos se roborans. Hanc veritatem Iesus participando nuptias in Cana enuntiat et signum ibidem patrando primum, aquam in vinum immutando.

Matrimonii quoque veritatem edicit, pharisaeus alloquens et ipse declarans quemadmodum amor, qui a Deo est, amor tener sponsalisque, postulata quaedam alta penitus requirat. Minus sane requirebat Moyses, qui repudii libellum dari sivit. Cum pharisaei acriter disputantes ad eundem se revocant, Christus praecise respondit: « Ab initio autem non sic fuit » *(Mt* 19, 8). Ipse memorat: Qui hominem creavit, masculum et feminam fecit, Isque statuit: « Relinquet vir patrem suum et matrem et adhaerebit uxori suae; et erunt in carnem unam » *(On* 2, 24). Quod ratione congruenterque Christus absolvit: « Itaque iam non sunt duo sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet » *(Mt* 19, 6). Pharisaeis, lege Moysis nitentibus et contra dicentibus, respondet: « Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras; ab initio autem non sic fuit » *(Mt* 19, 8).

Iesus ad « principium » se revocat, in ipsis primordiis creationis divinum consilium inveniens, in quo familia firmatur atque per eam hominum universae res gestae. Matrimonii res et natura, Iesu volente, Novi Foederis verum solidumque fit sacramentum, sanguinis Christi redemptoris sigillo obsignatum. Coniuges familiaeque, mementote quo pretio « redempti » sitis (cf. *1 Cor* 6, 20).

Praeclara haec veritas ad humanam mentem est difficilis acceptu factuque. Quid miramur suorum popularium postulatis concessisse Moysem, cum Apostoli ipsi, auditis Magistri verbis, respondeant: « Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere » *(Mt* 19, 10)! Iesus tamen, hominis mulierisque, familiae cunctaeque societatis ob oculos habens bonum, usque a principio posita confirmat postulata. Simulque tamen hanc occasionem nanciscitur ut illam roboret electionem, ad quam matrimonium propter regnum caelorum recusatur: etiam electio haec, quamvis alio modo, « gignere » patitur. Hinc vita consecrata initium capit, hinc Ordines Congregationes religiosae Orientis et Occidentis, aeque ac sacerdotalis caelibatus disciplina, ad Ecclesiae Latinae traditionem. Verum igitur non est illud: « non expedit nubere », at studium in regnum caelorum ad matrimonium declinandum impellere potest (cf. *Mt* 19, 12).

Matrimonium inire tamen manet primigenia hominis vocatio, quod longe Dei populi maxima pars complectitur. In familia sane spiritalis aedificii lapides finguntur vivi, quemadmodum Petrus memorat apostolus (cf. *1 P e* 2, 5). In coniugum corporibus habitat Spiritus Sanctus (cf. *1 Cor* 6, 19). Quoniam autem vitae divinae transmissio humanae vitae transmissionem requirit, ex matrimonio non hominum dumtaxat filii nascuntur, verum etiam, per baptismum, filii Dei adoptivi, qui vita nova a Christo per Spiritum Sanctum recepta fruuntur.

Hoc modo, cari fratres caraeque sorores, coniuges et parentes, Sponsus est vobiscum. Eundem esse bonum Pastorem scitis eiusdemque vocem novistis. Scitis quo ipse vos ducat, quomodo de pascuis dimicet in quibus vitam et quidem abundantius inveniatis; scitis quemadmodum in lupos rapaces invadat, ex eorum faucibus paratus ad oves evellendas: quemque scilicet maritum, quamque uxorem, quemque filium, quamque filiam, omnia denique vestrarum familiarum membra. Novistis Eum, quemadmodum Bonum Pastorem, ad vitam dandam pro ovibus esse paratum (cf. *Io* 10, 11). In semitis vos ducit, quae non sunt praecipites salebrosaeque sicut illae in quibus complures hodiernae doctrinae decurrunt; omnem quidem veritatem repetit haud aliter quam cum ad pharisaeos se convertebat cumque Apostolos docebat, qui deinde eandem per universum orbem vulgaverunt, illius temporis hominibus nuntiando, cum Iudaeis tum Graecis. Discipuli sibi prorsus conscii erant Christum omnia renovavisse; hominem « novam creaturam » factum: non iam Iudaeum neque Graecum, non servum neque liberum, non iam hominem neque mulierem, sed « unum » in Eo (cf. *Gal* 3, 28), eundemque filii adoptivi Dei dignitate cumulatum. Pentecostes die homo hic Spiritum Paraclitum recepit, Spiritum veritatis; sic Dei novus Populus

initium sumpsit, Ecclesia videlicet, caeli novi terraeque novae praeceptio (cf. *Apc 21,* 1).

Apostoli, antehac de matrimonio deque familia quoque reformidantes, animosi mox sunt facti. Matrimonium familiamque veram esse vocationem intellexerunt ex ipso Deo exsurgentem, et pariterque apostolatum: apostolatum laicorum. Orbi convertendo atque mundo, rerum naturae, cunctae humanitati renovandis inserviunt.

Familiae carissimae, vobis quoque sunt animi addendi, paratae usque ad testimonia reddenda spei illius quae est in vobis (cf. *1 Pe* 3, 15), quandoquidem in cordibus vestris eam per Evangelium bonus Pastor penitus immittit. In expedito esse debetis ad Christum persequendum in pascua illa quae vitam impertiunt quaeque Ipse per mortis resurrectionisque mysterium comparavit.

Pericula discriminave ne timueritis: divinae virtutes vestris difficultatibus multo sunt praestantiores: longe maior malo, quod in mundo operatur, est vis sacramenti Reconciliationis, quod a Patribus non immerito « alterum Baptisma » nuncupatur. Multo valentior corruptela quae in mundo grassatur est Confirmationis sacramenti virtus divina, quae Baptismum perficit. Facile maxima est prae ceteris praesertim Eucharistiae potentia.

Eucharistia sacramentum est vere mirabile, in eo Christus veluti cibum et potum se Ipse reliquit, potentiae salutaris fontem. Se ipse reliquit ut vitam haberemus et abundantius haberemus (cf. *Io* 10, 10): vitam nimirum quae est in eo, quam ipse per Spiritus donum tertia die resurgens a mortuis communicavit. Nobis enim vita est quae ab eo manat. Vobis, dilecti coniuges, parentes familiaeque ipsa destinatur! Nonne Ipse familiariter Eucharistiam inter postremam cenam instituit? Cum ad manducandum una convenitis unaque estis, Christus prope vos est. Magis insuper, ipse est Emmanuel, Deus nobiscum, cum ad eucharisticam Mensam acceditis. Idem accidere potest quod in pago Emmaus, ut tantum « in fractione panis » agnoscatur (cf. *Lc* 24, 35). Fieri potest quoque ut Ipse ante ianuam diutius sistat pultetque, exspectans ut ianua aperiatur et ingredi possit nobiscum cenaturus (cf. *Apc* 3, 20). Novissima in ipsius Cena verba tunc enuntiata, Crucis sacrificii virtutem sapientiamque penitus servant. Nulla alia datur vis, nulla sapientia, per quas ipsi salvi esse possimus aliosque salvare. Alia non dantur virtus aliave sapientia quibus usi vos, parentes, liberos educare possitis, immo etiam vos ipsos educare. Eucharistiae institutoria vis per generationes saeculaque est confirmata.

Bonus Pastor ubique est nobiscum. Quemadmodum in Cana Galilaeae, Sponsus inter sponsum sponsamque, cum alter alteri vitam suam commit-

tebat, bonus Pastor est hodie vobiscum veluti spei causa, cordium robur, studii usque flagrantis fons atque « amoris civilis cultus » vincentis signum. Iesus, bonus Pastor, nobis repetit: Nolite timere. Ego sum vobiscum. « Vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi » *(Mt* 28, 29). Unde tanta vis? Unde certa probatio te esse nobiscum, quamvis te interemerint, Dei Eili, atque mortuus sis sicut ceteri homines? Unde haec fiducia? Evangelista dicit: «In finem dilexit eos» *(Io* 13, 1). Tu ideo nos amas, Qui Primus es et Novissimus, Vivens; et fuisti mortuus et ecce vivens es in saecula saeculorum (cf. *Apc* 1, 17-18).

19. Sanctus Paulus familiaris vitae argumentum his complectitur verbis: «magnum mysterium » *(Eph* 5, 32). Quod ille in Epistula ad Ephesios de « magno sacramento » scribit, etsi Libro Genesis fundatur totaque Antiqui Foederis traditione, novam tamen habet structuram, quae porro deinde in Ecclesiae magisterio pernotescet.

Ecclesia profitetur esse matrimonium veluti sacramentum foederis coniugum « magnum mysterium » esse, quoniam in eo Christi sponsalis amor in eius Ecclesiam continetur. Scribit sanctus Paulus: « Viri, diligite uxores, sicut et Christus dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret mundans lavacro aquae in verbo » *(Eph* 5, 25-26). Hoc loco Apostolus de Baptismo loquitur, de quo in Epistula ad Romanos longe tractat, ostendens eundem mortem communicare cum Christo ad eiusdem vitae partem habendam (cf. *Rom* 6, 3-4). Hoc sacramento fidelis nascitur velut novus homo, quandoquidem Baptismus habet vim novam vitam communicandi ipsam Dei vitam. Mysterium Dei hominisque Baptismi eventu quodammodo perstringitur. « Christus Iesus Dominus noster, Filius Dei Altissimi, — asseverabit serius sanctus Irenaeus atque cum eo tot Ecclesiae orientalis occidentalisque Patres — factus est filius hominis, ad hoc ut et homo fieret filius Dei ».[44]

Sponsus itaque est idem Deus qui homo factus est. In Vetere Foedere, Jahve tamquam Israelis, populi nempe electi, Sponsus ostenditur, Sponsus facilis et Severus, aemulus et fidelis. Traditiones cunctae, disertiones atque idololatriae Israelis, quas dramática et viva ratione Prophetae narrarunt, exstinguere non valent dilectionem, qua Deus Sponsus usque in finem diligit (cf. *Io* 13, 1).

Inter Deum populumque suum sponsalis communio in Christo, confirmatur et completur in Novo Foedere. Christus certiores nos facit nobiscum

[44] Cf. *Adversus haereses,* III, 10, 2: *PG* 7, 873; *SCh* 211, 116-119; S. ATHANASIUS, *De incarnatione Verbi,* 54: *PG* 25, 191-192; S. AUGUSTINUS, *Sermo* 185, 3: *PL* 38, 999; *Sermo* 194, 3, 3: *PL* 38, 1016.

esse sponsum (cf. *Mt* 9, 15), nobiscum omnibus est cum Ecclesia. Ecclesia fit sponsa: Christi sponsa. Sponsa haec, de qua ad Ephesios Epistula loquitur, in quolibet baptizato praesens est et est veluti persona Sponsi obtutui offerenda: « Christus dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro ea... ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata » *(Eph* 5, 25-27). Amor, quo Sponsus usque « in finem dilexit » Ecclesiam, efficit ut ipsa semper iterumque sit sancta in sanctis suis, etiamsi Ecclesia esse peccatorum numquam desinit. Peccatores quoque, « publicam et meretrices », ad sanctitatem vocantur, quemadmodum Christus ipse in Evangelio testatur (cf. *Mt* 21, 31). Omnes concitantur ut Ecclesia gloriosa fiant, sancta et immaculata. « Sancti estote — dicit Dominus —, quoniam et ego sanctus sum » *(Lv* 11, 44; cf. *1 Pe* 1, 16).

Hic est « magni mysterii » altissimus gradus, intima sacramentalis doni in Ecclesia significatio, Baptismi et Eucaristiae altissimus sensus. Fructus sunt dilectionis, qua Sponsus usque in finem dilexit; quae dilectio usque profertur et hominibus vitae divinae augescentem consortionem elargitur.

Sanctus Paulus postquam dixit: « Viri, diligite uxores » *(Eph* 5, 25), vehementius quidem continuo addit: « Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit; nemo enim umquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fovet eam sicut et Christus Ecclesiam, quia membra sumus corporis eius » *(Eph* 5, 28-30). Cohortatur deinde coniuges verbis: « Subiecti invicem in timore Christi » *(Eph* 5, 21).

Procul dubio nova haec est ratio veritatis aeternae de matrimonio familiaque Novi Foederis sub lumine. Eandem Christus in Evangelio revelavit in Cana Galilaeae adstans, per Crucis sacrificium et Ecclesiae Sacramenta. Sic in Christo rationem amoris sui sponsalis inveniunt coniuges. Christum inducens Ecclesiae Sponsum, sanctus Paulus per similitudinem ad amorem sponsalem se revocat. Genesis Librum repetit: « Relinquet vir patrem et matrem suam et adhaerebit uxori suae; et erunt in carnem unam » *(Gn* 2, 24). Hoc est « magnum mysterium » amoris aeterni, quod iam ante creationem exsistit, quod a Christo revelatur atque Ecclesiae demandatur. « Mysterium hoc magnum est — affirmat Apostolus — ego autem dico de Christo et Ecclesia! » *(Eph* 5, 32). Veluti igitur mysticum corpus itemque veluti hominis cum Deo Foederis signum, veluti denique universale salutis sacramentum non intellegitur Ecclesia, nisi « magnum mysterium » aeternum repetitur, quod hominis, scilicet viri mulierisque, creationem et utriusque ad coniugalem amorem vocationem complectitur, paternitatem maternitatemque. Non datur « mysterium magnum », quod est

Ecclesia et in Christo humanitas, si « magnum mysterium » adimitur, quod significatur locutione « in carnem unam » (cf. *Gn 2,* 24; *Eph* 5, 31-32), in natura matrimonii familiaeque.

Magnum Dei mysterium ipsa est familia. Instar « domesticae ecclesiae » sponsa est Christi. Universalis quidem Ecclesia, in eaque particularis Ecclesia omnis, citius sese Christi praestant sponsam in « domestica ecclesia », necnon in amore quem agunt in ea: est conubialis amor, amor paternus ac maternus, fratrum amor atque amor communitatis personarum et aetatum. Cogitari hominum forsitan possit amor sine Sponso et sine amore, quo Ipse in primis usque ad finem dilexit? Tum solum, cum talis consortes sunt amoris talisque etiam « mysterii magni », coniuges valent amare « usque ad finem »: etenim aut participes eius evadunt aut ad imum usque non intellegunt quid sit amor quamque gravia ipsius sint postulata. Iis sine dubitatione hoc magnum infert periculum.

Epistulae ad Ephesios doctrina permovet nos altitudine sua atque ethica vi. Dum enim matrimonium et oblique etiam familiam indicat tamquam « mysterium magnum » ad Christum videlicet Ecclesiamque relatum, Paulus apostolus iterum id inculcare potest quod antea maritis dixerat: « Unusquisque suam uxorem sicut seipsum diligat ». Ad quod deinde addit: « Uxor autem timeat virum » *(Eph* 5, 33). Timet quidem, quoniam amat novitque se redamari. Huius porro virtute amoris reciprocum donum fiunt coniuges. Amore namque agnitio continetur dignitatis singularis alterius atque unicitatis non iterabilis: uterque nempe eorum, qua homo, inter omnes orbis creaturas est a Deo electus propter seipsum;[45] verum uterque conscio ac responsali actu tribuit liberum sui donum alteri coniugi necnon liberis a Domino acceptis. Suam hortationem continuat sanctus Paulus seque ad quartum revocat mandatum magna cum utilitate: « Filii, oboedite parentibus vestris in Domino, hoc enim est iustum. "Honora patrem tuum et matrem", quod est mandatum primum cum promissione, "ut bene sit tibi et sis longaevus super terram". Et, patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina et correptione Domini » *(Eph* 6, 1-4). Quapropter quarto in mandato dispicit Apostolus latens officium mutuae observantiae virum inter atque uxorem, parentes inter ac filios et filias sicque in illo cohaerentiae familiaris principium agnoscendo.

Complexio haec mirabilis Paulina de « magno mysterio », uti compendium vel summa quadamtenus perhibetur magisterii de Deo et homine,

[45] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 24.

quod Christus consummavit. Dolendum verum quod occidentis philosophia, rationalismo recenti progrediente, ab illa paulatim descivit doctrina. Qui enim philosophus principium contexuit: « Cogito, ergo sum », recentissimae simul notioni de homine insculpsit duplicem sive dualisticam rationem qua ea signatur. Rationalismi quidem proprium est extremo quodam modo opponere in homine animum corpori, et corpus animo. Homo contra est persona in corporis et animi unitate.[46] Numquam potest ad unam materiam redigi corpus: est enim corpus spiritu penetratum, perinde ac spiritus tam alte corpori coniungitur ut iure describi possit spiritus corpore pervasus. Uberrimus autem fons, unde corpus cognoscatur, Verbum est caro factum. Hominem Christus homini ipsi manifestat.[47] Concilii Vaticani II adfirmatio haec quodam sensu responsio est, diu iam exspectata, quam recentioris aetatis rationalismo reddidit Ecclesia.

Haec responsio praecipuum quoddam pondus prae se fert ad familiam comprehendendam, prae oculis habitis praesertim recentissimae humanitatis elementis; illa namque, uti iam superius est dictum, tot in casibus videtur récusasse ne « civilis cultus amoris » sit. Permagni effecti sunt recentiore hoc tempore progressus in mundo corporeo intellegendo atque etiam in hominis psychologica ratione percipienda; verumtamen ad maxime eius intimam quod spectat partem, metaphysicam nempe rationem, hodiernus homo sibi plerumque ignotus esse pergit proindeque res ignota manet familia quoque. Quod idcirco evenit quia a « magno mysterio » seiuncta est de quo loquitur Apostolus.

Animi corporisque segregatio in homine effecit demum ut iam plures corpus tractare velint non secundum normam propriae eius cum Deo similitudinis, sed ad regulam similitudinis cum ceteris corporibus in rerum natura exstantibus, quae uti materiam homo ad sua opera usurpât in rerum consumendarum effectionem. Protinus vero omnes intellegere possunt accomodationem principiis hominum similium re vera ingentia secum importare pericula. Quotiens enim hominis corpus, procul consideratum a spiritu et cogitatu, velut materies adhibetur more corporum animalium — id quod verbi gratia in embrionum fetuumque tractatione accidit — necessario obviam proceditur terrificae cladi ethicae.

Simili quidem in anthropologico prospectu vivere cogitur familia humana experientiam novi Manichaeismi, ubi inter se corpus et animus funditus opponuntur: neque ex spiritu vivit corpus neque anima vivificat corpus.

[46] **« Corpore et anima unus », sicut apta locutione definit Concilium: *ibid,* 14.**

[47] ***Ibid.* 22.**

Ita sane tamquam persona et subiectum vivere desinit homo. Quamquam sunt contrariae opinationes et adfirmationes, tunc homo evadit solum obiectum. Sic exempli gratia haec neo-manichaea humanitas facit ut hominis sexus magis uti locus tractationis respiciatur atque abusus, quam secundum veritatem illius primi stuporis, qui in ipso creationis diluculo Adamum impellit ut coram Eva exclamet: « Haec nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea! » *(Gn* 2, 23); atque illius item stuporis, qui verbis refertur Cantici Canticorum: « Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum » *(Gt* 4, 9). Quam contra longe distant quaedam recentiores notiones ab alta illa intellegentia masculinae ac femininae naturae hominum, quam divina praebet Revelatio! Ea quidem adducimur nos ut detegamus in humano sexu divitias ipsius personae, quae in familia vere aestimatur quaeque suam celsam etiam vocationem in virginitate aperit et caelibatu propter Regnum Dei.

Mysterium haud perfert recens rationalismus. Minime quidem hominis, maris ac feminae accipit arcanum, neque agnoscere vult plenam de homine veritatem patefactam esse in Christo Iesu. At potissimum non tolerat « mysterium magnum » in Epistula ad Ephesios nuntiatum, quod radicitus adgreditur. Etsi secundum quandam deismi sententiam fatetur esse posse, immo debere, supremum Ens vel divinum, mordicus tamen Dei repudiat notionem se hominem facientis ut hominem salvet. Concipere non valet rationalismus Deum esse redemptorem eoque minus «Sponsum» esse, primigenium nempe unicumque amoris sponsalis humani fontem. Rerum effectionem vitaeque ipsius significationem alio prorsus interpretatur modo. Atqui, si homini prospectus deficit Dei qui eum diligit et per Christum vocat ut in Eo et cum Eo vivat, si praeterea non suppetit familiae facultas communicandi « magni mysterii », quid tandem superest nisi una dumtaxat aestimatio vitae temporanea? Restat temporalis vita uti dimicationis campus de exsistentia, sollicitae conquisitionis lucrorum in primis nummariorum.

«Mysterium magnum», amoris vitaeque sacramentum, quod in creatione ortum est et in redemptione, et cuius est pignus Christus-Sponsus, suas amisit radices altas in ipsa recentiore mente. Intra nos et circa nos ei minantur. Ut Familiae Annus in Ecclesia celebratus fieri possit coniugibus optata opportunitas ad illud mysterium denuo reperiendum atque vi magna et fortitudine et studio iterum adfirmandum!

20. « Pulchrae dilectionis » historia incipit ab Annuntiatione, iis videlicet a vocibus mirandis, quas Mariae angelus protulit, quae invitabatur ut Filii Dei efficeretur Mater. Mariae adsensione, qui erat « Deus de Deo lu-

men de lumine », ipse hominis fit filius; ita tamen eius Mater est Maria, ut haud cesset virgo esse quippe quae «virum non cognoscat» (cf. *Lc* 1, 34). Ut Mater-virgo, Maria transit in pulchrae dilectionis Matrem. Iam haec aperitur veritas ipsis archangeli Gabrielis sermonibus, sed plena eius significatio confirmabitur altiusque sensim explicabitur Maria Filium sequente sua in fidei peregrinatione.[48]

Recepta est « Mater pulchrae dilectionis » ab eo, qui secundum Israelis traditum morem iam terrenus eius erat vir, Iosephus e stirpe Davidis. Cogitare illi licebat promissam sponsam uti uxorem suam suorumque liberorum matrem. Suo tamen consilio intercedit Deus huic conubiali foederi: « Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est » *(Mt* 1, 20). Conscius sibi Iosephus est suisque cernit oculis novam in Maria conceptam esse vitam, quae a se non venit ideoque vir iustus antiquaeque legis observans, quae tali in causa divortii iniungebat officium, dissolvere cupit benigna ratione conubium suum (cf. *Mt* 1, 19). Docet eum angelus Domini istud non futurum esse secundum vocationem ipsius, immo contrarium sponsali amori, qui eum cum Maria coniungit. Coniugalis hic mutuus amor, ut plene « pulchra dilectio » evadat, postulat ut ille Mariam eiusque Filium sub domus suae Nazarethanae tectum recipiat. Nuntio divino Ioseph paret et se gerit secundum id quod est illi praeceptum (cf. *Mt* 1, 24). Ob Iosephi operam incarnationis mysterium simulque Sacrae Familiae arcanum inscribitur penitus in conubiali viri ac mulieris amore atque obliqua via in cuiusque humanae familiae origine. Id quod postmodum appellabit Paulus « mysterium magnum » iam supremam suam invenit in Sacra Familia declarationem. Sic ideo collocatur familia reapse in medio ipso Foedere Novo.

Dici etiam « pulchrae dilectionis » historia quadamtenus cum primo pari humano, Adamo et Eva, coepisse. Nec temptatio, cui cesserant, nec subsequens peccatum originale plane eos facultate destituii « pulchrae dilectionis ». Hoc intellegitur, exempli causa, in libro Tobiae, ubi Tobias et Sara coniuges, sui amoris describentes vim, protoparentes advocant Adamum et Evam (cf. *Tb* 8, 6). Novo autem in Testamento idem sanctus Paulus testatur cum de Christo loquitur uti Adamo novo (cf. *1 Cor* 15, 45): non venit Christus ut primum Adamum et Evam primam condemnet, verum ut redimat; ad illud venit renovandum quod in homine Dei est donum, quidquid in ipso bonum et pulchrum semper est, et quod pulchrae dilectionis funda-

Cf. CONC. OECUM. VAT. II, **Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,*** 56-59.

meritum constituit. Historia « pulchrae dilectionis » certo quodam modo salutis hominum est historia.

Numquam non capit « pulchra dilectio » initium a sui ipsius patefactione ut personae. Sese Eva in creatione Adamo recludit, haud secus atque E vae sese aperit Adamus. Progrediente autem historia nova hominum paria inter se dicunt: « Simul ambulabimus in vita ». Ita oritur familia tamquam duorum coniunctio virtuteque sacramenti veluti nova in Christo communitas. Ut revera pulcher sit amor, donum sit Dei oportet, a Spiritu Sancto hominum cordibus insertum ibidemque usque enutritum (cf. *Rom* 5, 5). Huius rei probe conscia Ecclesia in matrimonii sacramentalis ritu Spiritum Sanctum obsecrat ut corda hominum révisât. Ut vere « pulchra dilectio » sit, munus videlicet personae ad personam, ab eo eam procedere necesse est qui ipsemet donum est omnisque doni fons.

Hoc in Evangelio contingit, quod attinet ad Mariam et Ioseph, qui in Novi Foederis limine experientiam denuo « pulchrae dilectionis » vivunt, sicut in Cantico Canticorum describitur. Cogitat enim Ioseph suaeque dicit Mariae: « Soror mea sponsa » *(Ct* 4, 9). Dei Mater Maria Sancti Spiritus opera concipit filium, unde « pulchra dilectio » profluit, quam prudenter Evangelium intra « magnum mysterium » reponit.

Cum de « pulchra dilectione » fit sermo, de illo definite loquitur quod est pulchritudo: amoris nimirum pulchritudo atque hominis pulchritudo, quae Spiritus Sancti virtute capax talis est amoris. De pulchritudine loquimur viri ac mulieris: de eorum pulchritudine uti fratrum ac sororum, ut sponsorum atque coniugum. Illustrat Evangelium non solum mysterium « pulchrae dilectionis », sed etiam illud haud minus altum arcanum pulchritudinis quae a Deo provenit ut amor. Vir ac femina ex Deo proficiscuntur, personae scilicet arcessitae, ut mutuum fiant donum. De primigenio Spiritus munere, « qui vivificat », scaturit mutuum donum quo vir sunt atque uxor, nihil minus quam donum quo frater sunt et soror.

Universa vero haec sacramento confirmantur Incarnationis quod in hominum historia factum est novae pulchritudinis fons, unde innumerabilia artis opera adspirata sunt. Post severam interdictionem ne imaginibus invisibilis effingeretur Deus (cf. *Dt* 4, 15-20), christiana aetas, e contrario, Dei hominis facti picturam artificiosam exhibuit, necnon Mariae ipsius Matris ac Iosephi, caelitum Veteris Novique Testamenti, atque in universum omnium rerum creatarum a Christo redemptarum, nova sic suscepta necessitudine cum cultus humani artisque mundo. Novus artis canon, qui altam habet aestimationem hominis eiusque venturae aetatis, initium potest dici sumpsisse a mysterio Incarnationis Christi secundum ipsius vitae mysteria:

ortum apud Bethlehem, vitam in Nazareth absconditam, publicum ministerium, Golgotham, resurrectionem atque postremum reditum in gloriam. Probe intellegit Ecclesia praesentiam suam in huius temporis mundo ac praesertim partes suas et favorem pro dignitatis matrimonii ac familiae promotione proxime coniungi cum humani cultus progressione; de his merito quidem sollicitatur. Idcirco curioso animo sectatur Ecclesia inclinationes instrumentorum communicationis socialis, quorum est officium conformare praeter quam educare magnas hominum multitudines.[49] Bene cum exploratum Ecclesia habeat, quam late quamque alte haec instrumenta homines moveant, admonere non desistit communicationis opifices ut sibi caveant a periculis abusus et corruptionis veritatis. Quae enim revera esse potest veritas in ludis cinematographicis, in spectaculis, in transmissionibus radiophonicis televisificis, in quibus pornographia dominatur et violentia? Num hoc bonum est erga veritatem de homine ministerium? Quaestiones hae sunt, quibus eorundem instrumentorum rectores sese subducere non possunt, nec varii auctores effectionis atque diffusionis illorum operum.

Similem ob deliberationem criticam civilis cultus temporis nostri, qui tot prae se fert bonas partes ac rationes in rebus ipsis necnon in culturae promotione, ille sentire se debet pluribus modis humanitatem aegram, utpote quae mutationes in homine altas gignat. Cur istud accidit? Propterea quidem id evenit, quod a plena de homine veritate recessit nostra societas atque a veritate de illo quod vir et femina uti personae sunt. Quocirca nescit congruenter ea percipere, quid reapse personarum donum in matrimonio sit, quid responsalis amor in paternitatis maternitatisque utilitatem, quid vera generationis educationisque granditas. Num igitur nimium quiddam est adseverare instrumenta communicationis multitudinum, nisi sanis dirigantur ethicis principiis, minime veritati prodesse in essentiali ipsius natura? En ergo discrimen: obiciuntur recentiora socialis communicationis instrumenta invitamento, ut nuntium ipsum detorqueant, falsam reddendo de homine veritatem. Non is sane homo est, qui praeconiis praedicatur atque recentibus universalis communicationis instrumentis illustratur. Etenim multo ipse est plus, uti ex anima corporeque constans, uti persona, uti unum compositum anima et corpore. Magis tamen suam propter vocationem ad amorem, qui marem ac feminam in fines inducit « mysterii magni ».

Hanc in regionem prima est Maria ingressa suumque eo pariter maritum adduxit Ioseph. Facti itaque illi sunt prima exemplaria illius pulchrae

[49] Cf. PONTIFICIUM CONSILIUM DE COMMUNICATIONIBUS SOCIALIBUS, Instr. past. *Aetatis novae* (22 Februarii 1992), 7.

dilectionis, quam haud umquam inculcare Ecclesia cessat iuvenibus et coniugibus et familiis ipsis. Et quot ex iis studiose sese adiungunt eidem precationi! Quis hic non cogitat peregrinatorum turmas, iuniorum ac seniorum, qui ad marialia convolant sanctuaria, ibidemque oculos in Matris Dei intendunt vultum, in Sacrae Familiae membrorum faciem, in quibus tota redditur amoris a Deo homini tributi venustas?

In Sermone in Monte sextum repetens mandatum Christus proponit: « Audistis quia dictum est: Non moechaberis. Ego autem dico vobis: Omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo » *(Mt* 5, 27-28). Ad Decalogum relatae, qui eo spectat ut traditam tueatur matrimonii familiaeque firmitatem, voces illae magnum gressum constituunt. Iesus peccati adulterii fontem attingit: ipse fons residet in hominis interiore parte atque se prodit certa quadam spectandi iudicandique via, cui concupiscentia dominatur. Per concupiscentiam enim tendit homo ad asciscendum sibi alium hominem qui eius non est, sed ad Deum pertinet. Dum suos alloquitur Christus aequales, omnium simul aetatum homines alloquitur omniumque saeculorum; ad nostram potissimum aetatem se convertit, quae sub nomine vivit societatis omnia consumentis omnibusque perfruentis.

Quare vero in Sermone in Monte adeo vehementer Christus loquitur atque imperiose? Responsum admodum est perspicuum: in tuto collocare Christus contendit coniugii sanctimoniam et familiae; plenam tutari studet de persona humana eiusque dignitate veritatem.

Sub huius tantum veritatis lumine esse familia potest usque ad extremum permagna «revelatio», prima nempe alterius detectio: mutua, id est, coniugum patefactio deindeque cuiuslibet filii ac filiae ex iis nascentis. Id quod inter se vicissim coniuges iurant, fideles scilicet fore se « inter prospera et adversa ut se diligant et honorent omnibus diebus vitae », fieri dumtaxat valet intra « dilectionis pulchrae » prospectum. Huius temporis homo non potest haec omnia discere e placitis aut commentis recentioris cultus civilis multitudinum. Etenim « pulchra dilectio » ediscitur precando in primis. Nam precatio semper rationem certam quandam secum importat interioris recessus absconditi cum Christo in Deo, ut sancti Pauli dictio adhibeatur: «vita vestra abscondita est cum Christo in Deo » *(Col* 3, 3). Solummodo eiusmodi in abdita recessione operatur Spiritus Sanctus, pulchrae dilectionis scaturigo. Illum quidem amorem ipse non in corda Mariae solius et Iosephi effudit, verum etiam in animos coniugum qui ad audiendum Dei verbum custodiendumque (cf. *Lc* 8, 15) sunt parati. Cuiusque nuclei familiaris futurum tempus ab hac « pulchra dilectione » dependet: dilectio enim

est coniugum mutua, parentum et liberorum, omnium aetatum est dilectio. Etenim fons unitatis ac fortitudinis familiarum est amor.

21. Iesu infantiae perbrevis narratio significanter nobis fere eodem tempore ortum ipsius enarrat necnon periculum quod oportet eum continuo adire. Vaticinium senis Simeonis profert Lucas, cum quadraginta post ortum diebus in Templo Infans Domino sistitur. Loquitur ille de « lumine » et de « signo contradictionis »; Mariae autem praenuntiat: « Et tuam ipsius animam pertransiet gladius » (cf. *Lc* 2, 32-35). Insidias contra Matthaeus explicat ab Herode Iesu infanti comparatas: a Magis edoctus, qui ab Oriente venerant ut novum regem nasciturum vidèrent (cf. *Mt* 2, 2), sibi minas intendi sentit suaeque auctoritati; quocirca iis profectis, interrici iubet cunctos in Bethlehem et circumcirca puerulos duos annos vel minus natos. Peculiarem ob divinam intercessionem elabitur Herodis Iesus e manibus necnon propter paternam Iosephi sollicitudinem, qui cum Matre simul in Aegyptum illum transportât, ubi ad mortem usque Herodis commorantur. In oppidum dein Nazarethanum revertuntur, nativam videlicet suam civitatem, in quo longum intervallum abditae vitae init Sacra Familia quae fideli liberalique cotidianorum officiorum procuratione signatur (cf. *Mt* 2, 1-23; *Lc* 2, 39-52).

Eloquentiae cuiusdam propheticae illud proprium videtur quod iam inde ab ortu minationibus Iesus est obiectus ac periculis. Uti Infans iam « signum contradictionis » est. Complectitur item innocentes pueros Bethlehemitas prophetica eadem eloquentia, Herodis iussu occisos effectosque nativitatis ac passionis redemptricis participes, secundum antiquam Ecclesiae liturgiam.[50] Per suam enim « passionem » ipsi adimplent « ea, quae desunt passionum Christi, ... pro corpore eius, quod est Ecclesia » *(Col* 1, 24).

In Evangelio ergo Infantiae vitae nuntius, quem mirabiliter eventus ipse nascentis Redemptoris perficit, vehementer opponitur discrimini vitae, quae Incarnationis mysterium tota in eius summa amplectitur tum etiam arcanum veritatis divinae-humanaeque Christo. Verbum caro factum est (cf. *Io* 1, 14); Deus homo est factus. Crebrius Ecclesiae Patres excelsum hoc commemorabant mysterium: « Ipse siquidem homo factus est, ut nos dii efficeremur ».[51] Quae quidem fidei veritas simul de homine est veritas. In apertum producit gravitatem omnis iniuriae fetui in matris utero illatae.

[50] **In sacra eorum celebritatis liturgia, quae a saeculo quinto repetitur, Sanctos Innocentes adloquitur Ecclesia vocabulis describens eos poetae Prudentii (+ cir. 405): « Sálvete, flores martyrum, quos lucis ipso in limine Christi insecutor sustulit, ceu turbo nascentes rosas ».**

[51] S. ATHANASIUS, ***De incarnatione Verbi,*** 54: ***PG*** 25, 191-192.

Hic, hic omnino consistimus ante ipsa contraria « pulchrae dilectionis ». Si enim ad voluptatem solam quis dirigitur, eo deduci potest ut amorem interimat, eius nempe interficiendo fructum. In societate voluptati dedita « benedictus fructus ventris tui » *(Lc* 1, 42) quadamtenus fit « fructus maledictus ».

Hac de re, quis non meminit errorum quos sic dictus iuris status compluribus in nationibus subiit? Lex tamen Dei, quod ad hominis spectat vitam, univoca est atque inclemens Deus imperat: « Non occides » *(Ex* 20, 13). Nullus ideo homo legum lator adfirmare valet: occidere tibi licet, ius est tibi occidendi, occidere debes. Pro dolor!, in huius nostri saeculi historia istud evenit, cum rerum potiti sunt popularibus etiam suffragiis, ii politici qui leges tulerunt contrarias iuri cuiusque hominis ad vitam secundum quasdam praesumptas simulque erratas causas eugenicas ethnicas similesque. Res vero haud minus gravis, quoniam eam etiam comitatur lata approbatio aut consensio publicarum opinionum, est legum latio quae ius ad vitam iam a conceptione minime observant. Quomodo accipi possunt morali iudicio leges, quae hominem nondum natum at iam in sinu materno viventem interfici sinunt? Hoc pacto ius ad vitam unicum fit adultorum privilegium, qui iisdem senatibus legumque latoribus abutuntur ut sua persequantur proposita suaque impetrent commoda.

Occurrimus hic ingenti minationi adversus vitam: non a singulis modo hominibus verum universa a civilitate. Adfirmatio illa: hodiernum civilem cultum pluribus rationibus factum iam esse « civilem mortis cultum », hic terrifico modo confirmatur. Nonne id forte propheticus est eventus quod vitae ipsius periculum consecutum est Christi ortum? Ita est: Illius vita, qui hominis simul filius est simul Dei, minis obnoxia fuit et a principio in discrimine est versata soloque divino portento e morte est erepta.

Nihilo minus superioribus hisce decenniis quaedam animadvertuntur consolantia quidem signa expergiscentium conscientiarum: agitur tam de orbe notionum quam de opinione ipsa publica. Nova, inter iuvenes potissimum, increscit conscientia observantiae erga vitam inde iam a conceptione; motus percrebrescunt « pro vita ». Fermentum quoddam spei est pro ventura aetate familiae hominumque generis.

22. Coniuges totius orbis atque familiae: Sponsus vobiscum est! Hoc ante omnia vobis dicere cupit Summus Pontifex ineunte anno quem Consociatio Nationum Unitarum et Ecclesia familiae devoverunt. « Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Non enim misit Deus Fi-

lium iii mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum» *(Io* 3, 16-17); « Quod natum est ex carne, caro est; et, quod natum est ex Spiritu, spiritus est... Oportet vos nasci denuo » *(Io* 3, 6-7). Nascendum videlicet est « ex aqua et Spiritu » *(Io* 3, 5). Vos praesertim patres matresque, primi estis testes ac ministri huius ortus novi de Spiritu Sancto. Vos, qui liberos vestros in terrenam generatis patriam, nolite oblivisci vos eos simul gignere pro Deo. Eorum namque nativitatem ex Sancto Spiritu concupiscit Deus: filios illos optat ut adoptivos in unigenito Filio qui nobis tribuit «potestatem filios Dei fieri» *(Io* 1, 12). Salutis opus in mundo perseverat perque Ecclesiam completur. Quod omne est opus Filii Dei, Sponsi divini, qui ad nos Patris Regnum detulit nosque admonet discipulos suos: « Ecce enim regnum Dei intra vos est » *(Lc* 17, 21).

Docet nos nostra fides Christum Iesum, qui « sedet ad dexteram Patris », venturum esse qui vivos mortuosque iudicet. Aliunde vero evangelista Ioannes nobis confirmat esse illum in mundum missum non « ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum» *(Io* 3, 17). Qua ideo re illud consistit iudicium? Responsum ipse reddit nobis Christus: « Hoc est autem iudicium: lux venit in mundum (...). Qui facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur eius opera, quia in Deo sunt facta» *(Io* 3, 19.21). Quod nuper memoraverunt Encyclicae Litterae *Veritatis splendor.*[52] Iudex ergo est Christus? Ad veritatis lucem quam no visti tui iudicabunt actus proprii. Patres autem et matres filios et filias illorum opera iudicabunt. Nostrum quisque ex mandatis indicabitur; iis quoque quae his meminimus in Litteris: quartum sunt et quintum, sextum et nonum. Verumtamen indicabuntur singuli ad amorem, qui compendium est mandatorumque summa: « In vitae crepúsculo secundum amorem iudicabimur » — scripsit sanctus Ioannes a Cruce.[53] Christus, Redemptor ac hominum generis Sponsus, « in hoc natus est et ad hoc venit in mundum, ut testimonium perhibeat veritati; omnis, qui est ex veritate, audit vocem eius » (cf. *Io* 18, 37). Erit ipse iudex, illa vero ratione quam significavit de extremo loquens iudicio (cf. *Mt* 25, 31-46). Eius enim erit iudicium de amore, quod nempe veritatem illam in sempiternum confirmabit: fuisse nobiscum Sponsum idque fortassis ignora visse nos.

Sponsus Ecclesiae hominumque est iudex. Idcirco iudicat dicens: «Venite, benedicti Patris mei... Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et ope-

[52] Cf. *Veritatis splendor* (6 Augusti 1993), *AAS* 85 (1993).

[53] *Verba lucis et amoris,* 59.

ruistis me... » *(Mt* 25, 34-36). Prolatari profecto hic index potest, in quo recenseri pariter possunt quaestiones innumerae quibus coniugalis etiam familiarisque adficitur vita. Inibi tales item inveniri possunt sententiae: « Infantulus eram necdum natus, meque recepistis ac vivere sivistis; puerulus eram ab aliis abiectus, mihique vos familia fuistis; orbus eram, meque adoptavistis vestri instar filii et educavistis ». Vel etiam haec: « Dubitantes iuvistis matres vel subiectas malis impulsionibus ut nondum enatos liberos acciperent nascique paterentur; frequentes sustinuistis familias, in rebus versantes adversis ut alerent liberos instituèrent que, quos concesserat iis Deus ». Sic catalogum longum possumus ac multiplicem pertexere qui bonorum moralium et humanorum omne genus contineat in quibus proditur amor. Amplam en messem quam mundi Redemptor, cui iudicium Pater credidit, veniet ut colligat: messis gratiarum est operumque bonorum, sub aura Sponsi in Spiritu Sancto maturata, qui operari haud cessat umquam in mundo atque Ecclesia. Omnium ideo bonorum Largitori referamus grates.

Novimus nihilo minus in postrema sententia ab evangelista Matthaeo adlata alterum reperiri ponderosum terrificum indicem: « Discedite a me... Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare; sitivi, et non dedistis mihi potum; hospes eram, et non collegistis me; nudus, et non operuistis me... » *(Mt* 25, 41-43). Hoc similiter in indice diversi possunt detegi mores, in quibus se praebet Iesus uti repudiatum hominem. Eundem sic se uti uxorem aut virum derelictos ipse praestat, cum infantulo concepto ac reiecto: «Non collegistis me! ». Hoc etiam iudicium per familiarum nostrarum historiam transit, progreditur per aetates Nationum et hominum generis. Christi vox: « Non collegistis me » institutiones sociales quoque complectitur et Gubernia et Consociationes omnium gentium.

Scripsit olim Pascal: « Erit in agonia Christus ad finem usque saeculorum ».[54] Agonia horti Gethsemani atque Calvariae agonia sunt apex testificationis amoris. Utraque enim agonia Sponsum commonstrat qui nobiscum est, qui novo semper adamat modo, qui « in finem diligit» (cf. *Io* 13, 1). Amor ipse qui est in illo et qui ex illo fines excedit historiarum singularium vel familiarium, totius hominum generis historiae supergreditur limites.

Sub harum meditationum finem, cari Fratres caraeque Sorores, ea omnia ponderans quae variis e suggestibus pronuntiabuntur hunc per Familiae Annum, velim vobiscum confessionem iterare a Petro ad Christum directam: «Verba vitae aeternae habes» *(Io* 6, 68). Una etiam dicimus: Verba tua, Domine, non transibunt! (cf. *Me* 13, 31). Quid Pontifex Romanus

[54] **B.** PASCAL, ***Pensées, Le mystère de Jésus,*** **553 (ed. Br.).**

vobis sub longioris huius considerationis termino exoptare potest de Anno Familiae? Cupit, ut vos omnes his in sermonibus inveniamini, quae « spiritus sunt et vita » *(Io* 6, 63).

23. Flecto genua mea ad Patrem, ex quo omnis paternitas et maternitas nominantur, «ut det vobis... corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem » *(Eph* 3, 16). Libens ad has Apostoli voces equidem revertor, quas prima in harum Litterarum parte commemoravi. Sunt certo aliquo sensu decretoria verba. Pari enim gressu familia, paternitas et maternitas simul progrediuntur. Eodem autem tempore primus locus humanus familia est, ubi conformatur « interior homo » de quo Apostolus loquitur. Fortitudinis ipsius confirmatio donum est Patris ac Filii in Spiritu Sancto.

Coram nobis atque Ecclesia collocat Familiae annus maximum officium, haud aliud quam quod singulis diebus annisque singulis adficit familiam, sed intra huius Anni prospectum praecipuam quandam obtinet significationem gravitatemque. Apud Nazareth hunc incohavimus Familiae Annum, ipsa in Sacrae Familiae sollemnitate; eundem hunc per Annum peregrinan volumus ad illum gratiae locum, qui in humani generis historia factus est Sacrae Familiae sanctuarium. Peregrinationem hanc peragere cupimus, redintegrata conscientia patrimonii veritatis de familia, quae a principio thesaurum Ecclesiae efficit. Cumulatur ille thesaurus iam a copiosa Veteris Testamenti traditione, in Novo autem consummatur et plene significanterque declaratur in Sacrae Familiae mysterio, in qua universarum redemptionem familiarum divinus Sponsus operatur. Hinc quidem « Evangelium familiae » praedicat Iesus. Hoc ex veritatis thesauro omnes discipulorum Christi aetates hauriunt, inde ab ipsis Apostolis, quorum doctrinis hac in Epistula adfatim sumus usi.

Nostris diebus pervestigatur penitus idem hic thesaurus in Concilii Vaticani II documentis;[55] utiles pariter inquisitiones et explicationes in plurimis enodatae inveniuntur Pontificis Pii XII sermonibus ad coniuges habitis,[56] in Encyclicis Litteris *Humanae vitae* Romani Pontificis Pauli VI, in adfirmationibus prolatis inter Episcoporum Synodum familiae dedicatam (anno MCMLXXX) necnon in Adhortatione Apostolica *Familiaris consortio.* Has Magisterii enuntiationes initio iam designavi. Illuc si nunc redeo, id ago ut efferam quam locuples sit et abundans veritatis christianae thesaurus super familia. Verumtamen minime sufficiunt scripta testimonia. Maioris

[55] **Cf. praecipue Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* nn. 47-52.**

[56] **Praecipuam animi attentionem meretur Allocutio ad participes Coetui Unionis Catholicae Italicae Obstetricum (29 Octobris 1951): in *Discorsi e Radiomessaggi,* XIII, 333-353.**

enim sunt momenta vivae testificationes. Professus est Paulus VI: « Nostrae aetatis homines libentius testes quam praeceptores auscultant aut, si quidem magistros audiunt, propterea aures praebent quod testes sunt ipsi ».[57] In Ecclesia porro testibus ipsis commendatur familiae thesaurus: iis nempe patribus ac matribus, filiis ac filiabus, qui suae humanae christianaeque vocationis semitam per familiam reppererunt, amplitudinem nempe « hominis interioris » *(Eph* 3, 16) de quo dicit Apostolus, sicque sanctitatem sunt consecuti. Aliarum tot sanctarum familiarum est Sacra Familia exordium. Commonuit Concilium sanctimoniam universalem esse vocationem baptizatorum.[58] Aetate autem nostra, quem ad modum antehac, haud desiderantur « evangelii familiae » testes, quamvis non sint noti neque ab Ecclesia sancti sint renuntiati. Familiae Annus optabilem adfert opportunitatem adaugendi conscientiam eorum verae existentiae magnique eorum numeri.

Profluit per familiam hominum historia, narratio scilicet hominum salutis. Hisce in paginis ostendere studeo quo pacto familia media in illa reponatur pugna inter bonum ac malum, vitam inter et mortem, amorem inter et amori ipsi contraria. Familiae opus committitur dimicandi in primis ut vires boni liberentur, quarum in Christo hominum Servatore reperitur fons. Faciendum itaque est ut huiusce modi vires propriae evadant cuiusque familiaris nuclei, unde familia ipsa fiat « in Deo fortis », quem ad modum dictum est anniversaria in celebritate mille annorum nominis christiani in Polonia.[59] En rationem cur motae pervasaeque hae Litterae sint apostolicis illis elocutionibus quas in Pauli deprehendimus scriptionibus (cf. *1 Cor* 7, 1-10; *Eph* 5, 21-6, 9; *Col* 3, 18-25) tum in Epistulis Petri et Ioannis (cf. *1 Te* 3, 1-7; *1 Io* 2, 12-17). Licet dissimiles sint historica atque culturali condicione, quam tamen consimiles sunt christianorum familiarumque status illius ac nostri hodie temporis!

Mea ideo est invitatio: invitatio praesertim vobis facta, carissimi viri atque uxores, patres ac matres, filiae filiique. Invitamentum ad particulares conversum Ecclesias, ut in apostolicae veritatis magisterio coniunctae persistant; ad Fratres in episcopatu, ad presbyteros, ad religiosas familias consecratasque personas, ad sodalicia laicorumque fidelium motus; ad sorores fratresque quibuscum nos communis iungit in Iesu Christo fides, tametsi plenam necdum communionem experimur a Redemptore cupitam;[60] ad

[57] **Cf *Allocutio ad sodales « Consilii de Laicis»* (2 Octobris 1974): *AAS* 66 (1974), p. 568.**

[58] **Cf. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 40.**

[59] **Cf. Card. Stefan Wyszynski, *Rodzina Bogiem silna, Homilia* enuntiata in Claro Monte (26 Augusti 1961).**

[60] **Cf. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 15.**

omnes qui, fidei Abrahami consortes, haud secus ac nos ad latissimam pertinent credentium eundem in Deum unicum communitatem;[61] ad heredes singulos ceterarum traditionum spiritalium ac religiosarum; ad virum feminamque omnem bonae voluntatis.

Nobiscum restet Christus, qui est « heri et hodie idem, et in saecula! » *(Heb* 13, 8), cum genua ad Patrem flectimus, ex quo omnis paternitas et maternitas et quaeque hominum familia proficiscuntur (cf. *Eph* 3, 14-15), atque iisdem prorsus verbis orationis ad Patrem quae ipse nos ille edocuit rursus nunc praebeat amoris testificationem qua nos « in finem dilexit » *(Io* 13, 1).

Ipsius veritatis vi loquor ego ad temporis nostri homines, ut demum percipiant quanta sint bona illa: conubium, familia, vita; quantum secum inferant periculum nulla illa talium veritatum observantia et minor usque reverentia erga summa bona quae familiam constituunt hominisque dignitatem.

Utinam Dominus Iesus iterum nobis haec omnia inculcet sapientia ac virtute Crucis *(1 Cor* 1, 17-24), ne incitamento homines succumbant « mendacis patris » (cf. *Io* 8, 44), qui perpetuo eosdem homines in latas spatiosasque vias impellit, faciles quidem specie ac delectabiles, verum reapse insidiarum periculorumque plenas. Concedatur semper nobis ut Ipsum consectentur, qui est « via et veritas et vita » *(Io* 14, 6).

Carissimi fratres ac sorores carissimae, haec officium sunt christianarum domuum atque missionalis Ecclesiae sollicitudo hunc per Annum gratiis divinis singularibus adeo refertum. Familia Sacra exemplar specimenque cuiusque hominum familiae, opituletur ut quisque animo Nazareth semper ambulet; cuivis auxilietur familiari nucleo, ut suum altius perspiciat civile ecclesiaeque munus per Verbi Dei auditionem, per precationem fraternamque vitae participationem. Maria, pulchrae dilectionis Mater, atque Ioseph, Redemptoris custos, nos singulos comitentur continenti tutela deprecationeque!

Hisce egomet permotus sensibus ac sententiis unicuique benedico domui ac familiae, Sanctissimae Trinitatis nomine: Patris Filii Spiritus Sancti.

Romae, ex aedibus Vaticanis, die altero mensis Februarii, Domini nostri Praesentationis festo, anno MCMXCIV.

IOANNES PAULUS PP. II

[61] **Cf. *ibid.,* 16.**

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus PP. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 4 Octobris 1994. — Cathedrali Ecclesiae Honoluluensi, Exc.mum P. D. Franciscus X. Dilorenzo, hactenus Episcopum titularem Tigiensem et Auxiliarem dioecesis Scrantonensis atque Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » Honoluluensem.

die 7 Octobris 1994. -— Cathedrali Ecclesiae Civitatis Iuarezensis Exc.mum P. D. Renatum Ascensio León, hactenus Episcopum Praelatum Materiensem.

die 27 Octobris 1994. — Titulari episcopali Ecclesiae Naratcatensi, R. D. Ioannem Valtherum Yanta, e clero archidioecesis Sancti Antonii, hactenus curionem paroeciae Sancti Iacobi in oppido vulgo San Antonio, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Patricii F. Flores, Archiepiscopi eiusdem archidioecesis.

die 27 Octobris 1994. — Cathedrali Ecclesiae Vigorniensi, Exc.mum P. D. Danielem Patricium Reilly, hactenus Episcopum Norvicensem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Sabato, 15 **Ottobre** 1994, **S.** E. **il Sig.** EDUARDO FREI RUIZ TAGLE, **Presidente della Repubblica del Cile.**

Dal 2 al 29 ottobre 1994 si è tenuta in Vaticano alla presenza del Santo Padre la IX Assemblea generale ordinaria del Sinodo dei Vescovi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

20 giugno 1994. Le LL.EE. i monsignori William Henry Keeler, Arcivescovo di Baltimore; Basii Harry Losten, Vescovo di Stamford degli Ucraini; Henryk Muszynski, Arcivescovo di Gniezno; Alexandra Mesian, Vescovo Coadiutore di Lugoj, *Membri del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Joseph Ratzinger, George Basii Hume, Roger Etchegaray, Albert Decourtray, Adrianus Johannes Simonis, Francis Arinze, Jozef Tomko, Angelo Felici; le LL.EE. i monsignori: George Francis Daniel, Ramon Torrella Cascante, Habib Bacha, Hans Ludvig Martensen, Alberto Abiondi, Pierre Mamie, Paul-Werner Scheele, Mario Joseph Conti, Alfons Nossol, Bebe Vincent Heather, Donald James Reece, Raymond John Lahey, *Membri del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani « in aliud quinquennium ».*

15 settembre » Le LL.EE. i monsignori Jorge Maria Mejia, Arcivescovo tit. di Apollonia; Daniel Reilly, Vescovo di Norwich; Patrick Kelly, Vescovo di Salford; Leo Schwarz, Vescovo tit. di Abbir Germaniciana; P. Anton Stress, CM., P. Sergio Berna, S.I., il prof. Alberto Quadrio Curzio, la sig.ra Jeanine Wynants, *Consultori del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace « ad quinquennium ».*

15 settembre 1994. P. Fernando Bastos de Avila, S.I.; il prof. Carlos Alberto Fioria; P. Johannes Schasching, S.I.; il prof, don Mario Toso, S.D.B. ***Consultori del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace « in aliud quinquennium ».***

24 » » Il prof. dott. Erwin Pougin e il sig. John Riccardo, ***Membri del Collegio dei Revisori della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede « ad quinquennium ».*** **Mons. Bernard J. Yarrish,** ***Segretario del Collegio « ad triennium ».***

1 ottobre » Il dott. ing. Giò Maria Poles, ***Direttore Generale dell'Ufficio del Lavoro della Sede Apostolica « in aliud quinquennium ».***

12 ottobre » Il dott. Pietro Menchini, ***Direttore della Sezione Straordinaria dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.***

NECROLOGIO

4 ottobre 1994. Mons. Florencio Sisínio Vieria, Vescovo em. di Amargosa ***(Brasile).***

10 » » Mons. Benedict Varghese Gregorios Thangalathil, Arcivescovo di Trivandrum dei Siro-Malankaresi ***(India).***

13 » » Mons. Julius Aloysius Husin Vescovo di Palangkaraya ***(Indonesia).***

17 » » Mons. René Dupanloup, Vescovo em. di Belley, ***(Francia).***

21 » » Mons. Kajetan Matousk, Vescovo tit. di Serigene.

24 » » Mons. Joseph W. Regan, Vescovo tit. di Isinda.

An. et vol. LXXXVI 9 Decembris 1994 N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP, II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ANEHENSIS

Nova dioecesis conditur in Togo, Anehensis appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Diligentem sane curam continenter adhibemus ut Domini salutaria beneficia et praecepta omnia loca contingant et quam efficacissime gentes. Idcirco Nos cuncta disponere properamus ut hoc facilius commodiusque eveniat. De consilio igitur Congregationis pro Gentium Evangelizatione, auditoque voto Venerabilis Fratris Andrea Dupuy, Archiepiscopi titulo Saelesiensis atque in Togo Apostolici Nuntii, haec statuimus et decernimus. Novam dioecesim condimus Anehensem appellandam, quae territorium districtuum civilium populari sermone « Lacs », « Vo », « Yoto » et « Afagnan » complectetur, a dioecesi Lomensi distractum. Novam dioecesim Metropolitanae Ecclesiae Lomensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus. Cathedram episcopalem in templo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, in urbe sito quod « Aného » vocant, locamus. Cetera vero secundum leges canonicas temperentur. Haec omnia ad expedienda Venerabilem Fratrem Andream Dupuy, quem supra memoravimus, legamus, facta videlicet facultate quempiam

alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum subdelegandi. Re tandem ad exitum perducta, documenta apparentur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione diligenter mittantur, contrariis rebus minime efficientibus quibuslibet.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

£8 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Angelus Lanzoni, ***Protonot. Apost.***
Franciscus Chiaurri, ***Protonot. Apost.***

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 356.645

II

KP ALBIENSIS

Quibusdam ab archidioecesi Lomensi distractis territoriis nova constituitur dioecesis Kpalimensis

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Supremo in Ecclesia munere fungentes ad provehendum christifidelium spirituale bonum, accipiendam esse expostulationem putamus ut communitatis ecclesialis Lomensis territorium dividatur et nova exinde dioecesis erigatur. Summa igitur Apostolica Nostra potestate, audito consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositorum atque accepto favorabili voto Venerabilis Fratris Andreae Dupuy, Archiepiscopi titulo Saelesiensis et Apostolici in Togo Nuntii, ab archidioecesi Lomensi distrahimus territoria vulgo dicta « Kioto », « Agou », « Dayes », « Haho » et « Moyen-Mono » ex iisque novam condimus dioecesim Kpalimensem appellandam, quam metropolitanae Sedi Lomensi subicimus nec non iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione. Huius novae dioecesis sedem in urbe vulgo Kpalimé sta-

tuimus, templumque ibi exstans, Spiritui Sancto dicatum, ad gradum et dignitatem Ecclesiae cathedralis evehimus, eique insignia, privilegia et honores tribuimus quibus ceterae in orbe catholico Cathedrales Ecclesiae fruuntur. Iubemus deinde, ut Pastor constitutae communitatis ecclesialis in suo regimine validum recipiat adiutorium, atque Collegium Consultorum, ad normam iuris communis, quam primum instituatur. Circa sacrorum candidatorum institutionem serventur praescripta iuris communis, prae oculis habitis normis et regulis a Congregatione pro Institutione Catholica statutis. Quod vero attinet ad novae dioecesis regimen, administrationem bonorum, Administratoris dioecesani, sede vacante, electionem, fidelium iura, et onera aliaque id genus, quae sacri canones praescribunt adamussim serventur. Haec, quae praescripsimus, committimus perficienda memorato Venerabili Fratri Andreae Dupuy, necessarias et opportunas ei tribuentes facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi. Has denique Litteras Nostras firmas esse nunc et in posterum volumus, quibusvis rebus haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die primo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

£8 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Angelus Lanzoni, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret, Status tab., n. 355.643

III

VIGILANTIS - SANCTI CAROLI ZULIENSIS

In Venetiola nova conditur dioecesis Vigilantis-Sancti Caroli Zuliensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sacrorum Antistites Conferentiae episcopalis Venetiolae maiori Christifidelium bono studentes consulere, unanimo consensu ab hac Apostolica Sede petiverunt ut quibusdam seiunctis territoriis ab archidioecesibus Emeritensi in Venezuela et Maracaibensi necnon a dioecesi Cabimensi, nova dioecesis conderetur ad australem ripam Maracaibi Lacus, quo aptius ibidem provideretur praecipuis et haud parvis pastoralibus necessitatibus. Nos vero, favente eidem rei Venerabili Fratre Oriano Quilici, Archiepiscopo titulo Tablensi, in memorata Natione Nuntio Apostolico, de consilio Congregationis pro Episcopis enixis precibus libenter obsecundandum esse putavimus. Summa igitur Nostra potestate, sequentia decernimus: separamus singulatim: ab archidioecesi Emeritensi in Venezuela integrum territorium municipiorum nuncupatorum Alberto Adriani, Obispo Ramos de Lora, Caracciolo Parra y Olmedo, Tulio Febres Cordero, Justo Briceño, Julio César Salas; ab archidioecesi Maracaibensi municipium Colón a Cabimensique municipium Sucre ex quibus novam constituimus dioecesim Vigilantis-Sancti Caroli Zuliensis appellandam, quae iisdem limitabitur finibus, quibus praedicta municipia simul sumpta, prout in civili lege exstant, nunc terminantur. Sic conditae Ecclesiae sedem in urbe El Vigía ponimus, ibique situm templum, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis « Nuestra Señora del Perpetuo Socorro » dicatum, ad gradum et dignitatem ecclesiae Cathedralis evehimus cuique propria insignia, privilegia et honores tribuimus simulque decoramus titulo ecclesiae Concathedralis, propriis factis honoribus et privilegiis, templum paroeciale Deo in honorem Sancti Caroli Borromeo dicatum, quod in urbe San Carlos del Zulia exstat. Praeterea dioecesim Vigilantis-Sancti Caroli Zuliensis suffraganeam efficimus metropolitanae Sedi Maracaibensi eiusque pro tempore Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Maracaibensis subicimus iisdem iuribus, privilegiis, insignibus honoribusque ornatum atque oneribus officiisque adstrictum, quibus Praesules Ordinarii locorum fruuntur atque adstringuntur.

Mandamus insuper ut quam primum ibi Collegium Consultorum ad normam iuris constituatur qui Episcopo, consilio et opera, valido sint auxilio. Congruae quidem ac dignae sustentationi Praesulis novae dioecesis provideatur Curiae emolumentis, fidelium oblationibus ac portione bonorum, quae eidem obvenire debent e divisione ad normam canonis 122 C.I.C. facienda quaeque hactenus ad mensas episcopales archidioecesium Emeritensis in Venezuela et Maracaibensis necnon dioecesis Cabimensis pertinuerunt. In iis autem quae respiciunt ad Seminarii dioecesani aedificationem adque sacrorum alumnorum institutionem, serventur quidem praescripta iuris communis, habita praesertim ratione normarum ac regularum a Congregatione de Institutione Catholica statutarum; suoque tempore selecti Seminarii dioecesani alumni, philosophicis ac theologicis disciplinis imbuendi, necnon sacerdotes sua studia completuri, Romam mittantur. Quod vero attinet ad conditae dioecesis regimen, bonorum ecclesiasticorum administrationem, dioecesani Administratoris « sede vacante » electionem, fidelium iura et onera aliaque id genus, quae canones Codicis Iuris Canonici praescribunt ad amussim serventur. Simul ac dioecesis erectio ad effectum deducta fuerit, eo ipso sacerdotes illi adscripti censeantur Ecclesiae in cuius territorio ecclesiasticum officium detinent; ceteri autem clerici Seminariique alumni incardinati maneant vel incardinentur Ecclesiae in cuius territorio legitimum habent domicilium. Acta et documenta quae ad noviter constitutam dioecesim eiusque clericos, fideles et bona temporalia pertinent, a Curiis Emeritensi in Venezuela, Maracaibensi et Cabimensi ad Curiam Vigilantis-Sancti Caroli Zuliensis quam primum transmittantur. Quae statuimus, perducet ad exitum Venerabilis Frater Orianus Quilici, quem diximus, cuique tribuimus necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis de more remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

6B BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Eugenius Sevi, ***Protonot. Apost.***
Franciscus Chiaurri, ***Protonot. Apost.***

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 353.867

IV

ESCUINTLENSIS IN GUATIMALA

Praelatura territorialis Escuintlensis in Guatimala ad gradum ac dignitatem dioecesis evehitur servatis iisdem finibus et nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum praelatura territorialis Escuintlensis hisce recentioribus annis catholicorum fidelium numero operibusque religiosis et civilibus auctis haud parva incrementa cepisset, Venerabilis Frater Gerardus Humbertus Flores Reyes, sacrorum Antistes Verae Pacis atque Conferentiae Episcoporum Guatimalae Praeses, eadem Conferentia audita, ab hac Apostolica Sede petivit ut haec praelatura territorialis ad gradum et dignitatem dioecesis eveheretur. Nos vero existimantes id in animarum bonum esse cessurum, favente quoque eidem rei Venerabili Fratre Ioanne Baptista Morandini, Archiepiscopo titulo Numidensi, in memorata Natione Apostolico Nuntio, de consilio Congregationis pro Episcopis admotae postulationi libenter concedendum esse putavimus. Summa igitur Nostra potestate, praelaturam territorialem Escuintlensem ad gradum et dignitatem dioecesis attollimus, servatis iisdem finibus, quibus nunc ipsa terminatur, et nomine. Sic conditae dioecesis sedem in urbe « Escuintla » ponimus, ibique exstans praelaticium hucusque templum, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis Immaculatae dicatum, ad gradum et dignitatem ecclesiae cathedralis evehimus cuique propria insignia, privilegia honoresque tribuimus. Praeterea dioecesim Escuintlensem suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Guatimalensi eiusque pro tempore Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Guatimalensis subicimus iisdem iuribus, privilegiis, insignibus honoribusque ornatum atque oneribus officiisque adstrictum, quae Episcoporum residentium propria sunt. Mandamus etiam ut quam primum ibi Collegium Consultorum ad normam iuris constituatur qui Episcopo, consilio et opera, valido sint auxilio. Congruae sustentationi Praesulis novae dioecesis provideatur Curiae emolumentis, fidelium oblationibus atque omnibus bonis temporalibus, quae ad dictam praelaturam pertinuerunt. In iis autem quae respiciunt ad Seminarii dioecesani aedificationem adque sacrorum alumnorum institutionem, serventur praescripta iuris communis, habita praesertim ra-

tione normarum ac regularum a Congregatione de Institutione Catholica statutarum: selecti quidem iuvenes sacerdotes, sua studia completuri, Romam, si fieri potest, mittantur.

Quod vero attinet ad conditae dioecesis regimen, bonorum ecclesiasticorum administrationem, dioecesani Administratoris « sede vacante » electionem, fidelium iura et onera aliaque id genus, quae sacri canones praescribunt ad amussim serventur. Simul ac dioecesis erectio ad effectum deducta fuerit, eo ipso clerus, eidem praelaturae adscriptus, novae dioecesi incardinatus censeatur. Insuper Venerabilem Fratrem Ferdinandum Claudium Gamalero González, memoratae praelaturae Ordinarium, ipsius dioecesis Escuintlensis Episcopum ac Pastorem confirmamus. Quae statuimus perficienda committimus Venerabili Fratri Ioanni Baptistae Morandini, quem diximus, vel, absente eo, illi, qui curat negotia Apostolicae Nuntiaturae in Guatimala, eisdem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis, cum primum fas fuerit remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die duodetricesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

83 BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Franciscus Chiaurri, ***Protonot. Apost.***
Iacobus Drago, ***Protonot. Apost.***

Loco ꟗ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 355.115

V

EMERITENSIS AUGUSTANA-PACENSIS

Nova constituitur in Hispania Provincia ecclesiastica Emeritensis Augustana-Pacensis et Sedes ad Metropolitanae Ecclesiae statum attollitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universae Ecclesiae sustinentes rationes et causas, omni sollicitudine properamus ut catholica instituta fidelibus opportuna afferant beneficia eorundemque necessitatibus feliciter aptentur. Nunc autem de quadam Hispaniae regione cogitamus, nominatim de territorio civilis autonomiae, quod « Extremadura » appellatur, cuius Praesules, ut ibidem nova conderetur Provincia ecclesiastica, poposcerunt. Idcirco Conferentia Hispaniae Episcoporum consentiente aeque ac Venerabili Fratre Mario Tagliaferri favente, Archiepiscopo titulo Formiano et in Hispania Apostolico Nuntio, de consilio Congregationis pro Episcopis, pro Apostolica Nostra potestate, haec statuimus et decernimus. Condimus Provinciam Ecclesiasticam, Emeritensem Augustanam - Pacensem appellandam, ac Pacensem Sedem episcopalem, cuius nomen hoc ipso actu in Emeritensem Augustanam - Pacensem mutatur a Metropolitana Ecclesia Hispalensi seiungitur, atque ad Metropolitanae Ecclesiae gradum evehimus. Nova archiepiscopalis Sedes locupletem hereditatem eximiasque traditiones tum antiquae Metropolitanae Ecclesiae Emeritensis Augustanae tum vetustae dioecesis Pacensis suscipit. Provincia ecclesiastica Emeritensis Augustana - Pacensis noviter erecta constituitur Ecclesia eiusdem nominis ac suffraganeis dioecesibus Castrorum Caeciliorum et Piacentina in Hispania, ad hoc usque tempus Provinciis Ecclesiasticis Hispalensi et Toletanae spectantibus. Pacensem in praesentia Episcopum, scilicet Venerabilem Fratrem Antonium Montero Moreno ad dignitatem statumque Archiepiscopi Metropolitae novae Provinciae ecclesiasticae attollimus itemque iura officiaque addimus quae ad iuris canonici normas cum hac condicione nectuntur. Archiepiscopus Metropolita in urbe Pacensi vel Emeritensi commorari poterit atque officia archidioecesana alia in alio loco ponere. Templum paroeciale « Santa María la Mayor », quod situm est in urbe Merida, Deo in honorem Assumptionis Beatae Mariae Virginis dicatum, ad gradum Concathedralis evehimus cum

cunctis iuribus et privilegiis quae ad id genus aedes sacras spectant. Capitulum canonicorum, pro opportunitate, secundum iuris praescripta, ibidem etiam erigi poterit. Ad haec omnia exsolvenda Venerabilem Fratrem Marium Tagliaferri, quem antea memoravimus, legamus, opportunis necessariisque factis facultatibus subdelegandi quemvis virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re tandem absoluta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Episcopis sedulo mittantur, contrariis rebus quibusvis minime obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo et vicesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo quarto, Pontificatus Nostri sexto decimo.

£8 ANGELUS card. SODANO
' Secretarius Status

£B BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Protonot. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Secret,, Status tab., n. 355.084

VI

FLUMINUM IN AEQUATORIA

Praelatura territorialis Fluminum in Aequatoria ad gradum ac dignitatem dioecesis evehitur nomine Babahoiensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Constat praelaturam territorialem Fluminum his postremis temporibus catholicorum numero fidelium operibusque religiosis et civilibus auctis haud parva incrementa cepisse. Qua re, cum Venerabilis Frater Antonius Iosephus González Zumárraga, Conferentiae Episcoporum Aequatoriae tunc Praeses, atque Venerabilis Frater Iosephus Marius Ruiz Navas, eiusdem Conferentiae nunc Praeses, auditis sacrorum Antistitibus Aequatorianis, ab hac Apostolica Sede petiverint ut haec praelatura territorialis ad gradum et dignitatem dioecesis eveheretur, Nos existimantes id in anima-

Matre mortua (anno 1877), domum paternam reliquit et in suo orphanotrophio sedem collocavit, ibique in precationem incubuit et in puerulas educandas. Anno 1881, iussu canonici Aloisii Davicino, regere coepit Opus Colombo et est nominata antistita communitatis, quacum condidit Congregationem Sororum Sacrae Familiae a *Savigliano,* canonice probatam ab archiepiscopo Taurinensi, cardinali Caietano Alimonda, die 8 mensis Septembris anno 1887. Pridie Nonas Octobres subsequentes professionem religiosam emisit. Cum dignitate, prudentia et sapientia munere antistitae generalis est iuncta usque ad mortem et constanter se tradidit Instituto suo confirmando et augendo, fortiter ac patienter superans non paucas difficultates et impedimenta. Peculiariter sollicita fuit de formatione Sororum, quibus exemplum proposuit Sanctae Familiae Nazarethanae, ut eius « vitam pauperem, humilem, industriam, absconditam, sed simul ex toto caritatem et studium gloriae Dei atque mundi salutis » imitarentur. Domum Principem Congregationis extruxit et vicinam ecclesiam Sanctae Familiae, et laetata est quod quinque alias domus aperuit, quarum prima Laureti structa est in signum pietatis erga Virginem Lauretanam et Sanctam Domum. Onus et graves curae administrationis atque rectionis curae minime eam averterunt ab officio vitam interiorem colendi atque virtutes; quin, magna cum aequabilitate actionem temperavit cum contemplatione, proximi curam cum Dei servitio et assidua deprecatione. Fide illuminata, mente et corde divinae revelationi est assensa et Ecclesiae magisterio; constans fuit in arta coniunctione cum Domino, cumque simplicitate et facilitate eius voluntati oboedivit, nitens semper omnia facere in maiorem Dei gloriam. Peculiariter Christi humanitatem coluit et praesertim mysteria

Incarnationis, Passionis et Mortis Redemptoris. Se contulit ad Iesum crucifixum imitandum et Sorores sodales idem facere docuit. Hac in re scripsit: « Iesus crucem habuit, clavos, spinas, flagella, sputa, calumnias, ideoque religiosa haec debet amare, optare, cupere. Non consolationes nos assimulant Iesu, sed dolores cum patientia, immo cum gaudio propter eius amorem, toleratos ».

Pie Missae intererat sacrisque celebrationibus; studiosa erat crebro et diu morandi in adoratione Eucharistiae, persuasum habens « sponsae Iesu Eucharistiam esse Paradisum in terris ». Virginem Mariam coluit, quam invocabat potius iaculatoria prece « Monstra te esse matrem ». Ecclesiae filia fuit oboediens et cum humilitate episcoporum et sacerdotum normas est secuta, etiam cum non levia poscebant incommoda. Propter amorem Dei semper parata fuit ad seipsam abnegandam. Repetere solebat: « Deus est omnia mihi ». Et revera Deus eius affectuum et laborum centrum fuit. Propter Dei amorem fortem suam propensionem ad vitam claustralem et ad mundi commoda proiecit et accepit arduo munere fungi. Propter amorem Dei divina mandata servavit, Ecclesiae praecepta, vota religiosa et Regulam, in Christi imitatione progredi exoptavit, omne vitii genus fugit, impigre operam navavit regno Domini Iesu aedificando. Saepe preces offerebat pro peccatorum expiatione. Constanter, generose et perfecte a pueritia proximum amavit. Ut alios adiuvaret et consolaretur libenter bona sua profudit et cor aperuit ad necessitates puerarum orphanarum et egenarum, pauperum, aegrorum, Sororum suarum, quas materno cum sensu dilexit. Vere de animarum salute sollicita, non modo assidue opera misericordiae corporalis fecit, sed etiam spiritualia. Caritatem ostendit in ignoscendo iis, qui dolorum causa ei fuerunt et quasi lenti martyrii per suas dissensiones, reprehensiones, calumnias. Eius vis et constans tranquillitas evidenter Dei fiducia et providentia nitebantur, a qua sperabat se gratias adepturam esse necessarias ad bene munus suum explendum ut vitam aeternam consequeretur.

Diligenter se praeparavit ad extremum occursum cum Domino, qui eam ad se vocavit quasi subito die 8 mensis Februarii anno 1906 Savone, quo iverat ut quasdam quaestiones Congregationis suae componeret. Eius corpus est *Savigliano* translatum, ubi etiam nunc quiescit, a filiabus eius spiritualibus et a populo veneratum.

Fama sanctitatis, qua viva fuit insignis, in exsequiis patefacta est et post mortem perduravit; quapropter archiepiscopus Taurinensis Causae canonizationis initium fecit per celebratum processum ordinarium informativum (annis 1964-1980), cuius auctoritas probata est decreto die 13 mensis

Octobris anno 1989 promulgato. Apparata Positione super virtutibus, prospero cum exitu die 5 mensis Octobris anno 1993 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Deinde Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria diei 14 mensis Decembris insequentis, Causae Ponente Exc.mo Domino Angelo Palmas, archiepiscopo titulari Vibianensi, fassi sunt Servam Dei Iosephinam Gabrielam Bonino heroum more virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Iosephinae Gabrielae Bonino, Fundatricis Sororum Sacrae Familiae a Savigliano, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 26 mensis Martii A. D. 1994.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 8BS.

& Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

II

VERONEN.

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

Beatificationis Servi Dei Danielis Comboni episcopi titularis Claudiopolitani, Vicarii Apostolici Africae Centralis, fundatoris Missionariorum Combonianorum Cordis Iesu et Sororum Missionariarum Piarum Matrum Nigritiae (1831-1881).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto, quoniam tristitia est mihi magna et continuus dolor cordi meo. Optarem enim ipse ego anathema esse a Christo pro fratribus meis » *(Rom* 9, 1-3).

Sicut apostolus Paulus, qui pro salute suorum cognatorum « secundum carnem » ad omne paratus est sacrificium, episcopus Daniel Comboni libenter multos obiit labores, difficultates et pericula pro Africae gentium evangelizatione, quas dilexit quibusque cum patris ac pastoris corde servivit. Christi enim caritate impulsus — qui venit quaerere et salvum facere quod perierat (cf. *Lc* 19, 10) — Servus Dei omnia reliquit ut magno animo constantique alacritate praedicationi Evangelii in terra Africana se dederet, praeceptum Domini exsequens, qui dixit: « Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis » *(Mt* 28, 19-20).

Insignis hic missionarius ortus est apud oppidulum *Limone* appellatum, ad lacum Benacum, intra fines dioecesis Brixiensis, Idibus Marths anno 1831, ex Aloisio Comboni et Dominica Pace. Est postridie baptizatus unusque ex octo filiis qui familiam laetitia affecerunt superstes fuit; quae familia inops quidem bonis materialibus erat, fide vero et sensu christiano vitae dives. Semper formationem acceptam in sanctuario domestico memoria tenuit, tamquam signum ad quod se referret et quo suam inspiceret responsionem divinae vocationi, prae oculis habens generositatis exempla paren-

tum eorumque cruciatum in offerendo Deo pro remota missione unico filio. Duplex sigillum formationis familiaris et paroecialis fuerunt sacramentum Confirmationis et occursus cum Iesu in Eucharistia, qui contigit sub Pascha anno 1842 in oratorio Veronensi, cui nomen erat « S. Giacomo della Pigna ». Insequens tempus ostendit quanti momenti Servo Dei haec duo sacramenta fuerint. Confectus namque febribus tropicis, sed paratus ad omnia patienda pro Africae redemptione, anno 1879 recordatus est de sua Confirmatione, sacramento nempe, quo puer erat perfecte obstrictus Ecclesia ac peculiari vi martyrii ditatus. Et qui puerum Danielem, in prima Communione accipienda, viderat singultantem in cogitando Deum ad se descendisse, addidit: « Tunc primum fortasse in eius labiis promissio personuit, numquam irrita facta, se totum Domino vovendi ».

Veronae, quo se contulerat ut studia prosequeretur, seminarium dioecesanum frequentavit tamquam alumnus externus et eodem tempore est ingressus Institutum Servi Dei Nicolai Mazza (1790-1865), ubi auram inspiravit impensae spiritualitatis et apostolici fervoris. Lectio historiae martyrum Iaponiensium et necessitudo cum inceptis eiusdem domini Mazza pro Africae evangelizatione eum adiuverunt ad suam perficiendam vocationem missionalem, et septemdecim annos natus statuit se totum tradere apostolatui in Africa media, vocata etiam Nigritia, nec umquam ab hoc vinculo discessit. Die 31 mensis Decembris anno 1854, spiritualiter et theologice bene formatus, a Venerabili Ioanne Nepomuceno Tschiderer, episcopo Tridentino, sacerdos est ordinatus et tribus post annis ardenter primam expeditionem participavit, quam dominus Mazza ad interiorem Africae regionem misit ad Christi lumen illuc ferendum. De apostolico illo inceptu, qui brevis fuit et acerbus, etiam Cardinalis Eugenius Pacelli est postea locutus in epistula nomine Pii XI scripta quinquagesimo expleto anno a morte Danielis Comboni: « Eius primis sociis morte correptis, voluit Providentia Comboni servare, ut eius vita lentum et continuum esset holocaustum pro Nigritia; inconcussa Dei fiducia, strenuus Crucis amor, inviolabile studium in Papam, fervida salutis infidelium cura magna eius exsistentiae lumina fuerunt ».

Tristis primi itineris missionalis exitus fervorem Servi Dei non exstinxit, qui Veronam reversus in formationem incubuit Africanorum in Instituto domini Mazza receptorum. Anno 1864 in Africam rediit nonnullos pueros nigros redempturus. Eodem anno aliquid accidit inopinati et miri, quod rationum eius apostolicarum discrimen fuit. Die enim 15 mensis Septembris anno 1864, ei apud sepulcrum Petri apostoli deprecanti in mentem venit celerrimum consilium de eius ipsius « Ratione pro Africae regeneratione », quae Magna Charta facta est subsequentis eius navitatis pro Africanorum evangelizatione

et progressione humana. Scripsit: « Experientia clare ostendit missionarium Europaeum non posse operam suam redemptionis navare in inflammatis illis Africae internae regionibus, eius vitae exitialibus; laborum pondus sustinere non posse, incommodorum multitudinem, caeli asperitatem; itemque experientia ostendit hominem nigrum non posse in Europa completam accipere institutionem catholicam, ut postea aptus sit, ex constanti habitu corporis et animi, ad provehendam in terra sua natali fidei propagationem ». Quapropter proponebat ut ibi actionis apostolicae fundamentum iaceretur, ubi « Africanus vivit et non mutatur et Europaeus agit et non succumbit » utque « Africae conversio per Africam proveheretur ». Efflagitabat idcirco cooperationem institutorum ecclesiasticorum iam in oris Africanis praesentium et ephebeorum aedificationem ad Africanos iuvenes et puellas praeparandos ad fidem atque christianum humanum civilemque cultum ferendum in Nigritiae regiones internas mittendos. Pro videbat formationem in terra Africana sacerdotum Africanorum et « virginum caritatis », quae « scholas puellarum regerent, graviora caritatis christianae munia expièrent et mulieris catholicae ministerium exsequerentur inter Nigritiae tribus incultas. Ad praestantiora ingenia colenda, quae proventura essent ex parte missionariorum indigenarum » instituendas suggerebat « parvas studiorum universitates theologicas atque scientificas ». Addebat: « Ita, per ministerium maximi momenti cleri indigenae et virginum caritatis, adiutum opera benefica catechistarum, magistrorum, artificum, praeceptricum, magistrarum et mulierum familiae, paulatim familiae catholicae formabuntur et floridae orientur societates christianae; et sancta nostra religio salutarem vim suas expromens in Aethiopicam familiam, beneficum suum imperium extendet in amplum spatium inexploratarum totius Africae regionum ». Ratio, quae plures cogitationes continet et monitiones, quam quas nunc memoravimus, exhibita est Praefecto Sacrae id temporis Congregationis de Propaganda Fide et Summo Pontifici Pio IX, qui Servo Dei benedixit eumque confirmavit dicens: « Labora sicut bonus miles Christi pro Africa ». Christi Vicarii verba insculpta sunt in animo Danielis Comboni et ab eo habita sunt Dei voluntatis signum.

Postid non pauca aggressus est itinera in Italia et in Europa ut totius Ecclesiae cooperationem suscitaret ad « Africae regenerationem ». Ita aditus habuit ad plures consociationes missionarias, ad eminentes ecclesiasticas personas et ferventes apostolos, in quibus Beatum Ludovicum a Casauria, quocum tertium iter fecit in Africam, quo deinceps pluries rediit, sed semper tenaci cum voluntate se devovendi pro Christi causa et Africanorum, innumeros labores oppetens et sacrificia. Anno 1867, approbante episcopo Veronensi domino Aloisio ex marchionibus de Canossa, Institutum Missionum Nigritiae condidit, quod hodie appellatur Institutum Missionariorum

Combonianorum Cordis Iesu. Sicut saepe in operibus Dei accidit, institutionis initia in difficultates inciderunt et in impedimenta, quae tamen facile sunt superata. Persuasum habens apostolatum mulieris in missionibus esse necessarium, aliquot post annis Congregationem Piarum Matrum Nigritiae condidit, quae confirmata est et aucta etiam opera primae antistitae generalis, Matris Mariae Bollezzoli.

Magnus dein eventus factus est ecclesialis Concilii Oecumenici Vaticani I, cui Servus Dei interfuit tamquam Episcopi Veronensis theologus. Illa in sede animum suum aperuit Patribus qui Romam convenerant per duo magni momenti documenta: « Postulatum pro Nigris Africae Centralis » et epistulam formalem eidem adiunctam. His in scriptis Daniel Comboni gaudium significabat, quod videbat « tot adesse » in Concilio « ex dissitis orbis terrarum regionibus praesules, qui de Christi regni amplificatione, deque Ecclesiae suae fecunditate mirandum testimonium ferebant ». Sed hoc ipsum testimonium « de Christi regni amplificatione » acriorem reddebat eius caritatis missionalis dolorem propter absentiam Nigritiae in Concilio: « ...inscius populus Aethiopum, seu Nigrorum Africae interioris... sedens in tenebris aeternae subditur morti absque apostolis, absque Ecclesia, absque fide ». Patres invocans ut sua aperirent viscera ad illas Africae regiones « quae decimam partem totius generis humani comprehendit » monebat ut debita haberetur ratio historici indicii: iam « horam » omnibus personuisse « Africae fabulosae ». Europa exploratorum, mercatorum, politicorum hominum gradatim eam detegebant et invadebant, cum Vicariatus Apostolicus Africae ad silentium esset redactus ob personarum et instrumentorum intertrimentum. Hinc, in Concilii opportunitate, clamor ardoris Servi Dei:

« Quis Nigrorum pater, quae lingua, quae vox tot Chamitarum interpres extat apud vos? Dicite, amplissimi Patres, die et tu, Roma fidelis ». Et tamen — dicere persequebatur — etiam Nigritia iam sanguine Christi erat redempta, sed difficultates variae eius evangelizationem impediebant. Qua re Patres deprecabatur ut altius vocem suam apostolicam promerent ad causam Nigrorum Africae Centralis sustinendam. Concilii intermissio, ex temporum nequitia orta, non sivit Postulatum disseri in aula conciliari, sed non sterile fuit; etenim attentioni episcoporum totius mundi quaestiones Nigritiae proposuit, ortum fovit vocationum missionariarum et Sanctae Sedis fiduciam auxit erga Servum Dei, qui anno 1872 Pro Vicario Apostolico nominatus est instaurati Vicariatus Africae Centralis, cuius sedes erat Khartumi. Fisus « gratia Sacri Cordis », cui suum Vicariatum consecraverat, maxima cum alacritate incubuit in suam rationem actionis apostolicae efficiendam, illam resuscitans arduam missionem, quae usque ad illud tempus exitiosis casibus fuerat obnoxia. Viribus non parcens Evangelium dif-

fudit et multimodis humanam illarum gentium dignitatem provexit. Cum efficacia et firmitate contra mancipiorum commercium contendit. Difficultates omne genus obiit, et etiam in eius cooperatoribus non defuit, qui ei impedimenta et aegritudines moveret. Anno 1877 nominatus est Vicarius Apostolicus et Episcopus titularis Claudiopolitanus, et sacram ordinationem eodem anno Romae accepit pridie Idus Augustas. Solito cum fervore fortique animo suam evangelizandi operam perrexit et non paucas res adversas oppetiit, ex consuetis incommodis, annonae gravitate et morbis proficiscentes. Stationes missionales, quae in Vicariatu erant, confirmavit et evangelizationis campum in regione Nubarum dilatare meditatus est.

Usque ad dierum suorum exitum fortissime voluit in sua vocatione manere, quam ipse definivit « arduam, difficilem, sanctam ». Optima utens valetudine et indole forti, audaci ac generosa praeditus, non restitit ante impedimenta, quae aliis hominibus aliisque naturis insuperabilia visa essent. Sed eius maxima facultas, qua aptus factus est ad se omnino dedendum Nigritiae et ad immania continuaque incommoda obeunda, fides firmissima fuit, ardens caritas pastoralis, Domini fiducia et persuasio suam missionem a Deo esse statutam atque tempus venisse Africanis corpus mysticum Christi participandi, ut illud spiritualitate et testimonio « africanis » evangelii locupletarent. Africae redemptio prorsus eius cogitationes et vires distinuit et tantum fuit gloriae Dei studium atque animarum salutis, ut ad hoc persequendum paratus esset vitam devovere et exoptare martyrium. Clarum est eius dictum: « Aut Nigritia aut mors ». Crucem amavit tamquam « sponsam inseparabilem », pro certo habens redemptionem non esse sine cruce. Precabatur et hortabatur ad implorandum Cor Iesu ut sibi « magnam concederet crucum et spinarum multitudinem, unde vix respirare posset, quia sine crucibus opera Dei non seruntur ».

Reapse eius cupido doloris expleta est multique fuere interiores maerores exterioresque difficultates: quae tamquam Providentiae dona excepit et arta in communione cum Christo crucifixo tulit. Suum apostolatum fecundum reddidit diligenti suorum munium sacerdotalium et episcopalium exsecutione, pietate erga Eucharistiam, Sacrum Cor Iesu, Virginem Mariam, precatione. Coniunctionem coluit cum Deo, legi divinae oboedivit, Ecclesiae magisterio est assensus, sincere dilexit Christi Vicarium, vere persuasus in Cathedra Petri « sedem habere veritatem, caritatem et pretiosam hereditatem adorati nostri Iesu Christi humani generis salvatoris ».

Mors eum quasi ex improviso corripuit Khartumi vesperi diei 10 mensis Octobris anno 1881, magnam excitans animorum commotionem in Vicariatu Apostolico et in nationibus Europaeis, ubi notus erat et insignis. Post

exsequias, quibus interfuerunt non solum catholici, verum etiam Macometani, pagani et loci Auctoritates, est in missionis horto sepultus. In praesens eius corporis reliquiae Veronae quiescunt, a filiis suis filiabusque spiritualibus et a populo veneratum.

Fama sanctitatis, qua vivus floruit, post mortem quoque duravit et aucta est apud omnes populi Dei ordinem et ubique terrarum, quapropter Episcopus Veronensis canonizationis Causam inire statuit per celebrationem processus ordinarii informativi (annis 1928-1929), cui additus est processus rogatorialis Khartumensis (anno 1929). Inspectis scriptis Servi Dei, Causa est diu interrupta usque ad annum 1982, cum apparari coepit Positio super virtutibus. Die 21 mensis Februarii anno 1989 acta est Consultorum Historicorum sessio secundo cum exitu, et die 12 mensis Octobris anno 1993 Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Patres Cardinales porro et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 14 mensis Decembris subsequentis, Causae Ponente Em.mo Cardinali Francisco Arinze, professi sunt Servum Dei Danielem Comboni heroum in modum virtutes théologales, cardinales et his adnexas coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Danielis Comboni, Episcopi titularis Claudiopolitani, Vicarii Apostolici Africae Centralis, Fundatoris Missionariorum Combonianorum Cordis Iesu et Sororum Missionariarum Piarum Matrum Nigritiae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 26 mensis Martii A. D. 1994.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. 83 S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

III

BEROLINEN.

DECRETUM SUPER MARTYRIO

Beatificationis seu declarationis martyrii Servi Dei Bernardi Lichtenberg sacerdotis dioecesis Berolinensis (1875-1943)

Presbyteri « populum Dei regentes et pascentes, caritate Boni Pastoris incitantur ut animam suam dent pro ovibus suis, parati quoque ad supremum sacrificium, exemplum sequentes sacerdotum qui etiam hodiernis temporibus vitam suam ponere non renuerunt » (CONC. OECUM. VAT. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* 13).

Suae vocationi suoque muneri fidelis, sacerdos Bernardus Lichtenberg gregis Christi servitio magna cum caritate se dedidit, fidei veritates animose nuntiavit, utque Dei, Ecclesiae et hominis iura defenderet violentam et iniquam persecutionem oppetivit, quae eius fuit causa mortis effecitque ut martyrii adipisceretur coronam.

Dignus hic Evangelii minister die 3 mensis Decembris est ortus anno 1875 in oppido Ohlau apud Vratislaviam in Silesia, ab Augusto Lichtenberg et Aemilia Hubrich, a quibus altam accepit christianam educationem. Lycei studiis peractis, vocatione ad sacerdotium animadversa, Oeniponte studia iniit theologica, quae in Studiorum Universitate Vratislaviensi est prosecutus et in ea urbe anno 1898 seminarium dioecesanum introivit.

Die 21 mensis Iunii subsequentis anni sacrum presbyteratus Ordinem recepit statimque est ad pastorale ministerium destinatus, quod egregie tamquam parochi vicarius, deinde parochus explicavit, variis in locis.

Anno 1913 est ecclesiae Sacri Cordis Berolini-Charlottenburg parochus nominatus, ubi mansit usque ad annum 1931. Cum fervore atque sedulitate in bonum incubuit, suae communitatis; liberaliter pauperes adiuvit et, stipes rogando, nonnullas novas exstruxit ecclesias. Eo tempore aliquamdiu aliis est functus muneribus, nempe cappellani militum in regione Berolinensi, membri contionis legatorum populi in municipio eiusdem urbis, praesidis dioecesani Consociationis Crucis. Constituta Berolinensi dioecesi (anno 1930), eum Episcopus nominavit sodalem Capituli cathedralis et templi maximi parochum atque iudicem prosynodalem. Anno 1935, propter vicarii capitularis morbum, officium est ei concreditum suam regendi dioecesim; anno 1938 praepositus Cathedralis est factus et anno insequenti a Sancta Sede protonotarii apostolici dignitate est insignitus.

A superioribus ecclesiasticis et a populo magni est existimatus ob pastoralem suam alacritatem et probitatem vitae, quae tota est in Dei gloriam, in Christi regni incrementum et in animarum salutem impensa. Sim-

plicis ac solidae fuit fidei, quam strenue verbo, scriptis et operibus est testatus, et omni in casu industriam ostendit, caritatem magnamque Domini fiduciam. Coniunctionem cum Domino coluit, deprecationem ac meditationem aeternarum veritatum; divinis praeceptis oboedivit et Ecclesiae legibus; pie Missam celebrabat et liturgiam Horarum; doctrinam christianam cum assiduitate praedicabat et efficacia. Libenter in confessionum ministerium incumbebat et in aegrotorum atque morientium curam. Conspicuam in Eucharistiam atque in Virginem Mariam aluit pietatem. Magisterium et normas Romani Pontificis Episcopique dioecesani est obsequenter secutus. Proximum dilexit et in primis pauperes afflictosque. Cum adiutoribus cumque populo humane ac paterne communicavit; erga omnes iustus fuit; bonorum terrestrium neglegens; in difficultatibus fortis et patiens, in pastorali navitate prudens; in sensibus, in sermonibus ac moribus castus; humilis in rebus prosperis et in incommodis.

Firmiter doctrinae et agendi ratio « nazismi », quem dicunt, restitit, quandoquidem Dei et Ecclesiae leges violabant et iura hominis fundamentalia. Reclama vit igitur aegrotorum sterilizationi, inhumanae tractationi conditorum in campis publicae custodiae, causis contra sacerdotes ac religiosos, occupationi bonorum ecclesiasticorum et domuum religiosarum, usui euthanasiae adversus mente et corpore aegrotantes. Caritate motus palam in ecclesia cathedrali pro Hebraeis vexatis precabatur proque ceteris deportatis, atque hominis iura sine ullo generis ac religionis discrimine defendebat. Hac industria invidiam potestatum nazistarum sibi conflavit. Etsi gravium periculorum conscius, in quae erat incursurus, solito cum ardore suum sacerdotis et pastoris officium exsequi perrexit, doctrinam christianam intrepidus proclamare et iura Ecclesiae ac vexatorum defendere. Maxime potestates irritabant preces quas Deo in cathedrali adhibebat pro Hebraeis et christianis « non arianis », quos operosa quoque navitate iuvabat. Die 23 mensis Octobris anno 1941 a rei publicae tutoribus secretis est comprehensus et in custodiam Ploetzensee traditus deindeque in custodiam Alt-Moabit, utramque Berolini positam.

Iudicio arcessitus cum accusatione mali usus ministerii sacerdotalis et delicti contra rem publicam, duobus carceris annis est damnatus, quos luit in carcere Tegelensi. Eius valetudo, iam propter cordis et renium perturbationes infirma, in peius est versa ob vexationum labores, mediam et medicarum curarum paucitatem. Paratus ad vitam pro Christo devovendam, forti ac tranquillo animo omnia tulit, in deprecatione et in obsequio erga voluntatem Dei solacium inveniens.

Vix e carcere dimissus, die 23 mensis Octobris anno 1943 iterum est a rei publicae tutoribus comprehensus, qui illum in campum educationis ad

laborem pagi Wuhlheide miserunt, et paulo post ad campum Dachaviensem captivis custodiendis, quamvis eius valetudinis condiciones iam gravissimae essent. Patebat eum itineris labores et incommoda tolerare non posse; sed hoc nihili habitum est, siquidem eius exoptabatur mors. Cum ad oppidum Hof pervenit, oportuit illum in valetudinarium civile deducere. Medicorum curae eius vitam nequiverunt servare. Temporibus quibus conscius erat, constanter deprecabatur et pro studiosa opitulatione gratias agebat. Sanctis sacramentis refectus, quiete obdormivit in Domino vesperi diei 5 mensis Novembris anno 1943.

Servi Dei mors ilico verum est putatum martyrium haecque fama secutis quoque annis duravit; quapropter Episcopus Berolinensis Causam canonizationis iniit per celebratum processum ordinarium informativum (annis 1967-1973), cuius auctoritas probata est decreto Congregationis de Causis Sanctorum anno 1988 promulgato. Positione apparata, disputatum est an constaret de martyrio eiusque causa. Eventu cum secundo die 30 mensis Martii anno 1993 Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus, ac deinde Patres Cardinales et Episcopi, ad inspiciendum coniectum sacerdotis Bernardi Lichtenberg martyrium convocati, Causae Ponente Em.mo Cardinali Alfonso Maria Stickler, confessi sunt illum libere vitam pro fide sacrificasse eiusque mortem effectum fuisse acerbitatum vexationumque, quas est in vinculis passus, ideoque eum verum esse martyrem habendum.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servi Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servi Dei Bernardi Lichtenberg, Sacerdotis Dioecesis Berolinensis, anno 1943 interfecti, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 2 mensis Iulii A. D. 1994.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

IV

CAESARAUGUSTANA

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatificationis ven. Servae Dei Genovefae Torres Morales fundatricis Sororum a S. Corde Iesu et a Sanctis Angelis, v. d. « Angélicas » (1870-1956)

Venerabilis Serva Dei Genovefa Torres Morales die 3 mensis Ianuarii orta est anno 1870 Almenarae in Hispania. Infantiam et pueritiam egit aerumnosam et afflictam. Ob gravissimum morbum est ei crus amputatum, hincque per totam vitam est subalaribus baculis usa. Aliquot annos Valentiae hospes fuit Carmelitidum Caritatis, a quibus, cum postulavit se in earum Institutum admitti non est accepta utpote ad apostolatum activum non apta propter corporis imminutionem. Deinceps Congregationem Sororum a Sacro Corde Iesu et a Sanctis Angelis condidit, eo consilio, ut spiritualiter ac materialiter matronis solis assiderent. Cum prudentia, spiritu materno et sollertia antistitae generalis est munere iuncta usque ad annum 1954, mirum sororibus suis praebens exemplum fidelitatis erga consecrationem religiosam, Regulam ac vota, fervidae Eucharistiae pietatis et in Sacrum Cor religionis, necnon constantis christianarum virtutum exercitii. Caesaraugustae pie obiit Nonis Ianuariis anno 1956, sancta habita.

Canonizationis Causa inchoata est ab Archiepiscopo Caesaraugustano per celebrationem processus cognitionalis annis 1976-1978. Iis peractis, quae iure statuebantur, Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 22 mensis Ianuarii anno 1991 edixit Servam Dei Genovefam Torres Morales heroum in modum coluisse virtutes théologales, cardinales et iis adnexas.

Paucis ante annis Matriti coniecta mira sanatio contigerat, Matris Genovefae Torres Morales deprecationi ascripta. Haec sanatio pertinet ad Antonium Diez Velasco, doctorem machinarium, duos et triginta annos natum, ulcere implicatum ad stomachum duodenumque spectantem cum pylori stenosi. Mense Decembri anno 1982 gravibus laborare coepit haemorrhagiis interaneis, quam ob rem est in valetudinarium deductus et pluribus transfusionibus sanguinis subiectus. Postridie Calendas Ianuarias anno 1983 iterum est in nosocomium deductus, ut iam stabilitam ulceris sectionem subiret, sed postero die supervenerunt febris, musculorum dolores magnaque asthenia. His valetudinis perturbationibus crescentibus, inspectiones haematicae factae sunt, quae in lucem protulerunt hepatarium morbum acutum trans-

fusionem subsecutum. Aegroti condiciones celeriter factae sunt deteriores et mensis Ianuarii die 10 sensorii damnum apparuit, quod ad veternum pervenit. Mane diei 12 mensis Ianuarii haemorrhagiae pepticae redierunt, quapropter vesperi eiusdem diei properato est curatio ex manu facta ad foramen haemorrhagicum obstruendum. Interim aegroti familiares, rei gravitate intellecta, magna fiducia coeperant Matris Genovefae deprecationem invocare, cuius reliquiae sunt sub aegri cervical collocatae. Sectio chirurgica, peracta dum aegrotus in veterno versabatur, duas duravit horas et constitit in ulceris sanguinolenti demersione, in nervi vagi sectione trunculari, in pylori plastice. Simul effecta est biopsis hepataria, cuius diagnosis histológica fuit de « hepático morbo acuto cum multa necrosi ». Haemorrhagia continuavit etiam post curationem ex manu. Domini Antonii mors iam imminere videbatur. Sed mane diei 13 mensis Ianuarii ex improviso atque inexplicabiliter is evasit ex veterno eiusque condiciones cito con valuerunt. Sanatio ilico est deprecationi Servae Dei tributa, quae instanter erat invocata.

Annis 1990-1991 Archiepiscopus Matritensis de hac sanatione processum canonicum celebravit, cuius auctoritas et vis est probata decreto die 17 mensis Februarii anno 1992 promulgato. Consilium Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, in sessione diei 21 mensis Octobris anni 1993 hanc dixit sententiam: Diagnosis: « Coma hepaticum ex morbo cerebri hypoxyco metabolico, in persona morbo hepático affecta transfusiones subsecuto et ulcere sanguinolento ad stomachum duodenumque pertinente cum pylori substenosi; defectio ex imminuto sanguinis volumine »; Prognosis: «Quam maxime suspensa quoad vitam»; Therapia:, «Chirurgica therapia apta et efficiens ad haemorrhagiam sistendam, sed non sufficiens »; Sanationis ratio: « Modus exitus aegroti ex cornate, in extremis chirurgice secti, pro nostra scientia inexplicabilis videtur, quod attinet ad sensorii recuperationem et perfunctionis iecoris restaurationem. Haec recuperatio celérrima fuit; sanatio perfecta et mansura ».

Pridie Nonas Februarias anno 1994 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum est actus et die 19 insequentis mensis Aprilis Patrum Cardinalium et Episcoporum Sessio Ordinaria, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Martínez Somalo. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: ***Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Genovefa Torres Morales, Fundatrice Congregationis Sororum a S. Corde Iesu et a Sanctis Angelis, videlicet de celérrima, perfecta et mansura sanatione Antonii Diez V elasco, a « coma epatico da encefalopatia ipossico-metabolica in soggetto affetto da epatite acuta post-trasfusionale e da ulcera gastroduodenale sanguinante con substenosi pilorica; shock ipovolemico ».***

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 2 mensis Iulii A. D. 1994.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. ©S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

V

CATAÑEN.

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

Beatificationis Servae Dei Luciae Mangano instituti saecularis Societatis S. Ursulae (1896-1946)

« Instituta saecularia, quamvis non sint instituta religiosa, veram tamen et completam consiliorum evangelicorum professionem in saeculo ab Ecclesia recognitam secumferunt. Quae professio viris ac mulieribus, laicis et clericis in saeculo degentibus, consecrationem confert. Proinde iidem totalem suipsius Deo dedicationem in caritate perfecta praecipue intendant et ipsa instituta propriam ac peculiarem indolem, saecularem scilicet, servent ut apostolatum in saeculo ac veluti ex saeculo, ad quem exercendum orta sunt, efficaciter et ubique adimplere valeant » (CONC. OECUM. VAT. II, Decr. *Perfectae caritatis,* n. 11).

Plenam hanc Deo consecrationem in saeculo, « in perfecta caritate » adeptam Serva Dei Lucia Mangano effecisse videtur, sodalis Societatis

Sanctae Ursulae, Institutorum saecularium antiquissimi, a Sancta Angela Merici (c. annis 1470-1540) conditi anno 1535. Non modo enim ipsa est perfectam cum Deo coniunctionem consecuta, mysticae vias percurrendo, verum et indefessa fuit apostola iuventutis femininae, simul providum incrementum amplificans Societatis Sanctae Ursulae, sua haud dubia spiritali illecebra multas validasque vocationes alliciendo.

Orta est Serva Dei die 8 mensis Aprilis anno 1896 in oppido Trecastagni, sub Aetnae radicibus, in archidioecesi Catanensi, a Nuntio Mangano et Iosepha Sapienza, quarta ex novem filiis, qui pauperem sed admodum christianam familiam laetitia affecerunt. Idibus Aprilibus baptizata est appellataque Lucia, et die 28 mensis Augusti anno 1897 Sacro Chrismate confirmata, secundum diffusam loci consuetudinem. Talis erat familiae paupertas, ut Serva Dei ludum frequentare nequiverit nec translaticiam vestem albam habere in prima Communione accipienda. Parva Lucia, circiter septem octove annos nata, sicut et ipsa narravit, quodammodo Spiritu mota, sola ad ecclesiam paroecialem se contulit ut peccata sua confiteretur, et mox privatim Panem eucharisticum reciperet. Tum incredibili affecta est interiore suavitate et cupiditate se totam Deo consecrandi, magno horrore simul peccati concepto. Legere et scribere didicit a Sebastiano, fratre maiore natu, numquam usitato scholarum cursu frequentato. Post breve adolescentiae discrimen, statuit nubere non velle nisi « caeli Regi et terrae », ut et ipsa « regina » fieret. Namque die 8 mensis Decembris anno 1915 votum nuncupavit virginitatis, magistro spiritus suadente sacerdote Iosepho S calia.

Triennium fere in valetudine exercita febribus crebris Melitensibus, iuvenis Lucia fortiter incubuit in apostolatum laicalem paroeciae, tum tamquam perita doctrinae christianae institutrix, tum Filiarum Mariae et consociationum iuvenilium Actionis Catholicae moderatrix. Quamvis exoptaret perfectam Deo consecrationem in clausura colere vel in aliqua religiosa familia, Lucia intellexit se ob infirmam valetudinem non posse hoc votum ad effectum adducere et serena est manifestae Dei voluntati obsecuta. Cognita Societate Sanctae Ursulae (Ursulinarum, in saeculo), Serva Dei se aggregavit coetui paroeciae Sancti Ioannis La Punta, in archidioecesi Catanensi, in eo consilia evangelica professa die 8 mensis Septembris anno 1927. Paulo post nominata est Antistitae vicaria hocque usque ad mortem est munere iuncta.

Die 23 mensis Novembris anno 1927 Lucia vitam communem iniit cum sororum sodalium coetu, domumque extruxit Sanctae Angelae Merici, quae sedes facta est alacris apostolatus catechesis et institutionis pro iuventute

feminina Sancti Ioannis La Punta et locorum vicinorum, cum officinis et scholis, hodie quoque peropportune florentibus. Propter opus hoc Servae Dei innumeri fuerunt labores obeundi atque aegritudines; sed omnia magno supernaturali spiritu et alacritate impensa, etiam erga adversarios, superavit. Ab anno 1931 Lucia sub moderatione spiritali fuit Servi Dei P. Generosi Fontanarosa a Crucifixo, sodalis Congregationis Passionis Iesu Christi (aa. 1881-1966), qui eius dux fuit et auxiliatur usque ad mortem et eiusdem primus vitae scriptor.

Serva Dei, quae numquam ab impensa appetitione perfectionis defecit, praesertim ab anno 1933 visa est tempora maxime ardua percurrere vitae spiritalis, altissima quoque mysticae culmina attingere, quippe cum firmiter statuisset « sancta quoquo modo fieri », plene actioni gratiae conveniens. Etenim, ut clare apparet ex eius scriptis et ex certis testimoniis, ad statum mysticum pervenit matrimonii spiritalis, quandoquidem ei fidei velum scindi visum est, ita ut eius spiritus unum factus sit cum Deo, sicut etiam docet sancta Teresia a Iesu, Ecclesiae doctor. Varia quoque charismatum genera in eius vita fuerunt, qualia visiones et locutiones divinae, praesertim ad Passionis mysterium spectantes, insuper praedictiones, cordium scrutationes, sanationum gratiae, etsi temptationes et diabolicae infestationes non defuerunt. Serva Dei testibus, omni in casu, visa est perfecte moderata, psychice sana, activa, humanitate abundans, prudens, affabilis semperque serena.

Sed in his ipsis condicionibus Serva Dei omnium virtutum exercitium, heroum proprium, matura vit, quotquot eam cognoverunt et adierunt se praebens alliciens exemplar. Fide firmissima nisa, semper quodlibet peccati genus abhorruit, immo voto se obstrinxit ad id, quod est perfectius, in quo constanter mansit. Suas invenit delicias in participatione Eucharistiae cotidiana, in assidua Christi Passionis meditatione, in filiali ac tenerrima erga Virginem Mariam pietate, praesertim Perdolentem. Eius fide piacularis fuit, actuosa, missionalis, id spectans, ut ad Deum quam plurimas duceret animas et sanctificationem obtineret sacrorum ministrorum. Acerrima eius spes se patefecit potissimum in assidua bonorum supernaturalium quaesitione, iis neglectis omnino, quae terrena et humana sunt, siquidem iam patriam suam caelos habebat (cf. *Phil* 3, 20) et in actione se veram ostendebat contemplativam.

Lucia potissimum eminuit pleno suo in Deum amore, quem unum appetebat, Illi vero sponsali vinculo coniuncta, absoluta in fidelitate. Continua effulgebat in ea cum Domino coniunctio, quae foris etiam apparebat in eius aspectu limpido ac modesto in risu suavi et in imperturbata tran-

quillitate. Omnem sermonem spiritali ratione proponebat, ac si de alia re loqui nesciret. Servo Dei P. Gabrieli M. Allegra, O.F.M., qui eam proxime cognovit, Lucia visa est seraphim in accedendo ad Communionem eucharisticam, amore sacramenti capta, quasi videret. Eius vehemens in proximum caritas in verbo Dei constabat, cum in omnibus ipsum videret Christum, sacrificiorum et propriorum incommodorum contemnens, antea in familia et deinde in suo apostolatu atque in vita communi. Tamquam Antistitae vicaria sicut vera mater agebat cum sororibus sodalibus, diligenter earum formationem curans ac singulas observans iisque auxilium, etiam materiale, ferens. Aegrotorum necessitatibus generosa semper subvenit, pariterque pauperum et indigentium omne genus, praesertim altero totius mundi bello (aa. 1940-1945), « se pane privando ». Large et libenter detrectatoribus et persecutoribus suis ignovit, necnon adversariis Domus Sanctae Angelae, omnem compescens vindictae et odii sensum.

Etiam in exercitio virtutum cardinalium et consiliorum evangelicorum Serva Dei exemplaris habita est omni ex parte ab illis, qui eam cognoverunt. Prudentissima in consiliis accipiendis et dandis; vel in minimis rebus erga Deum et proximos iusta, in primis operarios et pauperes; constanter fortis in omnibus rebus adversis inque operibus arduis efficiendis, solum Providentiae fisa; quam maxime temperans, siquidem solum necessaria concedebat corpori. Vera virgo sponsa Christi, laeta in paupertate et oboedientia vixit, personam gerens Regulae sanctae Angelae Merici et multas iuvenes ad consecrationem Deo in saeculo illiciens. Potissimum est eius incredibilis humilitas notanda; nam nihil se esse putabat, seque inductam dicebat et « pauperem vilici filiam », etsi dona Dei agnoscebat tamquam maternae Mariae deprecationis fructum. Sic mysticas suas animi elationes texit, ut tantummodo post mortem aliquae quoque sorores eas cognoverint.

Quamquam infirma, semper tamen vigil et sedula, Serva Dei ad quinquaginta annos pervenerat apostolicae navitatis; sed eius corpus paenitentiis confectum erat et non communibus mysticis experientiis. Post diem consuetae industriae, tempore meridiano diei 9 mensis Novembris anno 1946 Serva Dei Cataniam se contulit, amabilem caritatis operam factura; sed ibi est cerebri accessione correpta. Ad domum Sanctae Angelae Sancti Ioannis La Punta deducta, sacramentis acceptis, Lucia suaviter animam edidit primis horis diei 10 mensis Novembris. Post magnificas exsequias eius corpus sepultum est in coemeterio illius loci; sed iam a die 28 mensis Aprilis anni 1947 illud translatum est in sacrarium domus Sanctae Angelae Ursulinarum, quo etiamnunc multi concurrunt, qui insignes spiritales et corporales favores nuntiant.

Haud dubia sanctitatis fama, qua Serva Dei viva enituit, post eius mortem aucta est divulgatione narrationum eius vitae eiusque scriptorum. Quam ob rem annis 1955-1961 apud curiam Catanensem celebratus est processus informativus, multis testibus interrogatis, cui additus est rogatorialis Vicariatus Romae. Idibus Aprilibus anno 1965 promulgatum est decretum super revisione scriptorum Servae Dei. Secundum illius temporis normas, post permissum introductionis Causae die 19 mensis Iunii anno 1980 concessum, annis 1982-1984 celebratus est processus cognitionalis Catanensis, aliis auditis testibus et gravibus instrumentis collectis. Decretum super validitate processuum die 15 mensis Novembris est editum anno 1985 a Congregatione de Causis Sanctorum.

Parata Positione super virtutibus, disputatum est an constaret de virtutibus in gradu heroico. Die 8 mensis Februarii anno 1994 Congressus Peculiaris est actus Consultorum Theologorum felici cum eventu. Insequentis mensis Maii die 5 habita est Sessio Ordinaria Cardinalium et Episcoporum, Relatore Exc.mo Domino Angelo Palmas, Archiepiscopo titulari Vibianensi; qui omnes fassi sunt Servam Dei Luciam Mangano virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in modum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Luciae Mangano, Instituti Saecularis Societatis S. Ursulae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 2 mensis Iulii A. D. 1994.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

© Eduardus Nowak
archiep. tit. Lünen., *a Secretis*

VI

FERENTEM, seu PONTIS CURVI

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatificationis Ven. Servi Dei Grimoaldi a Purificatione (in saec.: Ferdinandi Santamaria) clerici professi e Congregatione Passionis Iesu Christi (1883-1902)

Venerabilis Servus Dei Grimoaldus a Purificatione (in saeculo: Ferdinandus Santamaria) Ponte Curvo in Italia ortus est pridie Idus Maias anno 1883. Post piam et exemplarem pueritiam ingressus est Congregationem Passionis Iesu Christi, et anno 1900 professionem religiosam fecit. Firma voluntate, cum perseverantia cumque gaudio Regulae observantiae et votorum se dedidit, deprecationi, sui ipsius castigationi et virtutum christianarum acquisitioni, Sancti Gabrielis a Virgine Perdolenti generositatem et fervorem aemulans. Dum apud locum *Ceccano* in studia incumbebat ad sacerdotium praeparatoria, cerebri membranarum inflammatione correptus die 18 mensis Novembris anno 1902 sancte mortem obiit, prorsus Dei voluntati obsequens et sanctitatis fama clarus.

Canonizationis Causa inchoata est ab Episcopo Ferentino anno 1957 per celebratum processum ordinarium informativum. Rebus peractis iure statutis, Summus Pontifex Ioannes Paulus II pridie Idus Maias anno 1991 edixit Servum Dei Grimoaldum a Purificatione heroum more virtutes théologales, cardinales et adnexas coluisse.

Ad Beatificationem obtinendam Causae Postulatio Congregationi de Causis Sanctorum coniectum miraculum iudicandum permisit, Idibus Maiis patratum anno 1982 in pago Cesa, ad dioecesim Aversanam pertinente, et precibus ascriptum eiusdem Servi Dei. Casus hic pertinet ad puerulum Nicolaum Romano qui, ad quinque annos natus, parentum effugiens custodiam, cum aliis propinquis in area colloquentium, automatum tractorium movit, quod prope erat. Improviso qui aderant automati tractorii minorem audierunt et puerum viderunt humi iacentem et rotam posticam dextram ponderosissimae machinae agrestis parvuli vultum et thoracem praetergredientem. Pater Nicolai eo viso, quod accidebat, statim magna voce precationem invocavit Grimoaldi a Purificatione, in quem piissimus erat, idemque ceteri fecerunt. Automatum tractorium ad murum constitit et parvulus humi immobilis mansit. Patruus qui ruerat eum de terra sublaturus, eius pedem dextrum per imprudentiam protrivit, eundem infringens.

Nicolaus, manibus exceptus, Aere coepit: vultus et pectus signa cummis rotae automati tractorii ostendebant, sed nullam contusionem. Dum preces Servo Dei adhiberi pergebant, puer deductus est in Aversanum valetudinarium, deinde in Neapolitanum. Inspectiones medicae pusum nullum cepisse detrimentum patefecerunt ex casu, qui ei contigerat.

